L. K. 14

JULII POGIANI
SUNENSIS
EPISTOLAE ET ORATIONES

OLIM COLLECTAE

AB ANTONIO MARIA GRATIANO

NUNC

AB HIERONYMO LAGOMARSINIO

E SOCIETATE JESU

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATAE


AC PRIMUM EDITAE.

VOLUMEN IV. ET ULTIMUM

CONTINENS SCRIPTAS

ANNIS M.D.LXV. M.D.LXVI. M.D.LXVII. M.D.LXVIII.





ROMAE M.DCC.LVIII.

EXCUDEBAT GENEROSUS SALOMONIUS BIBLIOPOLA

PRAESIDUM FACULTATE.

REV. PATRI

IGNATIO · MOSZYŃSKIO

E. SOCIETATE. IESV

PROVINCIAE. MINORIS. POLONIAE

PRAEPOSITO

VIRO. RELIGIONE. ET. SAPIENTIA

PRAESTANTISSIMO

AC. RELIQVIS. EIVSDEM. PROVINCIAE

PATRIBVS

PROBITATE. DOCTRINA. ATQ. HOMINVM

SALVTIS. STVDIO. SPECTATISSIMIS

IVLII. POGIANI

EPISTOLARVM. ET. ORATIONVM

VOLVMEN. IIII

FREQVENTI. EADEMQVE. HONORIFICA

POLONORVM. HOMINVM

AC. POLONICARVM. RERVM. MENTIONE

COMMENDATVM

HIERONYMVS. LAGOMARSINIVS. EX. EAD. SOC.

GRATI. ET. OBSEQVENTIS. ANIMI. ERGO

D. D.

HIERONYMUS RIDOLFI

SOCIETATIS JESU

In Provincia Romana Praepositus Provincialis.

CUM Volumen IV. Operis, cui titulus *Julii Pogiani Sunensis epistolae, & orationes* a P. Hieronymo Lagomarsinio nostrae Societatis Sacerdote *adnotationibus illustratae*, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse censuerint, potestate nobis a R.P.N. Laurentio Ricci Praeposito Generali ad id tradita, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romae, Kalendis Juniis 1758.

Hieronymus Ridolfi.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. M. de Rubeis Patriarcha Constantinop. Vicesg.

JUlii Pogiani Epistolas & Orationes, quas historicis philologicisque notis auxit Cl. V. Hieronymus Lagomarsinius S. J. jussu Rmi P. Orsi S.P.A. Magistri attente perlegi. Nihil in eis irreligiosum, nihil inhonestum deprehendi; quin imo latinum orationis nitorem, cum facili quadam simplicitate conjunctum, improbumque laborem, atque incredibilem diligentiam in adnotationibus ad severioris Critices regulas exigendis, non sine magna animi admiratione percepi. Eas itaque typis publico Literatorum commodo vulgandas censeo. Romae. 4. Jul. 1758.

Antonius Baldanus.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Ordinis Praedicatorum, Rmi Patris Magistri Sacri Palatii Apostolici Socius.

JULII



IULII POGIANI

EPISTOLAE

ANNO M. D. LXV. SCRIPTAE.

I.

Julius Pogianus Thomae Aldobrandino. (*a*) *a*

Urbanarum rerum & ambitionis pertaesus de secessu ac solitudine cogitat. 5. febr. 1565.



AMPRIDEM, contra voluntatem & quoddam animi
mei judicium, implicatus sum ambitioso hoc nomine
serviendi (*b*), unde vehementer expediri cupio, *b*
&, in quas olim me imprudenter contuli adolescens
principum clientelas, ex iis, impendente jam aetatis
flexu (*c*), tanquam ex circeis vinculis (*d*) evolare. video quid *c d*

 non

(*a*) De hoc Thoma Aldobrandinio vide epist. *Me saepe* die 17. aug. 1560. & epist. *Legebat* die 26. apr. 1561.

(*b*) *vivendi* exempl. & cod. vat. Non dubitavi emendare sic, ut editum est, *serviendi*. Habetur autem honorificum *serviendi* hoc *nomen* atque *ambitiosum*, si quis, ut Pogianus, in familias potentiorum adscriptus, liberalem aliquam operam dominis sive patronis suis det. Infra: *videor divelli non posse ab hoc splendido genere serviendi*.

(*c*) Si haec epistola eo, quo suspicamur, quemque paullo post diligentius investigare conabimur, scripta est anno (nam nullus in adscriptione notatur), nempe 1565. tum Pogianus secundum supra quadragesimum aetatis annum agebat; cui anno recte *aetatis flexum impendére* dixit. Cicero *de orat.* lib. I. cap. I. *Ac fuit*, inquit, *tempus illud, cum mihi quoque initium requiescendi . . . fore justum & prope ab omnibus concessum arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu honorum, etiam aetatis flexu constitisset*. Decursi autem ab eo fuerant reip. rom. honores aetatis anno circiter quadragesimo quarto.

(*d*) Virgilius *Aeneidos* lib. VII. v. 10.
Proxima circeae panduntur litora terrae,

Divet

non tu quidem, cui aeque ac mihi notos esse putem intimos animi mei sensus, sed quid plerique dicturi sint, qui me fortasse fingant ex suo ingenio; *Hic, cogitata quia male processerunt, & ad nihilum reciderunt spes & aliquot labores annorum, nulla jam reliqua rerum expectatiane meliorum, vult, desperationem suam, sapientiam nobis videri*. quorum opinio quanquam & conscientia mea, & tuo & nonnullorum praeterea judicio facile refutatur, tamen has de me voces non modo non reprimi, sed magnopere velim percrebrescere, quod ejusmodi sermonibus mihi videbor aliqua ex parte (idque non sine voluptate) luere poenas erroris mei; qui, etsi ab ambitione longissime semper abfuerim, tamen hoc vitae genere speciem prae me tulerim indignae christiano homine cupiditatis. non sum affectatus, non deduxi frequens ad publici officii munera cardinales, non observavi, non
e obivi eorum coenas: at vixi apud eos, at illis quindecim (*e*)
f ipsos annos operam dedi meam, &, duobus mortuis (*f*), ad
g quos me applicaverim, tertio longissime profecto (*g*), videor divelli non posse ab hoc splendido genere serviendi, siquidem
h quartam acceperim conditionem (*h*), quae illustriorem etiam, quam superiores, cupiditatem meam facere videatur. quinetiam hoc ipsum, quod non presserim aulam, quod non urserim comita-

Dives inaccessos ubi solis filia lucos
Adsiduo resonat cantu, tectisque superbis
Urit odoratam nocturno in lumine cedrum
Arguto tenuis percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
Vincla recusantum & sera sub nocte rudentum,
Saetigerique sues, atque in praesepibus ursi
Saevire, ac formae magnorum ululare luporum.

Quibus in versibus describendis lectionem florentini, apud S. Laurentii, antiquissimi codicis lectionem religiose exhibui.

(*e*) Hic mihi annorum numerus, per quos operam cardinalibus se dedisse Pogianus affirmat, postea considerandus est. nunc tantum dicam, magna eum difficultate non carere.

(*f*) Significat cardinales Robertum Nobilium, & Hieronymum Dandinium; quorum prior die 18. jan. 1559. posterior eodem anno, die 4. decembris obierat.

(*g*) Otho Truchsesius card. significatur, qui mense augusto an. 1563. Roma profectus fuerat, Maximiliani, romanorum regis, filios in Hispaniam deducturus: ex Hispania autem Augustam ad episcopale suum munus exercendum se receperat.

(*h*) *Quartam conditionem* vocat operam, quam in scribendis latinis litteris hoc tempore cardinali Carolo Borromaeo dabat: ex qua ideo dicit illustriorem suam cupiditatem fieri videri, quod Borromaei multo esset, quam superiorum trium cardinalium, clarior tum Romae auctoritas, longeque major opulentia, qui nimirum & pontificem max. Pium IV. tam propinqua cognatione attingeret, illiusque consiliorum omnium atque actionum particeps & administer esset.

mitatum, quod non habitaverim in oculis cardinalium, quod non obtulerim, non ostentarim eis officii mei sedulitatem, sunt, qui ita interpretentur, ut dictitent, sperasse me, fore, ut pluris haberer, si abessem, eisque hac infrequentia mei desiderium commoverem. quos nec veritate refellere conabor, nec hominum usu peritorum sententia, qui apud principes omnem dignitatem jacére contendunt, quae non operae assiduitate ac diligentia commendetur. quanquam hoc loco, praeter consuetudinem, praeter etiam optatum meum, pro rerum natura & cursu temporum, mecum non illiberaliter actum intelligo, cui, in perpetuo quodam fastidio & inertia observantiae, non tamen eorum honor, non obsequium, non ab eis commoda defuerunt. sed quisque per me, quod velit, de me licet existimet: immovero haec ea re mihi futura est non injucunda reprehensio, quod intelligam, quam turpiter maneam in eo vitae instituto, quo dem sermonem malevolis, nec iis fortasse, quibus inservio, mihi certe non satisfaciam. valeant igitur aulae principum, consurrectiones, occursationes, blanditiae, tota denique illa fucosae species elegantiae, totum illud inanis aucupium gratiae; quod ut artificium semper neglexi, sic, si ejus adspectum auditumque vitassem, meliore loco esset status animi mei; quem tamen hoc uno non arbitror esse deterrimum, quod nullam sacerdotii curam (*i*) sustineo, quo minus liber ac solutus salutarem tran- *i*
quillitatem colere possim. Solitudinem, inquis, aliquam spectas? Hanc ipsam, sed urbanam. At praestat doctissimum ac sanctissimum illum imitari virum (*k*), qui, quam Romae se assequi *k*
posse diffideret, in remotissimis Jesu Christi vestigiis & incunabulis quietem ac salutem quaesivit (*l*). Praeclarum exemplum! *l*

 sed

(*i*) E sacerdotum coetu atque ordine Pogianus erat, sed eorum, qui liberi sunt ac soluti, quibusque nulla est animarum, ut ajunt, cura demandata.

(*k*) S. Hieronymum intellige.

(*l*) Immo & invénit. Audi ipsum in epistola ad Marcellam, libri secundi septima, in Petri Canisii dilingana anni 1565. editione: *Quapropter, quia multa jam vitae spatia transmisimus fluctuando, & navis nostra nunc procellarum concussa turbine, nunc scopulorum illisionibus perturbata est, cum primum licet, quasi portum quendam secreta ruris intremus. ibi cibarius panis, & olus, nostris manibus irrigatum, & lac, deliciae rusticanae, viles quidem, sed innocentes cibos praebent. ita viventes no[illegible] ab oratione somnus, nec saturitas a lectione revocabit... Habeat sibi Roma suos tumultus, arena saeviat, circus insaniat, theatra luxurient... Nobis adhaerere Deo bonum est... Verum, ut ad villam & ad Mariae diversorium veniamus (plus laudat enim unusquisque, quod possidet) quo sermone, qua voce tibi speluncam salvatoris exponam?... Bethleem ecce in hoc parvo terrae foramine caelorum condi-*

ſed mihi magis ad admirandum, quam ad imitandum propoſitum. nam, etſi eadem mihi fere eſt cauſa profectionis, quae
m illi fuit (*m*), praeſertim cum horum hominum mores agnoſcam
n in ea imagine, quam is ſuorum temporum depictam reliquit (*n*), tamen

conditor natus eſt. hic involutus pannis, hic viſus a paſtoribus, hic demonſtratus a ſtella, hic adoratus a magis ... extra pſalmos ſilentium eſt. quocumque te verteris, arator ſtivam tenens alleluja decantat: ſudans meſſor pſalmis ſe avocat; & curva attondens vites falce vinitor aliquid davidicum canit. haec ſunt in hac provincia carmina, hae, ut vulgo dicitur, amatoriae cantiones. Et in epiſtola ad Fabiolam, *Et tu quidem*, inquit, *optato frueris otio, & juxta Babylonem bethlemitica forſitan rura ſuſpiras. nos in Ephrata, tandem pace reddita, vagientem de praeſepi audimus infantem; & querimonias ejus ac voculas ad tuas aures cupimus pervenire.*

(*m*) Diſceſſus ſui ex romana urbe cauſas perſequitur Hieronymus in epiſtola ad Aſellam. *Oſculabantur*, inquit, *mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant; & dolebant labiis, corde gaudebant. videbat dominus, & ſubſannabat illos, & miſerum me ſervum ſuum futuro cum eis judicio reſervabat. Alius inceſſum meum calumniabatur & riſum: & ille vultui detrahebat: hic in ſimplicitate aliud ſuſpicabatur ... Antequam domum ſanctae Paulae noſſem, totius in me urbis ſtudia conſonabant: omnium paene judicio dignus ſummo ſacerdotio decernebar. beatae memoriae Damaſus meus ſermo erat. dicebar ſanctus: dicebar humilis & diſertus. numquid domum alicujus laſcivioris ingreſſus ſum? numquid me veſtes ſericae, nitentes gemmae, picta facies, auri rapuit ambitio? nulla fuit alia Romae matronarum, quae meam poſſet edomare mentem, niſi lugens atque jejunans, ſqualens ſordibus, fletibus paene caecata ... Nulla me potuit alia delectare, niſi illa, quam manducantem numquam vidi. ſed, poſtquam eam pro ſuae merito caſtitatis venerari, colere, ſuſpicere coepi, omnes me illico deſeruere virtutes. o invidia primum mordax tui! o Satanae calliditas, ſemper ſancta perſequens! &c.*

(*n*) In epiſtola ad Marcellam, *Habeat*, inquit Hieronymus, *ſibi Roma ſuos tumultus, arena ſaeviat, circus inſaniat, theatra luxurient, &, quia de noſtris dicendum eſt, matronarum quotidie viſitetur ſenatus ... eſt quidem ibi ſancta eccleſia ... ſed ambitio, potentia, magnitudo urbis, videri & videre, ſalutari & ſalutare, laudare & detrahere, vel audire vel proloqui, & tantam hominum frequentiam videre a propoſito monachorum & a quiete aliena ſunt. aut enim videmus ad nos venientes, & ſilentium perdimus, aut, ſi non videmus, ſuperbiae arguimur. interdum, ut viſitantibus reddamus vicem, ad ſuperbas fores pergimus; inter linguas rodentium miniſtrorum poſtes ingredimur deauratos.* Hactenus Hieronymus: qui ſi noſtra hac aetate viveret, illa etiam, opinor, adderet; *Sed ad conſpectum atque alloquium beati illius admitti, hoc opus, hic labor eſt. negat ſtreperum atrienſium examen, negat cubiculi obſeſſor grex, negant, in quoſcumque incideris, famuli, intus eſſe eum, cujus ſaepe vocem, aliquem ex ipſis intro ad ſe vocantis, exaudias & agnoſcas. quod ſi negare non poſſint, ajunt, valde eſſe occupatum; cujus eſt omnis ſive in ludo, ſive in fabulis perriſque, ſive in id unum agendo, ut nihil agat, occupatio. aut diutiſſime expectandum, aut ſtatim, quod conſultius reantur, tibique perſuadere conantur, abeundum eſſe, denunciant. Heic ſi tu, habere te neſcio quid non negocii tractandum, ſed munuſculi, tuarum litteru-*

tamen nec idem mihi est animi robur, nec illud nunc est expedi-

terularum patrono offerendum, blande admonueris, jam, qui domo aberat, per posticum rediisse, qui occupationibus obruebatur, vacare ac plane esse ociosus dicetur, teque avidissime, idque jampridem, desiderare atque exspectare, immo jam jam ultro occursurus, quin, nisi tu prior advenisses, ad te illo ipso die sua sponte venire constituisse. Ecce aliquis intro currit, immo volat, & quiddam in aurem domino insusurrat. Panduntur fores, ostiorum aulaea removentur: inter honestissimas aulicorum ministrorumque omnium persalutationes atque obsequia incedens ingrederis: properantem ad te atque adeo ruentem dominum, verbis amantissimis ac prope amatoriis compellantem, audis, amplexu arctissimo peteris; columbatim oscula conturbantur. quid velis, immo quid jubeas, nihil non ab amicissimo, quin & obaerato, sine exceptione impetraturus, juberis dicere. Pauca pro re ac tempore praefaris, multarum vigiliarum libellum tuum, recens editum, e pallio profers, illique cum tenuitatis tuae excusatione verecunde tradis. accipit non invitus, nec tamen cursim, ut fit, saltuatimque legendum aperit: operimenteum modo ac cultum oscitans fastidiensque considerat, qui non auro illitas pagellarum oras, non argenteis fibulis utrumque latus revinctum videat: denique, laudare videri volens doctrinam tuam, parsimoniam autem restrictionemque tui muneris carpens, „ An non, inquit, *verum est caecilianum illud*: Saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia „ ? *Nunciat ecce aliquis, stare jam sonipedes, currui junctos, & feroces fraena spumantia mandere. valere juberis, abire compelleris; conclavia, scalas, atria plenae domus inanior, quam veneras, remetiris: neque tamen ullam usquam sonipedum illorum ungulam, ullum fraenorum spumae vestigium vides: valde hoc quidem commode atque e re tua. ex qua enim te domo famuli mendaciis ejecerunt, ex ea te equi, si in ullos incidisses, ferratis calcibus extrusissent. sed cave, te a famulis plane neglectum aut omnino obliviscendum putes. nomen tuum ac domicilium, mira sagacitate indagatum, didicerunt, & utrumque, praegrandibus perscriptum litteris, in codicem, memoriae perennis aut certe diuturnae causa, retulerunt, officii tibi vicem bis in anno, quoad vixeris, relaturi, semel sextilibus Augusti caesaris, iterum decembribus natalis Christi feriis. si domo abfueris, iterum atque iterum redire non gravabuntur. quos si, sive insidiarum metu sive solitudinis studio, fugitans atque devitans, in subterraneas te cryptas cum sanctis confessoribus abdideris, aut cum beatissimo Athanasio in paternum sepulcrum demiseris, eo te odora istorum canum vis vestigiis tuis persequetur. Ex urbe inobservatus aufugito, ac longas peregre moras trahito. Profectum scient, reducem exspectabunt; neque vero eos adventus tui dies atque adeo hora fallet. Flaminia revertenti ad pontem milvium praesto erunt. adventantem longe unum in millibus conspicabuntur, & vel personatum sine ullo errore internoscent. salvum venisse, cum nondum plane ad eos veneris, e longinquo magna voce gratulabuntur; & Kalendas tibi Augusti, vel si summa hiems fuerit, aut, in media jam aestate, decembria natalitia fausta atque felicia precabuntur: quae si tu te non agnoscere, eaque jampridem praeteriisse dixeris, at, non aut officii sui aut tuae liberalitatis partes negligendas ac praetermittendas esse, illi reponent. simulanti, te non satis intelligere quid dicant aut velint, & gratias etiam de officio, etsi non satis tempestivo, agenti, ac paria illis, immo & fortunatiora, apprecanti, deberi omnino sibi a te strenam sextilem aut decembrem aut utramque, sine fuco & fallaciis disertissime denunciabunt.*

quaeren-

o p peditum tutumque (o) perfugium, & nunc licet (p), quod tum fortasse erat impeditum, sanctorum hominum monumentis
q frui, Romae rusticantem, quae ille ornat divinis laudibus (q).
r est vero etiam, cujus auctoritate factique imitatione (r) consi-
ſ lium meum tueri queam. itaque secedamus in quirinalem (ſ) vel

quaerenti, unde hoc nomen? An non, inquient, te quendam ad heri nostri aedes salutationis causa accedentem vidimus? & de nomine adhuc quaeris, aut inficiari potes? O praeposterum urbis principis morem! o lupinam Romuli nepotum ingluviem! o foedam rerum ac verborum inconsequentiam! officio mulcta proponitur: obsequii vectigal penditur: urbanitas rusticitate, liberalitas latrocinio pensatur: addicerir famulis debitor, quod domini creditor esse coepisti. Sed quid facias? sic hodie in urbe vivitur: ea est urbani juris praeclara ratio ac disciplina: duodecim tabulae jamdiu, Cotta & Torquato consulibus, ictae fulmine conflagrarunt: jus novum in hoc genere condicum ac constitutum est. peregrinis, barbaricis, brutis legibus pareatur: pecuniae, quam non acceperis, immo quam dederis, usura solvatur: memineris, tyberim ponti milvio, cui insistis, esse subjectum: cave, si cunctere, ne fias depontanus. allatrantibus te molossis, ac jam jam morsu rabido appetentibus, argenteam offam, quam unam inhiant, objice; iisque blandire, quos fuste ac lapidibus, nisi incomitatus esses, abigi abs te male mulctator multumque baubantes oportebat.

(o) Propter mahometanorum, qui ea loca occuparunt, tyrannidem.

(p) Propter minorem, quam quanta Hieronymi aetate fuit, civium frequentiam, ut in ipsa urbe secessus ac solitudinis loca non desint.

(q) In epist. ad Laetam, *Auratum*, inquit, *squalet capitolium fuligine, & aranearum telis omnia Romae templa cooperta sunt. Movetur urbs sedibus suis, & inundans populus ante delubra semiruta currit ad martyrum tumulos.* In epistoia autem ad Marcellam, *Est ibi*, inquit, *sancta ecclesia, sunt trophaea apostolorum & martyrum, est Christi vera confessio, est apostolorum praedicata fides, &, gentilitate calcata, in sublime quotidie erigitur vocabulum christianum.*

(r) SS. Alexium & Joannem Calybitam fortasse significat.

(ſ) Mons quirinalis, ex quo tempore Sixtus V. pont. max. marmoreos equos duos antiqui admirandique operis, in Constantini imper. thermis repertos, in eo summo collocari jussit, *Montecavallo* dici vulgo coeptus, infrequens aedificiis erat tum, cum haec Pogianus scribebat. nondum enim eum romanorum pontificum sedem ac domicilium Paullus V., magnificentissimis aedibus in eodem excitatis, delegerat: qua quidem ex re factum est, ut incoli frequentarique deinceps coeperit. itaque, qui tum solitudinem adamabant, quirinalem montem, aut exquilinum, qui hac etiam aetate non admodum frequenter habitatur, sequebantur. Haec eadem causa fuit, cur quirinales ad S. Silvestri aedes suis clericis regularibus, viris sanctissimis, incolendas Paullus IV. attribuerit. de quo eruditissimus Barptolemaeus Carrara ex eodem Cl. reg. ordine in ejusdem Paulli IV. *Vita* lib.IX. num.14. *Anche la sua picciola congregazione*, inquit, *di chierici regolari apportava a Paolo i suoi affari... In questo mese di novembre (an.1555.) ai tredici arrivò finalmente a darle in Roma una casa a suo modo, cioè S.Silvestro a Montecavallo, posto in solitario colle, e lungi dagli strepiti e dalla frequenza del popolo, per non esservi ancora l' abitazione de' papi, e però al suo genio più confacevole di S. Girolamo della Carità, offerto un'al-*

vel in exquilias; & in illis locis remoti (*t*) ab oculis, si mi- *t*
nus a voculis, iniquorum (quod initium quoddam est sem-
piternae vitae) incipiamus aliquando commentari mortem:
quam cogitationem meditationemque sanctorum fanorum vici-
nitas adjuvabit; quorum aditu atque cultu versari quandam in
animo religionem ac pietatem (*u*), & saepe audivi de multis & *u*
sum interdum etiam ipse expertus. sed, ad hanc vitam & vi-
ctum colendum, praeparato tum vectigali tum animo opus est,
ne forte, rerum inopia necessariarum & solitudinis insolentia,
eo redire cogar, unde, non sine multorum partim reprehensio-
ne partim miseratione, discedo. Itane vero? quae inter se na-
tura pugnant, beatitudinis studium & ratio fortunarum, mihi
erunt cum animi mei pernicie conjungenda? &, quae (*x*) con- *x*
tempsi, quandiu mihi licere videbatur de praemiis humanis es-
se sollicitum, de iis in salutis cura laborabo, videlicet, ut,
quo minus viae superest, eo plus viatici studeam comparare?
est, Deo gratia (*y*), quod sit ad necessitatem satis, nec dare pos- *y*
sit intemperantiae facultatem. reliqua idem ille viderit Deus.
hominum autem congressus & colloquia requirere qui potero
unquam, si mihi illam saepe causam fuisse meminero obtrecta-
tionis, ostentationis, assentationis, multorum praeterea pecca-
torum? quorum ea nunc satietas est, is dolor, ut me tum omni-
no mei oblitum esse oporteat, cum in mentem venerit deside-
rare celebritatem. Hanc vero debeo gratiam summo viro (*z*), *z*
qui

un' altra volta, è del palagio alla guglia di S. Mautto, che già era suo, ma ambedue in frequentato quartiere.

(*t*) *remotis* exempl. Ferri potuit: sed a Pogiani manu non putavi.

(*u*) S. Hieronymus libro adversus Vigilantium de se testificatur ipse: *Quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitavero, & me nocturnum phantasma deluserit, basilicas martyrum intrare non audeo: ita totus & animo & corpore pertremisco.*

(*x*) *quam* exempl. Gratianus emendavit.

(*y*) Terentius in *Adelphis* I. 2. 41. *Est, Diis gratia, & unde haec fiant.*

(*z*) Si umquam negocium, multis magnisque difficultatibus impeditum maximeque molestum, a me suscepturn esse, intellexi, qui has Pogiani epistolas temporis, quo quaeque scripta esset, ordine digerere constituerim, id profecto nunc in hujus epistolae constituendo tempore experiri cogor. sed litteris servientem, atque aliquid de posteritate cogitantem, nequaquam oportet aut difficultatibus aut molestiis ullis a praeclaro instituto deterreri. namque, illud neminem non concessurum arbitror, plurimum hac temporum notatione praeteritarum rerum atque hominum historiam juvari, nec male de iis, qui futuri sunt, mereri, qui superioris aetatis ingeniorum monumenta sic tuentur, ut, si quid in iis vitii, tamquam in aedibus, factum sit, praestent etiam atque restituant. quod si in his ipsis Pogiani epistolis (ut alia omittam, quae multa, Romae praesertim, tum manu facta tum arte

qui non tam praecepto, quam exemplo, me, diu quidem haec deliberantem, sed nescio quomodo tarda quadam explicatione delectatum, ad extremum sententiam terminare coëgerit. is enim fuit, cujus & in admirabili scientia, nisi oratio necessitatem

arte atque ingenio antiquorum perfecta, aetatem aliqua sui parte ferre potuerunt, quaeque olim integra atque nitentia, nunc hominum, qui deinceps, nobis nondum natis, fuerunt, sive avaritia, sive inscitia, sive negligentia, vix manca ac mutila multumque obsoleta ac tantum non penitus collapsa atque exstincta conspiciuntur) si, inquam, in his ipsis Pogiani epistolis aliquid tale, qui vel ejus aequales vel aetate proximiores fuerunt, facere animum induxissent, &, sive in temporibus locisque indicandis, sive in designandis personis, sive in rebus illustrandis, sive denique in librariorum mendis accurata multorum exemplarium, atque adeo autographorum, collatione tollendis elaborassent, non minimam ab eruditis, a me certe maximam gratiam iniissent; cui non illud modo molestum est, quod multum & temporis & operae in conjectando, argumentando, concludendoque cogor consumere, sed illud multo molestius, quod vix videor in hac frequenti facti mei ratione reddenda, ac tamquam operae, quam in quaque epistola recensenda posuerim, admonitione, legentium molestiam atque fastidium posse vitare. sed liberum cuique est haec mea non legere: mihi integrum non est non haec eadem scribere, &, cur quidque fecerim, ne quis me temere aliquid fecisse suspicetur, non monere. itaque, hujus *summi viri*, de quo Pogianus hinc agere incipit, commemoratione commonitus, coepi de tempore, quo scriptam fuisse hanc epistolam, omni temporis notatione tum in nostro exemplari, tum in codice vaticano carentem, statuerem, cogitare; ac primum quidem de anno, tum etiam de mense. statui autem, februario ineunte anni 1565. scriptam, hanc rationem, quam diligenter exponam, sequutus.

Scribit non ita longe ab initio Pogianus illa: *At vixi apud eos* (cardinales), *at illis quindecim annos operam dedi meam; &, duobus mortuis, ad quos me applicaverim, tertio longissime profecto, videor divelli non posse ab hoc splendido genere serviendi, siquidem quartam acceperim conditionem, quae illustriorem etiam, quam superiores, cupiditatem meam facere videatur.* Qui fuerint quattuor hi cardinales, supra diximus; primus nempe Robertus Nobilius, alter Hieronymus Dandinius, tertius Otho Truchsesius, quartus Carolus Borromaeus. atque huic quidem postremo, apud quem, haec cum scriberet, Pogianus erat, operam suam dare eum desiisse Pii V. pontificatus initio, hoc est anno 1566. ineunte, compertum est. necesse est igitur, ante eum ipsum annum scriptam esse hanc epistolam.

Rursus compertum est, ante Julii III. pontificatus initia, quae in februarium anni 1550. inciderunt, Pogianum apud Robertum Nobilium (qui primus ex iis cardinalibus fuit, quibus *quindecim ipsos annos operam suam dedisse* se, dicit) esse non coepisse. equidem id factum non nisi tertio Julii pontificatus anno (hoc est 1553.), existimabam: atque ita mihi videri, in mea ad Gratiani nuncupatoriam epistolam, huic operi praefixam, octava adnotatione scribere me, memini. nunc video, nisi initium operam dandi Nobilio suam in ipso Julii pontificatus initio (hoc est anno 1550.) Pogianus fecerit, non vere eum potuisse in hac epistola, ante annum 1566. (quemadmodum dictum est) data, scribere, operam

tem aut utilitatem haberet, mira doctrinae dissimulatio, & in praestanti innocentia, nulla cujusquam suspicio improbitatis, in aperto alterius scelere parata miseratio, in incerto crimine prompta excusatio fecit, ut me mei valde poeniteret: cujus deni-

operam a se quattuor cardinalibus *quindecim ipsos annos* fuisse datam. quod ille si vere scripsit, nec est in eo annorum numero a librariis peccatum, omnino necesse est, eum, qui ante annum 1566. scribat, quattuor cardinalibus *quindecim ipsos annos* operam se dedisse, nec dandi initium ante annum 1550. fecerit, necesse est, inquam, eum haec ipsa anno 1565. scripsisse.

Nunc de mense videamus: de quo si bona, quam afferam, conjectura videbitur, de anno, quem constitui, magis magisque constabit. ac primum epistolae particula haec ipsa, in qua versamur, de *summo viro* diligenter consideranda est. *Hanc vero*, inquit, *debeo gratiam summo viro, qui non tam praecepto, quam exemplo, me diu quidem haec deliberantem, sed nescio quomodo tarda quadam explicatione delectatum, ad extremum sententiam terminare coëgerit. is enim fuit, cujus & in admirabili scientia, nisi oratio necessitatem aut utilitatem haberet, mira doctrinae dissimulatio, & in praestanti innocentia nulla cujusquam suspicio improbitatis, in aperto scelere parata miseratio, in incerto crimine prompta excusatio fecit, ut me mei valde poeniteret: cujus denique vita, mihi perspecta & ex sermone multorum & ex mea aliquot dierum cum eo instituta consuetudine, me in eam sententiam facile adduxit, ut de morte cogitarem; & proxime spectata ejus in morte securitas mihi persuasit, alterius cujusdam vitae initium ordiri oportere*. Nunc, qui *vir* iste *summus* fuerit, tanta *scientia*, tanta *scientiae dissimulatione*, tam *praestanti innocentia*, tam *parata in sontes miseratione*, cujus *perspecta vita & ex aliorum sermone, & ex aliquot dierum instituta* ab se cum eo *consuetudine*, & *proxime spectata ejus in morte securitas* Pogiano *persuaserit*, *ut de morte cogitaret*, videndum est. Equidem, Jacobum Laynium, societatis Jesu alterum ab Ignatio praepositum generalem, a tribus pontificibus Paullo III. Julio III. Pio IV. ad concilium tridentinum pontificii theologi nomine ac potestate missum, qui Romae decimonono januarii die an. 1565. sanctissime obiit, fuisse *summum* hunc *virum*, conjicio. certe, quae de hominis vita rebusque gestis a Petro Ribadeneyra, aequali scriptore, tribus libris hispano sermone conscriptis, quos Andreas Scottus latine convertit, & Coloniae Agrippinae an. 1604. vulgavit, sunt memoriae mandata, quaeque alii etiam scriptores, praesertim Franciscus Sacchinius, de eo prodidere, mirifice cum Pogiani de suo illo *summo viro* de ejusque laudibus commemoratione consentiunt. De *scientia* quidem & *scientiae dissimulatione* in ipso paene vestibulo operis, libro videlicet I. cap. 4. haec a Ribadeneyra traduntur: *Missus eodem* (Tridentum, concilii oecumenici causa) *a Paulo III. theologorum in numero Laynes est, quartum & trigesimum aetatis annum agens, & Alphonsus Salmeron, qui trigesimum vix excesserat. his sociis negotium profecturis Ignatius praepositus generalis pro suo jure dederat, ut pauperibus aegrotisque in nosocomio Tridenti operam prius navarent, quam sententiam publice rogati dicerent; rudes etiam puerosque catechesi christiana imbuerent*. Haec tum praestitisse Laynium, nec, quoad vixit, praestare destitisse, qui ejus res gestas legerit, comperiet, & in eo ipso hominis doctissimi *scientiae dissimulationem* agnoscet atque mirabitur. *Doctrinae* autem hominis specimen

denique vita, mihi perspecta & ex sermone multorum & ex mea aliquot dierum cum eo instituta consuetudine, me in eam sententiam facile adduxit, ut de morte cogitarem; & proxime spectata ejus in morte securitas mihi persuasit, alterius cujusdam

men illud esto, quod idem Ribadeneyra, paucis interjectis, commemorat: *Ita*, inquit, *inter socios convenerat, ut, licet natu minor Salmeron esset, prior tamen sententiam diceret, posterior Laynes. id, ut est, eo difficilius visum, quod ab aliis* (scilicet, concilii patribus, qui medii inter Salmeronium primum, & Laynium ultimum sententiam dicerent) *optima quaeque jam occupata ac praecepta essent, nec iterare eadem pretium operae videretur, nisi si in aliorum, qui antea dixissent, sententiam pedibus ire vellet. plerumque tamen ea in medium attulit Laynes, quae nova & ad eum diem inaudita judicarentur. Permagni sane illius judicium factum, ut rationum momenta patrum aliorum numerari, illius vero ponderari solerent. erat enim in disputando acer, in dicendo vehemens, in judicando vero subtilis & constans. quibus artibus fiebat, ut audientium animos, quo vellet, raperet, ac quamcumque in partem liberet, facile traduceret. Utilis adeo hic illius opera extitit.... ut, cum Ignatius evocandum Tridento ad res gerendas curasset, non impetrarit. cardinalis enim S. Crucis, unus e tribus concilii legatis, qui postea Marcellus II. pont. max. creatus est, litteris ad Ignatium datis, rogat humaniter, ne a tam salubri opera Laynem avocet: publica enim commoda privatis anteponenda.* Hactenus Ribadeneyra. Audiatur etiam de eadem Laynii doctrina, de aliisque praeterea ejusdem laudibus Sacchinius in *Histor. Societ. Jesu* part. II. lib. VIII. sect. 117. *In consuetudine*, inquit, *graviter comis, & supra modum amabilis, e locupletissimo scientiae multiplicis instrumento aptissime, quod e re praesenti esset, depromens* (hoc nonne pogianeo illi de *summo* suo *viro* plane respondet? *in admirabili scientia, nisi oratio necessitatem aut utilitatem haberet; mira doctrinae dissimulatio.*) *mire sibi eorum, cum quibus agebat, animos adjungebat. Peccantium paterne miserabatur* (quid tam geminum illius, quod de suo illo *summo viro*, Pogianus commemorat, *in aperto scelere parata miseratio?*); *ac palam confitebatur, quemvis, quotiescumque vellet, posse sibi imponere. ut enim erat ipse innocentissimus* (haec jam sunt pro illis Pogiani *in praestanti innocentia nulla cujusquam suspicio improbitatis... in incerto crimine prompta excusatio*) ,*ita ad eum placandum satis erat vel simulare poenitentiam & emendationem polliceri &c.*

Nunc mortem illius *summi viri* ejusque *in morte securitatem*, cum Laynii morte & in morte securitate comparemus: de qua illa sunt apud Ribadeneyram lib. III. cap. 13. *Invaluit iterum vis morbi gravior, inaudierat tum forte, pro incolumitate sua vitaque producenda, non domi solum, sed publice etiam vota concepta, supplicationesque ad templa Sanctorum indictas, peregrinationes etiam religionis gratia ab iis susceptas, qui, illius studiosissimi, salvum superstitemque vellent. indoluit hoc nuncio Laynes, quod dissolvi cum Paulo corporis vinculis, eque custodia abire vehementer optaret .... quare identidem illud* (Lucae 13.) *usurpabat. „ Ut quid adhuc ego terram occupo? „ Societati enim se jam inutilem minusque frugi servum appellans, alteri locum, qui munus id obiret felicius, concedendum. Postquam in dies dolores febremque sine spe salutis augeri videt... ante diem* XVI. *Kal. febr. de anteactae vitae erratis puriter confessus, caelestem angelorum panem*

dam vitae initium ordiri oportere. quare, ut dixi, mihi stat veteris urbis aliquem sequi recessum. hujus autem consilii te approbatorem spero, & migrationis socium exopto. caeterorum vero oratione si movear, quibus, pro amore, pro odio,

in

nem, viatici nomine, serio postulant, summa pietate ac religione sumit. Postridie ejus diei missis sociis, Societatem Pio IV. pont. max. qui ejus jam patrocinium, ut dixi, libens volensque susceperat, diligenter pieque commendat; veniam quoque ex animo peccatorum postulat, simul & apostolicam benedictionem. dein oleo sacro inungi voluit, ut illo munitus sacramento cum daemone postremum luctaretur. hinc immortalitatis spe, aeternaeque beatitudinis desiderio plenus, Deum, vitae auctorem, precatur & amice compellat, fusis etiam ubertim lacrymis, ut exsulem se tandem aliquando in patriam revocaret &c. Haec certe satis sunt ad Laynii morientis *securitatem*, eamque *summam*, demonstrandam: ad probandum autem, eum a Pogiano in illo suo *summo viro* significari, praesertim cum reliqua tam praeclare constent, fortasse etiam satis.

Nec vero illam *summi viri* appellationem ab ejus dignitate abhorrere quisquam existimare debet. nam, nisi plane *summus vir* fuisset, non eum certe tanti (ne alia argumenta conquiram) quamplures, summi ipsi viri, fecissent, quanti & viventem & mortuum fecerunt. de qua re Ribadeneyrae unius testimonio, quum afferre multorum possem, contentus ero. is lib. III. *Laynis historiae* cap. 13. *Romanis*, inquit, *civibus luctum fulque ingens desiderium reliquit. memoriae proditum, auditumque ex cardinalibus, multis retro annis, quot Romae transegerant, praestantis viri nullius perinde mortem dolori urbi Romae, atque Laynis, exstitisse ... Alexandrinus etiam cardinalis* (qui fuit anno post pontifex max. Pius V. nomine)... *accepto de Laynis morte nuncio, merito lugendum* (*Dei enim ecclesiam eo die hasta & scuto orbatam videri*) *pleno ore praedicavit ... Nec Romae solum funus honorifice elatum ... nec socios solum dolor tangebat. externi etiam, pro veteri, quae cum illo fuerat, necessitudine, luxerunt ... Otho etiam Truchsius, cardinalis, & augustanus episcopus, Dillingae sociis attributo collegio, acceptoque tristi de Laynis morte nuncio, ea se contulit e vestigio, ut consolationem sociis praesens afferret, parentaret item, justaque persolveret ... In templo cenotaphium positum, non atra pullaque veste, sed purpurea tegendum mandavit; quod gratulandum sito, morte obita, praedicaret, qui his vitae miseriis liber ad caelum evolasset ... Sacris hinc funebribus ab eo solemni ritu peractis, surrexit mox orator, qui pro funere Laynem de more laudaret. Verum, quod non omnia, tam angustis horae spatiis, complexus esset, subjecit cardinalis, duo, & quidem praecipua, in Laynis laudatione praetermissa videri, quae silentio praeterire conscius ipse & familiaris, salva religione, non posset: in primis cardinalis dignitatem oblatam serio fugisse Laynem; qua in re deprecanda sua esset apud Paulum IV. pont. max. opera usum: quo* (Paulo IV.) *jam fato functo, illud accidisse memorabile, duodecim suffragia cardinalium ad summum sacerdotium nec opinantem & absentem Laynem tulisse; vocatum ea gratia, se auctore, in conclave; fugaque se proripuisse, ne, quod nollet, pontifex renunciaretur. &c.* Qui tali viro *summi viri* appellationem non satis apte convenire existimaverit, nescio, ad quod hominum genus, ea cohonestandum, esse reservandam, existimet.

Potuit autem Pogianus haec & horum

in alienis consiliis & actionibus magna esse solet ex laude aut ex vituperatione jucunditas, perinde erit, ac si in pristinum errorem fortunamque sciens prudensque recidissem.

II.

horum similia de Laynii praestantia cum ab aliis, tum ab ipso cardinale Truchsesio, apud quem tam diu vixerat, cognoscere: id, quod illis verbis epistolae ipsemet fortasse significat, *cujus vita mihi perspecta & ex sermone multorum*: subdit vero continuo *& ex mea aliquot dierum cum eo instituta consuetudine*. Ne haec quidem verba non aliquid significant, quod conjecturam nostram de Laynio adjuvet. notum illum quidem jam ante hoc tempus Pogiano fuisse, illa epistolae, ab eodem Pogiano ad Hosium die 28. julii 1564. datae, verba declarant: *Laynius, jesuitarum societatis magister, tametsi eas preces, quas quotidie pro Germania fieri jubet, ad istos etiam homines* (polonos) *pertinere arbitratur, tamen proprie & nominatim mandavit de eo, quod scribis. orabit igitur utrumque collegium jesuitarum pro salute Poloniae. quae ratio precationis eo die est instituta, quo mandatum tuum exposui Laynio. postridie ejus diei pransus sum, ipsius magistri invitatu, in gymnasio, quod vocant Germanorum; ubi mirificam sobolem christianae juventutis, & plane seminarium vidi florescentis ecclesiae*. Verum haec notitia admodum nupera fuit, &, si vetustior etiam fuerat, aditus tamen quidam ad eam aliquot dierum consuetudinem ac familiaritatem, quam cum eo institutam Pogianus dicit, fuerat, non ipsam consuetudinem ac familiaritatem attulerat. nihil igitur impedit, constitui sic rem, ut Pogianum existimemus, sive judicio suo ac voluntate, sive Laynii, hominis animorum salutis studiosissimi & in omnem ejus procurandae occasionem imminentis, invitatu, fortasse etiam Caroli Borromaei (qui, quod bonum non ita multo ante expertus ipse fuerat, ejus alios etiam, e sua praesertim familia, participes vellet) cohortatione se ad Laynium, paullo ante quam is aegrotare ac decumbere coepisset, contulisse, & apud eum, eoque duce ac magistro, in iis se commentationibus, quas beatus Ignatius ad vitam christiana disciplina instituendam adhibendas praescripserat, exercuisse; peccata etiam illi superioris vitae sua rite aperuisse, illorum condonationem ac veniam perbenigne impetrasse; cumque eo multa, de reliqua vita, innocenter sancteque transigenda, deliberasse; ab eoque, post hanc *aliquot dierum consuetudinem institutam*, discessisse, hominis benignitate, sapientia, sanctitate mirifice captum; neque multo post supremo morbo laboranti praesto fuisse, morientis securitatem spectasse, & in suscepto commutandi vitae generis consilio ac deliberatione confirmatum, praeclaram hanc, & e media christiana philosophia depromtam, epistolam februario ineunte scripsisse: cum quidem Laynius die 19. proximi januarii vivere desiisset.

Haec habui, quae primum de anno, tum de mense dicerem, quibus hanc Pogiani ad Aldobrandinium epistolam datam fuisse, censerem. Falli certe possum, &, prolatis aliquando certioribus in contrariam partem argumentis, erroris manifesto coargui. id si acciderit, divinationis tum meae me, diligentiae vero atque industriae, in incerta nunc quidem re adhibitae, numquam poenitebit.

Quod si, non ad hoc, quo nos eam contulimus, sed ad aliud tempus haec epistola pertinet, eo me, universos ejus locos accurate considerantem, conjectura ducit, ut sive extremis anni 1563. sive primis insequentis 1564. mensibus scriptam datamque existimem.

II.

Julius Pogianus Joanni Francifco Comméndono Cardinali.

Excufata prioris gratulationis exilitate, multis verbis ac magnifice de cardinalatu gratulatur. 5. apr. 1565.

EGO, fi exiftimarem, te eum effe, qui in tuo honore (*a*) 6
fpectares uniufcujufque laetitiam ex declaratione literarum, fane vererer, ne proxima ratio gratulandi mea, vulgarif-

(*a*) Quae Gratianus de Commendoni cardinalatu lib. III. ejus *Vitae* cap. I. tradit, ea, magnam huic epiftolae lucem allatura, defcriptam, non editis exemplis, quae plurimis locis mendofa funt, fed ipfius Gratiani, quod apud me eft, autographo ufus. *Ab his*, inquit, *rebus magnum Commendoni in Polonia* (ubi pontificium nuncium apud Sigifmundum Auguftum regem agebat) *nomen; magna omnes ceperat admiratio... Ante omnia miraculo erat, eum & regem ab tam effrenata atque impotenti cupiditate* (nuncium Catharinae auftriacae, Ferdinandi I. imper. filiae, legitimae uxori fuae, remittendi, atque aliam ex animi fui fententia ducendi) *cohibere potuiffe, & eundem ei aditum, eundem amicitiae locum manere... & cum haec, tum praeterea impetus haereticorum in religionem egregie repreffos ab eo, facerdotes* (catholicos), *qui perculfi abjectique videbantur, erectos protectofque... nec parum etiam exemplo innocentiae religionifque, & crebris cohortationibus ejus ad ecclefiafticae difciplinae cultum, quae paene jam omnis interciderat obfoleveratque, profectum effe, poffim homines fermonibus celebrabant. Haud minor Romae fama de praeclaris hifce actionibus percrebuerat, cum ipforum praedicatione ac literis polonorum... tum etiam ipfius pontificis maximi* (Pii IV.) *teftimoniis: qui, cum de fufceptis a rege genteque, ut fupra docuimus, tridentini concilii decretis, literas a Commendono* (cujus id opera perfectum erat) *accepiffet, recitari in fenatu apud patres juffit, atque eas ipfe verbis ampliffimis eft profecutus. eo quippe gratior celebriorque res fuerat, quo plus habituram difficultatis, rati erant, in regno, ubi nec uni omnia parent, nec univerfis eadem mens, idem de facrorum jure fenfus, ac plerifque etiam averfus ab ecclefia veroque animus effet; nec dum, quid caeterae provinciae feciffent, allatum erat... Sed ex praeclaris hifce & maximis pro rep. laboribus ad eum plurimum gloriae, nihil fructus redibat: ut fere virtus laudatur & alget... Ut initio oftendimus, eam ipfe fecutus viam rationemque in rep. fuerat, ut in nullius fe clientelam aut fidem traderet, probatiffimi cujufque patrum amicitias appeteret, ftudens eorum fibi gratiam & benevolentiam decori atque ornamento effe, addiceret tamen fe nemini. eo fiebat, ut, qui probarent, laudarent, diligerent etiam, atque ornatum cuperent, multi, qui fufciperet, proveheret, enixeque commendatione ac ftudiis contenderet* (quod faepe pro iis fit, qui fortunam fuam alterius opibus applicarunt), *effet prorfus nemo: ut in principum amicitiis plus fplendoris illi, quam opis, effe videretur. fed, qui vera virtute ac religione nituntur, & nullas fuas fecuti fpes, charitate reip. communi faluti cum fide confulunt, hi nimirum in Dei tutela*

garisque illa & exigua officii significatio tibi dubitationem attulisset

tela sunt; qui quanquam vero merces maximis meritis ipse sit, tamen ne hoc quidem carere splendore dignitatis atque praestantiae ea patitur ... atque hac ille via, hoc maxime modo cardinalis est factus tertio idus martii M.D.LXV. *aetatis suae altero & quadragesimo. ipse apud polonos* (in urbe Petricovia) *ignarus fortunae, muneri suo intentus, agebat, nihil minus, quam honores & purpuram, meditans; qui debitum sibi in necessarias impensas menstruam pecuniam vix atque aegre exprimere esset solitus, ac saepe domesticae difficultatis curis taedioque angeretur. jamque & rebus & sumptibus fessus de reditu in Italiam cogitabat, oraveratque per literas Borromaeum, ut sibi successorem impetraret: & secessum sibi & patavinum otium spe ac animo fingebat, & reditum in gratiam cum literis & studiis suis, quorum consuetudine, aliquot jam annos publicis rebus curisque distentus, perinvitus caruerat; flagrabatque otio ac studiis obsequendi desiderio. & forte sermonem mecum his ipsis de rebus institutum (jucunde ut optata memorantur) habebat: cum ei nunciatur, adesse Vienna a Zacharia Delfino, episcopo pharensi, missum cum literis, qui festinus adire ad ipsum posceret. Delfinus tum pari nuncii munere apud Maximilianum caesarem fungebatur, fueratque iisdem comitiis, caesaris ipsius commendatione, cardinalis renunciatus. introductus ille, Commendoni genua amplexus, cardinalem eum salutat, literasque cum eadem appellatione ipsi a Delfino tradit. in iis erat, tabellarium ad se ab urbe magna celeritate venisse, qui se & Commendonum in cardinalium collegium ad* IV. *idus martii fuisse cooptatos, nunciaret: idque illi Delfinus multis verbis honorifice atque amice, ut mos, gratulabatur. Commendonus, lecta epistola, paulum cogitabundus constitit: deinde, laetari quidem se pro amicitia Delfini honore magnopere, dixit: caeterum, de se quando non solum literae sibi nullae ab urbe, sed ne suspicio quidem ejus rei ante allata ulla esset, efferri eam, prius quam tabellarii sibi a pontifice maximo aut Borromaeo cardinale venirent, nolle: nunciumque, comiter acceptum & silere jussum, ad curandum corpus dimisit, prorsus vultu eodem, ac nihil, quod notari posset, animo motus. quin me, tam laeti, tam improvisi atque inopinati nuncii miraculo defixum ac prope attonitum cernens, primo irrisit, mox perfusum voluptate, & gaudio juveniliter gestientem, corripuit, abireque, & monere illum, qui venerat, ut plane rem tegeret silentio, jussit. postera die, ne, si quid aliunde emanaret, caelare ipse regem videretur, ire me ac nunciare illi jussit omnia, ut allata sibi Vienna essent, &, ut tacite haberet, donec ex Italia tabellarii venirent, orare. adeo laetus ea audivit rex, ut, quanquam maximis Commendoni meritis multo ante debitum eum esse honorem, intelligeret, laetari se tamen diceret, dilatum ei fuisse, ut potissimum in suo regno acciperet ... Quintus ab adventu viennensis nuncii dies praeterierat, meque ejus morae sollicitudine vehementer anxio & prope jam spe dejecto, ipse haud aliud quam suo consilio silendae rei laetabatur. tandem adventu tabellariorum, & Fulvii Ruggerii bononiensis, a pontifice missi cum purpureo capitis integumento, primoque cardinalatus insigni, quod Biretum vocant, res pervulgatur, ad eumque concurritur; cui, a sacris, quibus operatus erat, redeunti, pontificis max. & Borromaei literae redduntur, honorificentissimis in se scriptae verbis: quas tristitiae propior quam gaudio legisse observan-*

lisset pietatis eximiique amoris erga te mei (*b*). sed mihi nosse videor judicium hac in re tuum, qui, veritatem intuens, ex ea pendas orationem, neque, ut cujusquam in te fidem voluntatemque perspicias, verborum vim splendoremve desideres. hoc itaque constituto, fretusque & conscientia mea & tua scientia singularis mei in te animi, Fulvio Rugerio (*c*), pontificias literas

servantibus vultum ejus est visus. inde gratulantium studiis benigne susceptis, cum se domum atque in conclave recepisset, me quidem, qui solus cum eo remanseram, & amplecti dexteram & effundere gaudium, quod animo vix capere poteram, ardebam, severitate & constantia vultus deterruit, nec aliter ipse stantem tacitumque est affatus, quam „ Nobis vero, inquit, optatae quietis, patavinique otii spem praecisam vides. eo jam agimur, ubi alieno arbitrio vivendum, & longe a portu danda ventis in altum vela sunt. Deum precare, ut cursum tenere possimus, & fluctibus tempestatibusque ne obruamur „. Tum senatores duo, a rege missi, adfuere; qui, regem, si fratri suo is habitus honor esset, non plus laetitiae capturum fuisse, quam ex amplificatione illa dignitatis ejus cepisset, dixerunt. secuti inde episcopi reliquique principes gentis, etiam ex haereticis plerique. nec ferme quisquam fuit ex omni nobilitate, quae in illo conventu frequentissima aderat, quin gratulatum domum ejus veniret; tanta omnes studia in illum profitentes, ut plura ne a civibus quidem aut propinquis suis expectanda ei fuisse viderentur. Ipse gratias quidem omnibus egit; sed oris habitum minime laetantis ferens, tranquillis quoque & quietis ecclesiae temporibus gravem difficilemque muneris ejus functionem esse, ajebat; perturbatis vero ac turbidis, qualia tum essent, longe gravissimam: itaque Deum orandum, ut oneri ferendo impar ipse ne esset. atque in hanc sententiam gratulantium quoque literis respondit: ut nihil ab gaudio dissolutum, nihil elatum, aut ab caetera gravitate ejus modestiaque alienum in dictis factisve ejus existeret, prorsusque rem ita acciperet, ut eam sua vi ac religione, non tantum specie ac splendore honoris metiri videretur.

(*b*) Gratulatus proxime fuerat Commendono de cardinalatu Pogianus, sed brevissimis litteris, iisque italice, non latine, scriptis, quas Fulvio Rogerio, propere in Poloniam proficiscenti, eidem Commendono perferendas, dederat. id ex iis, quae mox sequuntur, intelligimus.

A la santità vostra, che, altre l'havermi creato cardinale sopra ogni merito & fuori d'ogni mio pensiero, mi mostra con tanta carità il debita mia, & m'intercede appresso il signore Dio forze da farla, bacio devotamente i santissimi piedi, & le rendo gratie infinite, & molto più le ne devo. conciosiacosachè da questi miei viaggi, de'quali la santità vostra si degna fare mentione, non ho acquistato veramente altro, che un poco più di cognitione del peso, ch'è congionto con questa dignità, & del gran bisogno, nel quale hora sono, che la divina clementia conceda a la pia intercessione di vostra beatitudine quello, che le deboli qualità mie mi togliono. Suole Dio infirma mundi eligere, quia ipse potens est, &, *perchè humana virtù non basta a sostenere carichi & offitij soprahumani, esso somministra forze a chi elegge*, non judicans secundum intuitum hominis, *ma secondo il consiglio de la providentia sua, con la quale* disponit omnia suaviter: *&, dove nè meriti nostri nè valore arriva, richiede solo, che altri gli sacrifichi la voluntà sua*, jumentum factus apud eum. *il che hora io fò con tutto l'animo in mano de la santità vostra, suo vicario in terra: supplicanda la divina maestà sua, che in me conservi & accresca questo desiderio, del quale essa è autore; onde possa per l'avvenire in qualche parte satisfare a l'obligo, che io tengo con la presente dignità & con la santità vostra: & a lei dia lunga & felice vita, sì per benefitio universale di santa chiesa, come perchè siano più tolerabili in questo grado le imperfettioni mie, difese & sostenute da la somma virtù & sapientia di vostra beatitudine. &c.*

nem faciam, ne meam de tuo judicio in hoc literarum gene-
t re ſententiam (*t*) videar condemnare. reliquas officii mei par-
tes in adventum tuum reſervo; quo praeſente colendo & ob-
ſervando vincam omnium ſtudia. hanc vero etiam moleſtiam
u conditionis (*u*), quam & accepi iniquiſſimo animo, nec fero
aequiore, perpetuo fructu mei in te amoris atque obſervantiae
mitigabo. Facit ſumma humanitas tua, ut, cum per aſſiduam
operae meae neceſſitatem, Varmienſi cardinali, divino homi-
ni, commune hoc mihi cum eo ac praecipuum de tuo honore
ampliſſimo gaudium per literas gratulari non poſſim, petam a
x te, ut, ſiquidem una eſtis (*x*), ſuſcipias ipſe meas partes, eum-
y que & ornatiſſimum juvenem Antonium Mariam Gratianum (*y*)
z mihi ſalutes. Vale. Roma. nonis aprilis. M. D. LXV. (*z*)

(*t*) Sententiam ſuam de Commendoni, in hoc litterarum genere, judicio ſupra Pogianus declaravit his verbis: *Intelligebam enim, ſore, ut ... onerarere ſexcentis literis; ex quibus pleraſque futuras augurabar ſcriptas ambitioſius. quod genus quia tibi odioſum animadverteram, cognito praeſertim meo in te ſenſu, mihi cavendum putavi, quoad liceret, tuam ne augerem moleſtiam*.

(*u*) Significat operam, quam aſſiduam & valde moleſtam dabat ſcribendis latinis litteris & proprie Borromaei, & communiter ejuſdem undecimque cardinalium nomine, quos ad explicandam, ubi opus eſſet, concilii tridentini ſententiam Pius IV. in conſilium adhibere inſtituerat.

(*x*) Erat hoc tempore Petricoviae Commendonus, ad quem card. Hoſius die 26. febr. ex Pruſſia venerat: quo ipſo die ſic ad card. Borromaeum indidem ſcribebat idem Commendonus: *Erano alcuni di parere, che la riſpoſta ſi doveſſe dare breve & riſoluta, altri voleano, che* doceretur & perſuaderetur rex. *nella qual differenza fu chi ſoggionſe, che eſſendo già in Valboria due leghe ſolo lontano monſignor illuſtriſſimo Varmienſe, ſarebbe bene di aſpettare, & di communicar prima tutto queſto con ſua ſignoria illuſtriſſima. di modo che in fine non ſi concluſe alcuna coſa. io diedi incontinente avviſo al cardinale: il quale ſi riſolſe di venir ſubito; & è gionto queſta notte. tanta è la carità & il zelo di queſto ſignore ne le coſe de la religione, che ſupera ancho la dottrina ſteſſa, & l'altre ſue ſingulari conditioni*. Quando autem Petricovia diſceſſerit in Pruſſiam rediturus Hoſius, ex Commendoni ad Borromaeum litteris, die 12. apr. indidem datis, diſcimus: in quibus, *Con le quali promeſſe*, inquit, *il cardinale* (Oſio) *preſe licentia di partire, per poter eſſere ne la ſua chieſa queſti giorni ſanti: & ſpetialmente diſſe a ſua maeſtà, come diſegnava di paſſar per Radomia, dove habita la regina .... & così il cardinale l'altro hieri ſi partì verſo Radomia: la quale ſtrada diſegno di far'anchor io partendo di quà &c.* Cum igitur hanc epiſtolam Pogianus die 5. aprilis dabat, deſierat jam ante quinque dies eſſe una cum Hoſio Commendonus.

(*y*) Gratiano quoque de Commendoni, apud quem is erat, cardinalatu gratulatus Pogianus eſt ea epiſtola, quae mox ſequetur, data eodem, ut opinor, die.

(*z*) Pogiani prioribus litteris, italice ſcriptis, reſponderat hac epiſtola Commendonus: *Così ſono naſcoſti i giu-*

ditij

ditij di Dio, signor Poggiano, che, se ben io son certo di non haver in questa mia promotione alcuna parte pur col desiderio solo, & che la possa chiamare vocatione di Dio, nondimeno resto tuttavia con timore, & dubito, se la sia per portar servitio ad altri, & a me salute. nel quale timore molta consolatione mi ha dato l'amorevolissima lettera di V. S. che mi racconta, come, senz' altro favore humano che de l'intercessione sola d'un signore, che per la rara sua bontà si deve credere, che sia veramente accetto a Dio, sua santità si sia mossa a far questa elettione de la persona mia. perchè, riguardando a la pia intentione di sua beatitudine & di monsignor illustriss. Borromeo & a li meriti loro, & non a le imperfettioni mie, posso sperare, che il signor Dio suscipiat me & non confundat ab expectatione mea; *tanto più aggiongendosi a questo l'amorevolezza, che V.S. mi scrive di monsignor reverendissimo Sirleto verso di me, da la cui singular virtù come la presente promotione ha ricevuto molto honore, così io tengo per certo di dover ricevere grande ajuto. & prego V.S. che per mio nome voglia render doppiamente gratie a monsignor illustriss. Borromeo, che con la sua bontà mi assicuri de la vocatione di Dio, & con la compagnia di monsignor illustriss. Sirleto habbia voluto sovvenire a le forze mie, poco altrimente atte a sostener questo peso. De l'animo mio verso V. S. non posso scriverle alcuna cosa di nuovo, non potendo l'amor, ch'io le porto già molti anni, ricevere nuovo accrescimento per qualsivoglia accidente. solo le dirò, che in ogni caso le conviene credere, ch'io l'amo extremamente, perchè, s'io fussi qual V.S. mi stima & mi predica, non potrei non amare assai la similitudine di virtù, che sarebbe fra noi; &, non essendo tale, devo per il molto benefitio, che ricevo da la sua conversatione, amare altrettanto lei, ch' è così dotata di valore, di eloquentia & di molte altre degnissime conditioni. Così Dio la conservi lungamente, & le dia tosto luogo, qual' essa merita, con occasione di dimostrarsi* (fort. *di adoperarsi*) *in servitio commune. &c.*

Sed & epistolam, quam ad card. Sirletum eodem ferme tempore Commendonus dedit, subjiciam. *Se questo grado, che a V.S. illustriss. & a me anchora è stato dato in un medesimo tempo, non portasse seco il grave peso, che essa conosce & scrive, non havrei potuto sentir maggior contento, che d'essere stato congionto seco così in questa promotione, come sono stato, sono, & sarò sempre di volontà. ma, poichè l'honore a questi tempi è molto avvanzato da' molti travagli & fatiche, veramente non mi si potea dare maggior consolatione, che la sua promotione, per il consiglio & ajuto & sostenimento, ch'io spero da la bontà & da la virtù di V.S. illustriss. Per il che, oltre l'allegrezza, che hora prendo de gli honori, già molto tempo dovuti a l'integrità & dottrina sua, ne prendo molta consolatione per conto mio: conciosiachè le ammonitioni sue saranno, come io spero, cagione, ch'io possa per l'avvenire esser non del tutto inutile servo di Dio & di nostro signore. &c.*



III.

III.

Julius Pogianus Antonio Mariaé Gratiano.

I. apr. 1565. *Seram de Commendoni cardinalatu gratulationem excusat, & praecipuam laetitiam suam in ejus honore commemorat.*

QUAE te causa impulit, mihi ut de cardinalatu summi a istius viri (a) gratulareris, eadem tibi facile persuasit, futurum fuisse, ut ego anteverterem, si potuissem. nam, qui mihi & testis es eximii amoris ac pietatis, quam justissimis de causis erga eum jandiu susceptam habeo, & meae in te benevolentiae conscius, quin hoc tibi per literas gratulandi officium invitus praetermiserim, dubitare non potes. quod autem prior ad te non scripserim, assignato assiduae scriptioni b c meae (b), ac dissimillimae (c) illius rationis, ad quam, quia te ad eam laudem natum & aptum cognoveram, tantopere olim cohortabar; quae tamen tui ingenii vis, interpellantibus & mor- d e f bis (d) & rebus (e) & paene dixi hominibus (f), enitet in tuis literis. at mihi contra accidit, cui, in occupatione alieni negotii, non solum scribendi meo nomine otium non est, verum (si modo ulla in me fuit) jam adempta est facultas latine scribendi. quanquam de impedito meo tempore putide fortasis g ad te scribo; qui, nisi summae ejus (g) humanitati confiderem, verear

(a) Joannis Francisci Commendoni, pontificii apud Sigismundum Augustum, Poloniae regem, legati.

(b) Eamdem scriptionis suae assiduitatem in proxima ad Commendonum epistola commemorarat illis verbis: *Non excusabo multiplices occupationes tum literarum, quae mihi quotidie scribendae sunt & proprie Borromaei, & communiter ejusdem undecimque cardinalium nomine. &c.*

(c) Scriptionis genus, quo uti cogebatur hoc tempore, non suo arbitrio ac nomine, sed alieno scribens, dissimillimum vocat ejus scribendi rationis nitidae atque elegantis, ad quam saepe suis litteris cohortatus Gratianum fuerat: ad quem vide, praeter caeteras, ejusdem Pogiani insignem illam epistolam *Patavinum otium* d. 30. maj. 1562.

(d) Saepe adversa valetudine tentatus Gratianus fuerat, minus sibi salubre polonicum caelum expertus.

(e) Negocia atque occupationes ejus significat.

(f) In quibus regionibus, ut in Germania & in Polonia, latinae linguae usus est in ore hominum frequentior, in iis difficilius est integritatem latini sermonis in scribendo retinere. assueti enim negligentius loqui, cum deinde ad scribendum accedunt, sive nequeunt, sive nolunt eam, quae necessaria est, in scribendo diligentiam adhibere.

(g) Commendoni.

verear etiam, ne ad amplissimum virum idem fecerim (*b*) b
molestius. Quod scribis, regem istum Pii pont. max. in communi patrono adornando judicium verbis amplissimis prosecutum (*i*), eoque valde laetatum esse; egregiam sane is illa voce i
atque facto regiae virtutis ac sapientiae significationem dedit: etsi maxima ad omnes ejus rei laetitia pervénit, praeter eos (si qui sunt), qui a praestantissimis animi & ingenii laudibus, a salutaribus & gloriosis ecclesiae Dei laboribus abhorreant; quarum tantummodo laudum in isto viro habitam esse rationem, ipsi honoris amplissimi auctores (*k*) testatum esse, voluerunt. k
sed haec coram commodius, ut spero, ante summam hiemem (*l*). nunc ero brevior, tempori consulens utriusque no- l
strum. tantum vero dicam, me, factis aliquot cardinalibus, quorum vel amor in me vel officium aliquod extitit, vel spectata mihi est eorum virtus & industria, ea amplitudine, ad quam illi pervenerunt, gavisum esse; verum, pro honoris accessione unius Commendoni episcopi, Borromaeo cardinali plu-

(*b*) Ad Commendonum Pogianus proximis litteris scribens, idem, quod in hac ad Gratianum epistola facit, fecerat, ut nempe occupationum suarum excusatione uteretur: in quo vereri se, dicit, ne ipsi Commendono molestus fuerit.

(*i*) Gratianus in Commendoni *Vita* lib. III. c. 1. *Regis*, inquit, *Poloniae*, *verba ipsa huc transferam*, *excerpta ex ejus ad pontificem max. epistola*: „ *In hoc*, inquit, *Joanne Francisco Commendono*, *quem nuper in amplissimum ordinem legisti*, *incredibiliter sum laetatus*, *respondisse opinioni & cupiditati meae judicium tuum* ... *Ego vero non tibi solum*, *sed ipsi etiam ecclesiae ac reip. gratulor*, *ad quam non parum praesidii atque ornamenti ex viri*, *tantis ingenii atque animi bonis excellentis*, *ac tot jam verae virtutis experimentis spectati & cogniti*, *honore videtur accessisse*. „.

(*k*) Pius IV. pont. max. & cardinalis Carolus Borromaeus.

(*l*) Haec aprili mense, recenti adhuc Commendoni honore, a Pogiano scribebantur: qui quidem, quemadmodum infra ait, confidebat, fore, ut *brevi* una cum Gratiano hujus rei laetitia Romae perfrueretur. quid igitur sibi hoc loco vult illud *ante summam hiemem*? num, qui, mense aprili scribens, sperare dicit, *brevi* se cum alio futurum, de *hieme*, eáque *summa*, cogitare putandus est? an est *breve* inter primum ver, & *summam hiemem* intervallum? an tam longum est in Italiam e Polonia iter, ut illinc vere aut etiam prima aestate profectus, Romam non possit nisi *summa* jam *hieme* pervenire? atqui de Hosio, Paulli IV. litteris, mense martio an. 1558. datis, Romam ex ultima Polonia evocato, Stanislaus Rescius in ejus *Vita* lib. I. c. 23. *Hosius autem*, inquit, *pontificis vocem*, *tanquam Dei loquentis vocem*, *audiens*, *nulla valetudinis imbecillae*, *nulla sumptuum*, *ac temporis*, *ad iter faciendum minime omnium opportuni* (julius enim mensis agebatur) *ratione habita* ... *Romam ultima mensis augusti pervenit*. Omnino, sive suspenso animo *hiemem* scripsisse Pogianum, sive oscitantem librarium non, quod ille scripserat, descripsisse reor; & *aestatem*, non vero *hiemem*, legendum censeo.

ribus nec vulgaribus verbis gratias egisse. cui rei etsi, vel tacente me, profecto intelligis illud antecedere, nihil mihi his comitiis gratius aut optatius accidere potuisse, tamen id ipsius Borromaei causa, cui hoc nomine plurimum debeo, scribendum putavi. tibi vero vicissim gratulor communi hac singularis laetitiae causa, qua (ut dixi) confido, fore, ut brevi praesentes una perfruamur. Valetudinem tuam cura: quam ad rem laetissimus iste nuncius debet te jam aliquid adjuvisse. Epistolam tuam, ipsius jussu, legendam dedi Borromaeo cardinali, quam is triduum retinuit, ejus lectione admodum delectatus. Vale. Roma. M. D. LXV. (*m*)

(*m*) Neque mensis neque anni erat ulla in exemplari nota. annum Gratianus adscripsit, mensem non adscripsit: quem fuisse aprilem, vix est dubitandum.

IV.

N. N. (*a*) Cardinalis Joanni Sambuco. (*b*)

Gratulationi de cardinalatu respondet.

VEllem, quam vere, pro tuo in me amore, meo hoc honore laetatus mihique ex animo gratulatus es, pari scilicet ratione (*c*) causas commemorasses, quibus merito meo in cardinalium collegium cooptatus essem. sed, cum eas humanissimis literis

(*a*) Et haec & aliae aliquot, quae deinceps sequentur, epistolae nullum eorum, qui eas dederunt, nomen neque in nostro exemplari neque in codice vaticano inscriptum habent; pro quo consueta nota *N.N.* subditur. earum tamen unam manifestis indiciis deprehendi card. Sirleti nomine esse scriptam: ut, & ob eam & ob alias etiam causas, mihi persuaserim, ad unum eumdemque Sirletum reliquas etiam pertinere. idem est autem omnium argumentum, iis nimirum gratias agere, qui de recenti cardinalatu ei gratulati per litteras fuerant. credibile est autem, Sirletum, iisdem, quibus Commendonum, proximi martii comitiis cardinalem creatum, cum omnium sibi gratulantium epistolis respondere, latine praesertim, per se ipse non posset, ad Pogianum, amicissimum suum, confugisse, ejusque opera in persolvendo illo officio quadam saltem ex parte esse usum ac sublevatum; Pogianum vero ipsum ita earum epistolarum, quas scripserat, exempla sibi conservata voluisse, ut, cujus rogatu ac nomine eas scripsisset, ab aliis sciri noluerit.

(*b*) Joannem Sambucum, excellentem medicum, historicum, poëtam, Tirnaviae in Hungaria superiore, anno 1531. natum, Viennae in Austria idibus junii an. 1584. obiisse, affirmat Ludovicus Morerius in suo *Dictionario*: apud quem plura de homine reperies.

(*c*) Hoc est, aeque vere.

literis tuis amice collegeris, mihique tantum tribueris, quantum certe postulat hic dignitatis gradus, non etiam quantum ipse mihi possim assumere, profecto intelligo, quam longe absim ab ea facultate, quam mei officii munus requirit. quod nisi Dei benignitate confiderem, qui me, a cardinalatus cogitatione, non solum a cupiditate, remotissimum, in hunc locum vocavit, sane vererer, ne gravissimo oneri succumberem. huc igitur, pro nostra benevolentia, tua de nobis optata, huc tuae preces incumbant, meam ut imbecillitatem suae gratiae adminiculo fulciat beneficentissimus Deus. Illud vero, quod neque tu pie, neque mihi utiliter precari potes, remove, quaeso, ab optatis tuis (*d*). nam suo id Deus consilio reservavit, ut ne d
cupiditate quidem aut cogitatione cuiquam hoc praecipere liceat. De libro, quem requiris, quo minus obsequar studio tuo, fit multis magnisque occupationibus, quibus, quomodo nunc est, ita distineor, ut verendum sit, ne obruar (*e*). cum pri- e

(*d*) Videtur in suis litteris posuisse Sambucus, idque optare se, scripsisse, ut olim ad pontificatum etiam maximum Sirletus perveniret. Non pervénit ad eum ille quidem: verum in iis comitiis, quibus Pius V. renunciatus summus pontifex est, quot qualesque suffragatores habuerit, ex Ciacconio, sive Oldoinio cognosce. *Ubi*, inquit, *post Pii IV. obitum ad conclave ventum est, ac de successore deliberatum, agnovitque Borromaeus cardinalis, clientelis potens, ac praecipuae partis in hac electione dux & caput, se Joanni card. Morono frustra suffragari, quod ei, scrutinio, ut ajunt, facto, quatuor vota deessent, defuturaque amplius forent, si idem secundo tentaretur, tunc ad Gulielmi Sirleti creationem animum transtulit, qui omnibus fere gratus erat, maxime vero cardinali Ghislerio, Alexandrino dicto, qui, cum nil nisi Dei gloriam & publica commoda spectaret, Sirletum ornando ecclesia* (corr. *ecclesiam*) *ornari, christianaeque reip. bene consultum iri, affirmabat. unde non modo studium suum Borromaeo ultro pollicebatur, sed patres etiam singillatim adibat, miscendoque preces & consilia, omnium gratiam Sirleto conciliare studebat. qui tamen a pontificatu paucis admodum votis excidit, ea sola ex causa patenti* (fort. *praeteritus*), *quamvis plurima in eum vota concurrerent, quod nonnulli dubitarent, an homo, totus libris & litterarum studiis immersus, parumque rebus gerendis exercitatus, tantam negotiorum molem sustinere posset*.

(*e*) Non desiit Sirletus in posterum etiam tempus occupationibus, ac potissimum salutationibus distineri, sic, ut domum mutare coactus fuerit. Latinius in litteris, ad Antonium Augustinium die 29. jul. an. 1567. datis, *Sirletus cardinalis*, inquit, *unus eruditorum virorum amator, ita crebris multorum salutationibus obruitur, ut vix illi vacet interdum cibum sumere. quare audio, ab aragonia in caesiam domum migrasse: ubi abditus, aliquantoque plus otii nactus, & mihi & multis, qui longe a vaticano absumus, salutationis vel officium vel consuetudinem libentius fortasse sua causa, quam nostra, remittit. laboramus egregie omnes fere: sed, ut spero, nostro commodo. ita enim fiet, ut vehementius amemus aeterna, atque ad ea consequenda cogitationes omnes & studia diligentius conferamus.*

mum me ex his impedimentis relaxaro, tibi morem geram. Tu praeclara ista veterum hominum ingenii monumenta, f quae sunt in manibus (*f*), quaeso, pervulga. ego, & virtutis atque doctrinae nomine, & tuae in me benevolentiae causa, tibi eximium amorem ac studium meum semper praestabo.

(*f*) Sambuci opera ab Antonio Teissierio in tomo III. operis inscripti *Les eloges des hommes savans* diligentissime recensentur.

V.

a b N. N. (*a*) Cardinalis Camillo Paleotto. (*b*)

Idem argumentum.

NON est eadem ratio respondendi in amore iis, qui te diligant, & tuendae eorum opinionis, quam de tua virtute conceptam aliis etiam fortasse tradiderint. multo est horum alterum difficilius. mirum enim est, quam sibi fere indulgeat hominum benevolentia in amplificandis amicorum laudibus. hac ego me conditione esse intelligo; cui tuus in me amor, ut omittam caeterorum, quos scribis, de me judicium, multo plus affingit, quam ego, me ipsum intuens, possim agnoscere. sed, quoniam haec, ut interdum recte adhibentur, sic accipienda sunt non tanquam certa laudis testimonia, sed quasi monita virtutis & officii, enitamur modo, quantum in nobis est, ut perennis ac propria esse possit eorum laetitia, qui sperant, hunc Dei benignitate mihi delatum honorem & mihi ornamento & reip. utilem fore. quod ut consequi possim, tuum etiam fuerit cumulare literarum humanitatem illo munere pietatis, ut preceris Deum, suum ut ipse beneficium tueatur, &, qui hujus muneris auctor & largitor fuit, ejusdem gerendi dux & adjutor esse velit. hoc si assequar, non solum voluntas tibi satisfaciet mea, sed conatus etiam non fallet expectationem tuam.

(*a*) Vide adnotationem primam in epistolam proxime superiorem.

(*b*) Ad Camillum hunc Paleottum (quem & *Paleotum* & *Palaeotum* & *Palaeottum* scriptum video) exstant plurimae Latini Latinii epistolae; quarum aliquot particulas afferemus, ut de homine quaedam scitu digniora cognoscantur. Die 28. sept. an. 1584. *Quid tibi autem*, inquit, *ut utar exordio tuo, venit in mentem ex me quaerere, quod abs te ita eleganter, ita copiose explicatum est, ut mihi nihil non modo ad dicendum, sed ne ad dubitandum quidem loci reliqueris? an, qui jam dudum latine ornateque scribendi facultatem te inter celebres aetatis nostrae viros plane consecutum noveram,*

tuam . in quo me multum adjuvabit cardinalis ornatissimus, frater

veram, nondum putasti satis de acri tuo judicio, singularique eloquentia persuasum, nisi novo documento testationem (corr. *testatiorem*) *apud me ingenii tui praestantiam faceres? .... Ignosco tibi, Palaeote, si in Caroli Sigonii morte non facile temperas dolori. multae solidae rationes adsunt, quae te simulque omnes, qui Sigonii eruditionem virtutemque plane norant, facile excusare possunt, si aliquanto fractiore animo ejus hominis mortem ferunt, quem reip. utilissimum multis experimentis jam pridem compererant... Qui Sigonii locum in vestro illustrissimo Italiae gymnasio* (bononiensi) *sustinere cum dignitate possit, non video &c.* Sigonii autem obitum ita dolenter Paleottus tulit, ut non tam illi vir doctus, quam ipsa doctrina Bononiae exstincta videretur. ait enim in sua ad Latinium epistola, Bononiae Kal.dec. an. 1584. data sic: *Quod autem me rogas, ut eruditorum virorum judicia, si qua de his* (scil.de Latinii in Tertullianum, nuperrime editum, lucubrationibus) *facta fuerint, diligentissime tibi patefaciam: si quid ad meas pervenerit aures, quod te scire oportere intellexero, te faciam certiorem. sed tanta est ejusmodi eruditorum hominum in nostra civitate penuria* (*credo etiam in caeteris, urbe excepta*), *ut, quem his de rebus praecipue consulam, haud mihi constet. At dices: „ Qualis igitur est ista vestra studiorum mater „? Sic ferunt tempora, ut lucrum malint plerique homines, quam veram sapientiam sectari. amisimus* (*proh dolor!*) *eum, qui de hujusmodi rebus judicare poterat. sed nunc non est deplorandi locus &c.* Cui epistolae respondit die 20. ejusdem mensis Latinius. *Male, &* (corr. *ut*) *nunc quidem est, Palaeotte suavissime, apud italos cum litteris agitur, si, quod gemens scribis* (fort. *scribo*), *quae olim gymnasia ita florebant, ut eruditorum virorum numerosa examina singulis paene lustris solita erant effundere, & ultra alpes & maria ad omnium liberalium artium scientiam disseminandam excolendamque mittere, nunc ita sunt exhausta, ut ex aliis provinciis ad nos, non sine ignaviae nostrae nota, evocandi sint, quorum industria itala juventus & linguarum scientia & rerum cognitione imbuatur. hic enim, ut audio, qui in utraque lingua humaniores, quas dicunt, litteras, publicis stipendiis conducti, profitentur, lusitani, hispani, gallique majore ex parte sunt. Quamquam tibi assentior, non video tamen, ad judicandum de meis in Tertullianum conjecturis tanta eruditione praeditos esse oportere homines, ut, praeter unum Sigonium, in tam fertili bonorum ingeniorum studiosorumque virorum civitate, nemo facile reperiatur, qui id praestare possit. certe, qui unus tantum vides & judicas, nequaquam imparem te ejus muneris honestissime sustinendi* (fort. *ei muneri honest.. sustinendo*) *tacite fateris. habet Tertullianus multa passim ex jurisconsultorum formulis accepta, quibus magnum pondus ipsius scriptis additur, quae nisi jurisperiti non statim facile intelligant. tibi autem quid in eo genere obscurum esse posse existimem, qui, cum rerum omnium non mediocrem cognitionem comparare semper cum summa laude studuisti, tum domi habes juris scientiae arcana, si quis usquam alius hodie est, absolute callentem* (Gabrielem Paleottum cardinalem,Camilli fratrem, significat) ... *Ego vero, cum aliorum de conjecturis meis judicium quaesivi, nullius tanti momenti apud me statui esse oportere, quanti tuum & fratris tui cardinalis judicium atque censuram, quorum eruditionem jam pridem plane perspectam habebam &c.* Quibus ex Latinii epistolarum locis Camilli nostri ingenium atque doctrina satis

c d frater tuus (c), cujus ut singulari erga me & mutuo amore (d) mirum in modum delector, sic boni in primis & sapientis viri ratione

ha satis intelligitur. Volo nunc ejusdem rusticarum rerum honesta atque erudita studia ex alia Latinii ad eum epistola, die 22. nov. an. 1586. Roma data, cognosci. *Biduo ante*, inquit, *litteras tuas*, XV. *Calend. ex Arientina* (villa) *tua datas, Ludovicus Amorinius, utriusque amore dignissimus, ad me attulit: in quibus id primum me mirifice delectavit, quod curasti diligenter, ut is villae tuae delitias, mirum in modum quotidie auctas, luculenta oratione mihi describeret, atque ob oculos pene singulas ejus opes atque ornamenta poneret. unde animi tui magnitudinem ac singulare studium in conquirendis undique nobilium plantarum generibus quivis facile possit agnoscere; cum praesertim nec laboribus nec sumptibus parcas, ut* (fort. *&*), *quae peregrina ac rara sunt, ita villae pulchritudinem admirantibus commendant, ut fateri ingenue cogantur, diligentiae & industriae tuae, etiam quae cogitatu, ne dum factu, difficillima sunt, parere didicisse. quis enim (ut caetera taceam, arbusculas, perpetua fronde virentes, ita dispositas & confertas, ut miro artificio, topiario opere, armatarum triremium imaginem exprimant, navalisque pugnae faciem repraesentent) quis, inquam, vitrea alvearia, apibus paranda, ante te excogitavit? ut naturae arcana, in earum rep. domi gubernanda, in melle ceraque conficienda, in foetu edendo, in prole educanda, in curandis invalidis, in mortuis efferendis, in regis majestate adoranda atque tuenda, cognoscere, oculisque singula officinae earum munia ac ministeria rimari atque explorare quovis anni tempore posset. quid ad haec* (hoc est, si cum his comparentur) *insani in mutis statuis signisque sumptus? unus (ita me Christus amet) vitrei alvearii angulus pluris apud me merito aestimabitur, in quem corporis purgamenta congerunt, quam pretiosissima quaeque mortua monumenta ambitiosarum hominum; quorum omne studium in iis rebus collocatur & ponitur, quae pretio parari facile possunt: cum tamen ad naturae secreta scrutanda atque investiganda ne levissimam quidem cogitationem susceperint. sed quo rapior? solus sum; decumbo: da veniam senectuti. &c.*

(c) Gabriel Paleottus bononiensis, cardinalis iisdem comitiis, quibus Sirletus ipse, hoc est die 12. mart. an. 1565. a Pio IV. creatus.

(d) Sirletum quantopere & amarit & observarit card. Paleottus non minimo indicio esse potest ejus ad illum haec epistola, die 27. febr. an. 1566. data, quam ex codice vaticano 6189. pag. 304. descripsi.

All'illustriss. & reverendiss. monsignor mio osservandiss. il cardinal Sirleto. Roma.

Monsignor illustriss. & signor mio osservandiss. Io giunsi alli 22. a Bologna. ma piacque alla cittade, ch'io mi trattenessi in un monasterio vicino, & non intrassi, se non il giorno di S. Mathia, vestito in habito episcopale. & così feci. & hora, Dio gratia, mi trovo nella mia chiesa, residente. questa matina ho data la cenere al popolo, & fattoli un poco di ragionamento, secondo il consiglio di V.S. illustriss. Mi si vanno scoprendo infinite cose da remediare. ma per hora parmi conoscer' assai buona dispositione, & ancor qualche speranza, ch'hanno di me; talchè con l'ajuto d'Iddio non despero di poter far qualche bene. V.S. illustriss. non si scordi tenermi consigliato, avertito, & ripreso in ogni cosa, ch' à lei pari bene, per servitio di Dio, & utile di questa mia chiesa. De così scrivono alcuni de quattro cardinali noviter creandi contra formam con-

ratione & exemplo in communi officio sublevabor. te vero, & mihi amicissimi hominis fratrem, & ornamentis animi atque inge-

concilii tridentini. De gratia si procuri, che la grande opinione, che tutti li popoli hanno fin'hora della sua santitade, non si vadi punto contaminando. Prego V.S. illustriss. conservi di me memoria nelle sue sante orationi, & Dominus sit illi adjutor in operibus suis: alla qual humilmente mi raccomando. Di Bologna il primo di quadragesima nel 1566.

Di V.S. illustriss. & reverendiss.
Humilissimo servitore.
Il cardinal Paleotti.

Exstat in eodem vaticano codice pag. 574. alia ad eumdem Sirletum Francisci Joannetti epistola, in qua utriusque, Gabrielis nimirum & Camilli Paleottorum, fit mentio: quam, nonnulla scitu digna continentem, item descripsi, & lectoribus non displicituram exhibeo.

All'illustriss. & reverendiss. monsignor il signore cardinale Sirleto, & signore, padrone & ....ttore mio singolarmente osservandiss. & colendiss. Roma.

Illustriss. reverendiss. signore, padrone & benefattore mio singolarmente osservandiss. & colendiss. La benigna lettera di V.S.illustriss. & reverendiss. con la quale mi essorta caminare oltra animosamente nell' opera principiata per il servitio della santa chiesa, mi è stata di consolatione molto grande, ritrovandomi hora in altissimo & profondo pelago non solamente della dura fatica presente, ma anchore delle cogitationi del futuro, quando mi farrà bisogno di nuovo rispondere alli ostinati heretici, & per altri anchore particolari interessi de beni temporali, quali mi trovo havere in Baviera della dotta di mia consorte. & quà poi in Bologna patria mia esser trattato molto leggermente senza l'essermi osservato cosa mi sia stata concessa dalla clemenza di N.S. mediante l'intercessione già di V.S. illustriss. & reverendiss. & intanto io patisco gravemente rispetto le mie facoltà debbole, & le spese passate di fare scriver le presente & le venture. Ma sia sempre laudato il nome di Dio benedetto, retributore giustissimo delle fatiche & pericoli di soi servi senza dubio in la gloria eterna. faccio quanto più posso giorno & notta per venir al fine d'essa opera, la quale con l'adiutorio divino è in bonissimo termine; che quando serà finita, pregarò humilissimamente V.S. illustriss. & reverendiss. del suo favor & agiuto in farla capitare alla mano santissima del gran pastore, signore nostro desideratissimo: le celeste virtù del quale, scrittemi hora dalla infinita pietà di V. S. illustriss. & reverendiss. amo con riverenza, honoro, laudo, & adoro, di continuo pregando la maestà eterna per soa salute. così Dio ci facci degni d'haver longo tempo questo santissimo padre: l'orationi del quale credo certo ostino alla rovina del mondo, hora d'ogni banda precipitoso & caduco. Hò subito basiato la mano per nome & commission di V. S illustriss. & reverendiss. all' illustriss. & reverendiss. Paleotto: quale con riverenza risaluta & ringratia quella, dicendomi ancho volerli scriver &c. Il signore Camillo suo fratello & altri salutarò io stesso molto volontieri, secondo il commandamento di quella, & al signore Camillo mostrerò la lettera in quella parte, come ancho hò fatto all'illustriss. signor cardinale. Non li tacerò la mia giustissima dolcezza. con allegria infinita sento delle auttioni fatte d'honori & di ricchezze questi giorni nella meritissima persona di V.S.illustriss. & reverendiss. la quale per gravissimo giudicio del vicario di Giesù Christo è stimata fidele dispensatore de' beni mondani, & conveniente padre & pastore dell'

ingenii paene similem, praesertim vix illi in amore concedentem, scito a me fraterne diligi, studiumque & operam meam semper tibi praesto futuram.

VI.

dell'anime della sua charissima & dolce patria. sia così in el placito della divina bontà conservarci quella longissimo tempo con augumenti & gradi ogni giorno maggiori per il servitio della santa catholica chiesa. & a quella, mio benefattore segnalatissimo, & padrone gratiosiss. con humiliss. riverenza basio le reverendissime mani, per l'animo suo clementiss. verso me in volermi per l'accasioni raccomandarmi a N.S. che Iddio gliene rendi per me gratie convenienti, alla quale con somma riverenza mi raccomando. Di Bologna li 13. marzo 1566.

Di V.S. illustriss. & reverendiss.

Vbligatiss. & humiliss. servitore

Francesco Gioannetto.

Cujus in epistolae priore parte, quod suum inchoatum opus Joannettus significet, ex aliis ejusdem ad eumdem Sirletum litteris, quas ex eodem codice vaticano pag. 508. descriptas profero, intelligetur.

„ Illustrissimo & reverendiss. prin„ cipi ac domino, domino Gulielmo „ Sirleto S. R. E. cardinali meritissi„ mo &c. domino & benefactori suo „ reverenter ac summe colendo.

„ Illustrissime & reverendiss. prae„ sul, domine & patrone optatissime, „ ingentique pietate & doctrina maxi„ me. Memini, Romae dum nuper es„ sem, me in familiari colloquio ali„ quid de meis studiis reverendissimae „ celsitudini vestrae quandoque missu„ rum recepisse. caeterum illud non „ nisi opportune faciendum putavi. „ jam vero quum ad Honorium pri„ mum pervenerim, libuit (divina, „ opinor, afflante aura) de abrogan„ dis apud haereticos scholis non nihil „ differere: ut, si nunquam etiam id „ nostra forsan aetate sit futurum, in „ consideratione saltem fuisse habi„ tum, & posteri noscant, & haeretici „ praesentes metuant. haereo verum„ tamen ego equidem non nihil, de „ summi optimique pontificis domini „ nostri voluntate incertus, & num „ ea comminatio sit meo libro plane „ inferenda (quamvis eam potius in„ ferendam, quam supprimendam exi„ stimem) non satis expedite dijudi„ co. quid proinde reverendiss. celsi„ tudo vestra ea de re sentiat, facien„ dumque statuat, ne me celet, per im„ mensam salvatoris nostri Jesu Chri„ sti charitatem, reverenter eam obte„ stor. Mitto eidem quoque prooe„ mium, quod operi olim destinaram, „ sed quum sanctissimi domini nostri „ jussu non a Leone nono, at quin „ potius a divo Petro, apostolorum „ principe, summorum pontificum vi„ tae fuerint mihi una cum annotatio„ nibus meis repetendae, aliter illud, „ ubi ad calcem operis (annuente Deo) „ ventum fuerit, postea disponam. „ interim tamen totius, quam paro, „ defensionis seriem ex isto reveren„ diss. celsitudo vestra facile cogno„ scet: quam humillime rogo, uti „ me, sibi multis nominibus devin„ ctissimum, hac sua pietate devin„ ctiorem quoque reddat foveatque. „ Deus omnipotens illam sanctae ejus „ ecclesiae diutissime incolumem atque „ felicem conservet: cui me meaque „ perexigua studia in omni reverentia „ & obsequio demisse commendo. Bo„ nonia 17. die januarii anno salutis „ mundi 1568.

„ Illustrissimae & reverendiss. celsi„ tudini vestrae

„ Obstrictissimus, humillimus servus

„ Franciscus Joannettus m. pr.

VI.

N. N. (a) Cardinalis Josepho Olivae. (b) a b

Idem argumentum.

TU vero, cum elegantissimis tuis ad me literis vix explicas, utrum de cardinalatu meo mihi gratulari debeas (c), c
simul & amici & christiani & prudentis hominis officio fungeris. quam enim gratulationis causam habere videtur hic splendor honoris, & cum eo conjuncta facultas quaedam de rep. benemerendi, eam fere adimit infirmitas valetudinis meae (d), d
&, quod maxime ad rem pertinet, iniquitas temporum ac negotiorum difficultas; ut, etiamsi talis sim, qualem me esse tibi persuadet tuus in me amor eximius, tamen vix quicquam queam proficere. nunc ad imbecillitatem corporis accedunt animi & ingenii (e) facultates perexiguae, quae a literarum stu- e

F dio

(a) Vide primam adnotationem in epistolam superiorem.

(b) *Olivoe* exempl. Emendavi ex cod. vat. Sed de homine nihil comperti habeo.

(c) Sic, opinor, Josephus hic gratulatus Sirleto de cardinalatu fuerat, ut non minus oneris, quam honoris in eo inesse tamen confirmaret. & fortasse, id fore praevidens, quod re ipsa contigit, ut Sirletus ejus muneris multa ac varia occupatione distractus, a studiis suis avocaretur, minusque utilis litteris ac litteratis evaderet, nequaquam satis sibi constare scripserat, laetitiae ne partes, an potius maeroris in illius honore suscipiendae hominibus essent.

(d) In Latinii litteris frequens de Sirleti infirma valetudine mentio incidit. ad Andream Masium die 4. mart. an.1560. scribens, *De Sirleto*, inquit, *tantum tibi habeo dicere, quod ad ecclesiae rituum praeceptorumque cognitionem attinet, neminem me existimare cum illo conferri posse .... Laboravit nuper sesquimensem renum doloribus, urinaeque difficultate*. & aliis ad eumdem Masium litteris, die 27. sept. an.1561. datis, *Sirletus*, inquit, *valet utcunque*. Die 16. jun. an.1562. ad eumdem scribens, *Sirletus*, inquit, ... *in Hieronymo purgando non voluntate, sed viribus destitutus, interim, quod tempora magis postulare videntur, in restituendis actis synodorum operam navat. &c.*

(e) Quam Sirletus in se ingenii facultatem ac laudem, modestiae scilicet causa, non agnoscit, ei miror Gratianum libro I. *Vitae* card. Commendoni cap.5. non minimum sententia sua detraxisse. ait enim: *Familiariter usus est* (Commendonus) ... *Gulielmo Sirleto, qui ei postea collega in cardinalatu fuit, vir cum innocentia summa, tum memoriae tantae, ut, cum omnes omnium artium libros, omnia scripta graecorum & latinorum vetera recentiaque infatigabili labore perlegisset, eorum non singulas modo sententias, sed verba quoque memoriter recenseret, cum, bibliothecae instar, vel de abstrusissimis rebus consuleretur. quod nisi congestis in unius notitiam tot rerum doctrinis ingenium impar fuisset, memorabiliorem virum aetas nostra non tulisset.*

dio & a consuetudine librorum, quibus, quomodo poteram, non deeram reipublicae, traductae in publicum hoc turbulentumque negotium quid possint efficere non equidem intelligo. verum, quod adhuc, Deo adjuvante, me praestitisse spero, posthac etiam integrum & liberum animum eidem Deo permittam; ut, cujus in tota hac cardinalatus ratione & aedificatio
f & agricultura sum (*f*), frequens illud ab eo petam: *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in me*. qua in re tui quoque amoris erga me partes erunt conciliare mihi divinam opem & gratiam piis & assiduis precibus. Quod vero ad te attinet, sic
g habeto, tibi, cum propter memoriam illius optimi viri (*g*), cui te merito tuo charissimum fuisse, scio, tum propter virtutem tuam in meque benevolentiam, studium & operam meam, ubi opus fuerit, nullo loco defuturam.

(*f*) Contra hunc locum Gratianus mendi notam in exemplaris margine inscripsit. ego, quid in eo mendosum sit, sane non video.

(*g*) Hominem non novi.

VII.

a
N. N. (*a*) Cardinalis Petro Victorio.

Idem argumentum.

NEque mihi, vel sine tuis literis, quicquam exploratius esse potuit, quam te hac honoris mei amplificatione laetatum esse, &, illis lectis, nihil gravius aut amantius scribi posse,

(*a*) Quae nomina sub *N.* & *N.*, huic epistolae in nostro exemplari & in vaticano codice inscriptis, laterent, ex florentina Petri Victorii litterarum anni 1586. editione pag. 125. deprehendi; in qua reperiuntur ad Guilhelmum Sirletum eae, quibus hac ipsa epistola respondetur. sunt autem hujusmodi.

„ Petrus Victorius Gulielmo Sir„ leto card. S.

„ Nihil ego jampridem tam li„ benter audivi, nec quod me tanta „ laetitia afficeret, quam quod nuper „ accepi, te in collegium summorum „ cardinalium a Pio IV. pont. max. coo„ ptatum fuisse. atque id quidem me„ rito, verisque de causis. nam & ve„ tus nostra fidelisque amicitia requi„ rebat, ut honore tuo, magno ac „ justo, perinde atque meo, laetarer: „ & praeterea gaudere (nisi fallor) „ debui, cum cognovi ac vidi, probi„ tatem animi, scientiamque artium „ honestarum, qui ambo in te non „ mediocriter sunt optimi habitus „ animorum, ornari praemioque sibi „ debito affici: quod raro usu venit his „ malis miserisque temporibus. sed „ non ego tantum, qui te semper ama„ vi, eximiamque tuam virtutem pe„ nitus perspexi, &, quum occasio „ aliqua data est, etiam praedicavi, „ verum multi etiam, qui te num„ quam viderunt, sed tantum aliquid „ subito de summa bonitate tua & sin„ gulari eruditione audiverunt, nun„ tio

posse, judicavi: quorum alterum mihi vetus amicitia nostra

F 2

„ tio hoc vehementer laetati sunt, judiciumque pontificis maximi, optimi ac sapientissimi viri, probarunt, vel potius summis laudibus in caelum tulerunt. magnopere igitur laetari debes tot praeclaris judiciis hominum de virtutibus tuis. haec enim vera est ac solida voluptas, ut scis, & qua nulla purior majorque ab hominibus gustari potest; cum, quantum infirmitas naturae nostrae patitur, nos ornet ac paene diis immortalibus similes faciat. non ita temere agerem cum alio quopiam mortali, metuens, ne oratio haec mea, plena dignitatis in illum, ipsum depravaret, & insolentiorem forte redderet. sed nullum periculum est de hac re in aequitate animi tui, qui toto pectore (ut ajunt) abhorruisti semper ab omni inanitate, nec umquam passus es, te abduci testimoniis etiam de te amplissimis fortunatorum hominum, aut praeclara ipsorum voluntate erga te, sed, quantum tibi licuerit, omnem eorum benignitatem fugeris ac repudiaris. ipse quoque non fidenter locum hunc attigi: verebar enim, ne apud te eadem de causa offenderem. sed munus, quod suscepi, me coëgit; atque id non tam tua causa feci, quam aliorum: interesse enim ipsorum existimavi. exemplo tui proposito, ostendi, quae sit via virtutis consectandae, & quae ratio verae gloriae adipiscendae. tu namque nulla alia re adjutus, sed tantum bonis artibus instructus, dotibusque animi commendatus, adeptus es honorem illum, qui merito maximus semper existimatus est, & quem etiam non pauci, plurima cura ac diligentia in ea re adhibita, cum opibus & gratia non carerent, consequi numquam ac sibi parare potuere. gaude igitur non tam summo hoc dignitatis gradu, quam iis bonis, quae in te polita sunt; quae cum ipsa tibi causa fuerint hujus honoris consequendi, parient etiam tibi alia non minora commoda; in primis autem benevolentiam & amorem honestorum hominum, gloriamque demum veram ac perennem conciliabunt. ego autem, cum alia nulla in re tibi magnopere prodesse valeam (nam, si quid a me proficisci posset, quod ad novum istum florentemque statum rerum tuarum magis ornandum aptum esset, id in tua manu potestateque totum situm foret), rogabo Deum opt. max. ut te diu incolumem servet, ac de suis (*corr.* tuis) magnis verisque laudibus numquam conticescam. Volebam has litteras, ut moris est, per publicum tabellarium ad te mittere; cum subito mihi rediit in mentem, civem & familiarem meum, Fabium Segnium, eundemque probum & honestum hominem, & multis magnisque animi dotibus instructum, in primis autem poetam eximium, istuc proficisci. quare mutavi consilium, ipsasque ei dedi. tu vero, cum illum arbitrer dignum amicitia tua, ipsum benevolentia complectere. quod si feceris, ut spero, facies mihi gratum, neque discedes quicquam ab ingenio institutisque tuis, qui semper eruditos viros, & studiosos bonarum artium vehementer amasti. Vale. Flor. IX. K. aprilis CIↃIↃLXIIII.

Datas hasce Victorii de Sirleti cardinalatu litteras anno 1564. lector ne miretur, qui Sirletum anno 1565. creatum cardinalem meminerit. Victorius enim, qui Florentiae scribebat, etruscae nationis in definiendis annis rationem sequutus est. erat autem tum etruscis extremus cujusque anni dies non, ut caeteris ferme gentibus, primus

b ſtra (*b*) facile perſuadebat, alterum effecit ratio ac prudentia literarum tuarum. eſt vero, Victori, tanta auctoritas in teſtimonio tuo, quod ad alterius laudem accommodaris, ut nihil ei aut ad voluptatem jucundius, aut ad exiſtimationem majus poſsit accidere. veruntamen, quia ne a te quidem alienum eſſe poteſt, quod tui ſimilibus gravibus ac ſapientibus viris contingit interdum (quorum amor erga aliquem, etſi non omnino praecurrit judicium, tamen ſic occupat, cum acceſſerit, ut & opinio de ejus dignitate, quem ament, uberior in dies ſit, & praedicatio liberalior), ipſe etiam amore provectus es in commemoratione laudum mearum, qui, Pii pont. max. in me adornando prudentiae paene plus, quam liberalitati tribuas. ego vero, cum & me ipſum intueor, & hunc honorem, quanti ſit, aeſtimo, & ipſum ſpecto pontificem max. in quem privatim nullum meum

primus & triceſimus menſis decembris, ſed martii quartus & viceſimus; qui autem proxime conſequebatur, quintus & viceſimus novum illis annum aperiebat. itaque Victorii litterae, IX. Kal. apr. hoc eſt illo ipſo martii quarto & viceſimo die datae, in annum non 1565. ſed 1564. etruſco more inciderunt. qui quidem mos, mire ad perturbandam chronologiam accommodatus, paucis ante annis a Franciſco I. caeſare, eodemque magno Etruriae duce, lege lata ſublatus atque abrogatus eſt: coeptumque apud etruſcos anni denique 1750. initium a Kalendis januariis duci.

(*b*) Amicitiae inter Sirletum & Victorium, ejuſdemque amicitiae vetuſtatis, indicio eſſe volo Victorii tres ad eumdem Sirletum epiſtolas, quas in codice vaticano 6189. repertas pagg. 35. 40. 54. a meque diligenter exſcriptas heic exhibeo.

Al molto eccellente meſſer Guglielmo Sirleto ... ſuo honorando.

Meſſer Guglielmo mio honorando. Io non ho ſcritto lungo tempo fa alla S. V. ma l' ho ben ſempre havuta nel cuore, come ſon tenuto fare per molti conti; & quando veniſſe occaſione, che le poteſſi fare alcun ſervitio, moſtrerrei in fatti tale eſſer l'animo mio verſo di lei, quale e' debbe.

Per hora le voglio ſol dire, che ſono preſſo allo ſtampare un mio comento ſopra queſto libro che ci reſta di Ariſtotile περὶ ποιητικῆς. *& ſe bene molti anni ſono feci diligentia di trovare libri in penna per ajutare queſt'opera il più che potevo, pure, perchè coſtì capita più litterati d'ogni natione, & potrebbe eſſer venuto da poi in quà qualche buono eſemplare in luce, che io non ſapeſſi, mi è parſo bene dimandar la S. V. ſe sà nulla intorno a ciò, maſſimo ancora per eſſere a guardia della libreria sì copioſa, & non forſe più così ben ricerca, come ha fatto lei. quando adunque ella ſappia nulla, che mi poteſſi giovare, ſia contenta per ſua gentilezza & per commune utilità di avviſarmene. nè dirò altro intorno a ciò.*

Io detti a ſtampare l'Aeſchylo, riſcontro da me con più teſti, & di più arricchito d' una tragedia, a meſſer Henrico Stephani già tre anni ſono: & non l'ha ancor dato fuora. tal che mi tengho molto mal ſervito da lui. pur veddi per un ſaggio, ch' e' mi mandò, ch' e' vi haveva meſſo mano. l'ha fatto in quarto foglio con le chioſe faccia per faccia. del che anche non mi contento. è ben

meum non modo insigne beneficium, sed ne paulo quidem illustrius officium ullum extiterit, facile intelligo, hac ejus in me benignitate nihil excelsius esse posse. sed non pugnabo tecum vehementius, quinetiam te, virum omnibus doctrinae & virtutum ornamentis affluentem, in hoc benevolentiae judicio non omnino negabo aliquid etiam veritati dedisse. affirmabo autem tibi, omnem, quamcunque esse vis in me, & animi & ingenii facultatem in maximum discrimen adductam esse. securus enim antea versabar in literis, & illud colebam non solum ingenuae voluptatis, sed etiam liberalis solatii domicilium. nunc ex tranquilla vita, & tanquam ex portu studiorum, quasi in altum abreptus, operam in reip. navi dare cogor optimo quidem ac sapientissimo gubernatori, sed tamen maxima tempestate ac frementibus fluctibus. quod nisi ei considerem, cujus vel

è ben vero, ch' è assai bella. come mi viene alle mani, ve ne manderò un volume. credo anche, che e' l'habbia accompagnato con altro scrittor, poco conforme a lui: tal che harà, per quel ch'io stimo, fatta una chimera. state sano & amatemi. Di Fiorenza alli 13. di nov. nel 56.

Tutto vostro Pietro Vettori.

I I.

Al magnifico & molto eccellente messer Guglielmo Sirleto suo osservandissimo. A Roma.

Molto mio honorando messer Guglielmo. Io ricevei la lettera di V.S. de' 28. di novembre, & insieme con essa il libro. del che ringratio molto quella, & veggho, che ella ritiene verso di me il medesimo animo, che ha mostro sempre di giovarmi in ciò, che ella può, & ajutare ogni mio pensiero: talchè le sono forte obbligato. le rimanderò il suo libro, come ho modo di mandarlo sicuro per mezzo di qualche amico. quelle correttioni sopra il τῶν γεωπονικῶν, *mi sono forte state care: che mi diletto oltre a modo di quello studio: se bene quelli auttori sono deboli, & assai bassi. le emendationi sopra la poetica sono vulgate. perchè vennero nelle mani al maggio: onde egli l'ha tocche nella sua dichiaratione di quel libro. ma lasciamo hora in questo. Io ho inteso per una di messer Tommaso de' Bardi cosa, che m'è piaciuta grandemente, come voi siate venuto in molta gratia di N.S. Paulo IIII. & che sua santità ha in animo di tirarvi a maggior gradi: che Dio voglia; & mi rallegro tutto, pure a pensarlo. nè mene maraviglio, sapendo quanto quella ama le persone dotte, & di honesta vita, il numero de' quali huomini è raro, & metterei voi fra primi, se parlassi con altri. piaccia a N.S. Dio di mantener sua santità in questo buon proposito, acciò che ella faccia chiaro a tutto 'l mondo, che ella cerca la virtù innanzi a ogni altra cosa, & che questa la muove più, che i beni della fortuna. La S.V. si doleva nella sua della commune disgratia, che havemmo già di perder quel santo huomo (*Marcello II.*) mostrando, che sperava cavar da me buona compagnia, & che all'hora havrebbe potuto sodisfare all' animo suo verso di me. Io certo restomi molto afflitto di quello acerbo caso per molti conti, & massimo per vedere di perdermi la praticha di alcuni huomini da bene & dotti, che havevo sempre sommamente desiderato. pure non sono mai mancato di speranza, che non habbia*

vel in ipsius vicario mare & venti nutum observant, conciderem animo, meque ab quieto librorum usu in negotiosam & periculosam hanc amplitudinem vocatum esse, vehementer dolerem. quanquam me etiam, de hujus officii difficillimo munere laborantem, confirmat ea spes, eum, qui Pio pontifici illam mentem dederit, ut mihi, ab ambitione libero ac nihil tale cogitanti, gravem hanc personam imponeret, quo eam aliqua ex parte tueri possim, non consilio, non auxilio defuturum. ad conciliandam vero mihi Dei opem & gratiam, quantum ipso Deo adjutore potero, eo utar instituto, ut sententiam & actionem meam, ab omni solutam cupiditate, liberam & integram perpetuo regendam tradam divino numini. utinam modo a diuturna librorum consuetudine, a quibus vereor ne disjunctus sim, aliquid ad reip. utilitatem afferre, & illo privato ali-

quot

bia a nascer qualche caso, ch'io viva costì qualche tempo con voi. & monsignore della Casa mostrava, che a una occasione si era per ricordare di me. ma non fece mai nulla, non so perchè. stimo pur, che egli habbia molti travagli: perchè in vero l'occasione nacque nella morte di messer Bino, che mi penso, se egli havessi voluto operar quel che poteva, che la cosa sarebbe agevolmente riuscita: maximo per esser noto a ognuno, che la santa memoria di Papa Marcello m'haveva disegnato a tal luogo: il che m'harebbe giovato assai. vedutomi mancar questo altro amico, mi sono poi stato. ma quando fussimo ancora a tempo, o venisse simile occasione, non mi discosterei mai di vivere & servire con somma fede & tutta la mia diligentia. nè mi mancherebbe anche costì degli altri favori: che il magnifico messer Salvestro è molto mio. Haec volebam nescius ne esses. Intanto la signoria vostra si mantengha sana, & salga felicemente a quelli honori, ch'ella si è guadagnata colle sue fatiche & bontà d'animo. Di Fiorenza alli 6. di marzo 1556.

Servitore Pietro Vettori.

Meminerit lector, annum in hac epistola florentino more esse designatum; qui ex aliarum gentium consuetudine 1557. dici debuerat.

III.

Al molto reverendo monsignor Guglielmo Sirleto protonotario . . . osservandissimo. A Roma.

Molto mio reverendo messer Guglielmo. Io rimando alla signoria vostra il suo libro, di che ella mi accomodò più mesi sono, & la ringratio di questa sua cortesia, offerendomi a rendere il cambio, se ho nulla che le piaccia. Io, come le dissi per l'altra mia, ho cavato più frutto di quella prima opera di agricoltura, intitolata γεωπονικά, che dalla rhetorica mandata. & circa a questo libro di Aristotile mi risolvo, che non se ne truovi de' migliori: & bisogna corselo, com'egli è, mendoso & forse lacero in qualche parte: che n'ho visti tanti esemplari, trovatigli poco variati. E' s'è stampato a Parigi, & v'hanno certo messo diligentia, ma quello, che ha havuta la cura di correggierlo si vede, che non ha fatto particolare studio sopra questa opera: & poi segue in tutto un libro, che ha havuto, in penna. talchè vi corregge bene qualche luogo, ma molti più forse son quegli, che e' guasta. Henrico Stephani finì pur di stampare quell'Aeschylo; che

cen' è

quot annorum otio publicum hoc negotium adjuvare possim! haec summa est rationis & cogitationis meae; de qua tecum, veluti cum altero me, liberius sum locutus, ut, cujus tu mihi tanquam spectatae rei testimonium dedisses, cum studium & consilium ea de re meum cognoveris, tali tuo de me judicio magis laetere. bonis certe & eruditis viris, virtutis etiam studiosis & artium optimarum (in quibus etsi, quantum ipse profecerim, poenitet, tamen, quia, quicquid sum, totum illis, secundum Deum, me debere intelligo), quod semper antea studui, praecipuam operam ac studium meum profiteor; quo nomine, veterisque conjunctionis nostrae causa, te praeferam omnibus: quod Fabio Segnio, civi tuo, coram ostendi; quem quod & amicum tuum & virum ac poëtam bonum mihi commendas, nemo est profecto, cujus aut testimonium apud me majorem fidem, aut commendatio plus ponderis habere possit, quam tua. itaque ei singularis animus & voluntas mea nullo loco deerit. Vale.

cen'è venuto un volume. mi pare conoscere, che ha indugiato tanto a darlo fuora, perchè vi ha voluto fare da dentro certe annotationi: & così vi sarà un po di saccenteria. V.S. vedrà presto chente elle sono. io n'aspetto fra pochi dì non so che volumi: & subito ch'egli arrivano, ne manderò uno alla S.V. la quale prego, che mi ami: che N. S. Dio la conservi sano, & vadia sempre crescendo in honore. Di Fiorenza alli 24. di aprile nel 1557.

A' commandi di V S.

Pietro Vettori.

VIII.

N. N. (a) Cardinalis Hannibali Minali.

Idem argumentum.

a 11. apr. 1565.

EGO vero te vicissim de nomine cognitum habebam, non solum pro patris tui (b) claritate, prudentissimi & optimi viri, sed etiam pro ea fama, quae istinc (c) de flagranti tuo literarum studio, vitaeque ac morum probitate manabat. quo mihi etiam jucundior fuit honoris mei tua elegans & humanitatis plena gratulatio: in qua, etsi opinione ductus, quam fortasse amicorum hominum sermo, in meam laudem indulgentior, excitavit, plus mihi tribuis, quam quantum ipse possim agno-

(a) Non dubito, quin ejusdem Sirleti nomine scripta haec quoque epistola a Pogiano fuerit.

(b) Donati Matthaei Minalis: de quo vide epist. *Fa virtus* d. 29. jan. 1564.

(c) Bononia, ut opinor: qua in urbe juri civili perdiscendo Hannibal operam dabat.

agnoſcere, tamen, quod cardinalatum aliqua ex parte dignitati meae delatum putas, & amo amorem tuum, & te vehementer hortor, ut iſtum teneas virtutis & bonarum artium curſum, unde tibi, Deo approbante, aſcenſus ad honores eo etiam erit facilior, quod ad praeclara animi & ingenii tui ornamenta ſuf-
d fragatio (*d*) accedet meritorum atque illuſtris gratia parentis tui, clariſſimi viri; quibus & praeſidiis & ſubſidiis omnia facile conſequére. qua in re ſtudium & operam meam in primis tibi ſemper promptam ac paratam eſſe, intelliges. Vale. Roma, III. idus aprilis. M. D. LXV.

(*d*) *ſuffragio* exempl. Emendavi.

IX.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

De munere gratias agit, & ejus latinam epiſtolam laudat.

NAE tu mirificus es adoleſcens, qui nullum finem facias ornandi mei officiis ac beneficiis tuis, occupes etiam partes in eo genere meas; ut idem, qui gratiam inieris, referre eandem quodammodo velle videaris. ſed, qui tibi faveo paene plus, quam mihi, facile etiam adducor, ut tua victoria magis
a laeter, quam mea. Epiſtolam, quam ad Carolum Gualterutium (*a*) dedi-

(*a*) Fuit hic Gualterutius Petri Bembi admodum familiaris. indicio eſt haec ipſius Bembi litterarum, ad protonotarium de Rubeis die 14. jun. an. 1530. Romam ruri datarum, particula: *Il che mi dà baldanza di raccomandarvi la biſogna del noſtro buon & gentile & corteſe & da me niente meno di fratello amato meſſer Carlo Gualteruzzi da Fano .... Io vi fo intendere, le obbligazioni, che io a meſſer Carlo ho, eſſere tante & tali, che non poſſo in queſta mia raccomandazione così diligente eſſere, nè così caldo, ch'egli non meriti, ch'io molto più ſia: nè potrò giammai in alcuna ſua biſogna così effezionatamente operarmi, com'egli in tutte le mie ſi travaglia ſempre &c.* Ad ipſum vero Gualterutium ſcribens litteris, die 21. jan. 1529. Venetiis Romam, ut opinor, datis, *Onorato,* inquit, *meſſer Carlo mio, Dio vi ſalvi. Ho da rendervi molte & molte grazie non ſolo della fatica ed opera voſtra, poſta in ottenermi il breve di noſtro ſignore per la badeſſa & monache di S. Pietro di Padova, del quale per mie lettere vi pregai, ma ancora dello averlomi voi ottenuto e procurato con tanta diligenzia e amore e ſtudio, come fatto avete, che non potrebbe eſſere ſtato maggiore. oltra che quello, che non s'è potuto ottenere dalla ſegnatura, mi torna nelle voſtre lettere sì prudentemente ſignificato, che non è già meno fatto, che ſe ottenuto ſi foſſe, e baſterà per avvertimento della badeſſa, nel vero buona e ſanta donna. e laſcio ſtare, che vi avete poſto del voſtro, e volete aver donato a detta badeſſa non ſolamen-*

dedisti, probo sic, ut mihi illo ipso Bembo, de cujus formu-

lamente la fatica vostra, che pagar non si potrebbe, ma eziandio parte del prezzo, che vi dovea essere speso necessariamente. tuttavia non mi può essere se non carissima e dolcissima la ripiena e soprabbondevole amorevolezza vostra. vedete quante cagioni di dovervi ringraziare sono le mie. e non ho anco detto tutto: che solo il proferirvi voi di così presto e desideroso animo di piacermi negli altri bisogni miei per lo innanzi, vale più che ogni prezzo; quando io posso averne uopo assai spesso: che non ho ora costì il nostro Avila, che solea procurar le cose mie. la qual protesta vostra io ricevo ed abbraccio sommamente volentieri: nè poteva aver io cosa alcuna più cara di questa. Ho, oltra tutte queste cose, veduto l'amor vostro in quella supplicazione della prepositura di Cesena, che mandata mi avete, che mi fù avveduto di cosa, che io intesa non arei per altra via, e ho molto caro averla intesa. dunque ringraziatevi voi stesso in mia vece: che io non basto a farlo in questa carta, come vorrei. farollo amandovi, quanto meritate, ed io tenuto sono, non solo per quelli tanti conti, ma insieme con essi ancora per quello della grande virtù vostra, la quale amo ed onoro buon tempo fa, ed ancora onorerò sempre. mandovi ducati cinque di camera in questa lettera; e tutto a voi mi professo in dono. Alla prima vostra lettera stimo aver risposto, rispondendo alla seconda. Delle novelle, che nell'una e nell'altra mi scrivete, vi ringrazio; e veggo, che io convengo far questo ufficio molte volte. ma veramente mi pare averlo fatto abbastanza. State sano. Alli 21. di gennajo 1529. Di Vinegia.

Haec & superiora descripsi ex magnifica Bembi omnium operum veneta editione an. 1729. apud Franciscum Hertzhauffer, non eam orthographiam sequutus, qua Bembum esse usum constat, sed quam, praepostero, ut mihi quidem videtur, consilio, recentem ac suam editores in alienis scriptis exhibere voluerunt. qui utinam hac una in re modo peccassent! cuidam ad Angelum Gabrielium epistolae, ut caetera omittam, hoc initium fecerunt (T. IV. p. 160.) *Sub antea quam tibi has literas scriberem*. Sed fortasse non est hoc illorum, sed ipsius Bembi peccatum. qui enim manuscriptis veterum latinitatis auctorum codicibus admodum delectabatur, iisque plurimum, neque summo semper judicio exquisitoque delectu (quod non una in re declaravit), tribuere solitus erat, eum credibile est in Balbi ad Ciceronem illas (lib. IX. *ad Attic.* epist. 8.) litteras incidisse (quarum in omnibus, quos plurimos vidi, mss. codicibus, itemque in omnibus primi post artis typographicae exortum saeculi editionibus hoc initium est *Sub postea quam litteras communes cum Oppio ad te dedi*), quumque a Balbo dici *Sub postea* pro *Paullo post* animadverteret, sive potius ipse sibi falso persuaderet, recte etiam dici posse *Sub antea* pro *Paullo ante* existimasse. Jam quidam, illo *Sub* in Ciceronis libris offensi, pro eo admodum fidenter *Subito* subdiderunt, ut fieret *Subito postea quam &c.* atque ita in aldinis annorum 1540. 1548. 1554. 1559. atque aliis etiam posteriorum temporum editionibus legitur. verum jampridem animadversum ab eruditis grammaticis est, illo manuscriptorum *Sub* totidem vocabula, quot litteris constat, significari; neque in eo scribendo aliud peccatum a librariis fuisse, nisi quod singulis litteris punctulum adscribere praetermiserint, ita *S. v. b.* hoc est *Si vales, bene* (sive *benest*): quo salutationis, sive de valetudine gratulationis officio epistolas esse solitos auspicari veteres illos romanos ac latinos, scimus. Similiter

b la studiorum ad te missa (*b*), ipsi illi Gualterutio gratias agis, digna

liter peccatum in iisdem & mss. codicibus & editionibus est *ad Attic.* lib. I. epist. 9. & lib. VIII. epist. 11. namque alteram epistolam ita inchoarunt *Sub eum mihi dixisset Caecilius*; alteram ita *Sub tuas litteras libenter legi*. Sed jam ad Gualterutium revertamur.

Romae quid is ageret per ea tempora, Bembi haec literarum, ad eum mense septembri an. 1530. datarum, inscriptio docet: *Al molto onorato messer Carlo Gualteruzzi da Fano, scrittore della Penitenzieria. Roma.* Filium habuit Horatium, eum, quem Bembus binis litteris Joanni Baptistae Rhamnusio diligentissime commendavit: in quarum prioribus, die 13. mart. an. 1546. datis, *Ora*, inquit, *perchè io amo messer Carlo da Fano, quanto amico ch'io abbia, e quanto dovete sapere, ho pensato, che una delle più care cose, che io possa fare a suo beneficio, è di ajutarlo a bene instituire i suoi figliuoli, a che egli attende sopra ogni altra cosa. e perciò, avendone egli tra gli altri uno della medesima età, che è il vostro, e molto inclinato alle lettere, e modesto, e quieto tanto, quanto altro figliuolo io abbia mai conosciuto, oltra che ha fatto notabile progresso nello imparare, per la età sua, ho voluto pregarvi con tutto l'affetto del mio animo, che per amor mio siate contento riceverlo in cotesta compagnia sotto la disciplina del detto messer Jovita. nè voglio, che voi di ciò sentiate spesa alcuna, anzi più tosto comodità ... Non vi so pregare più efficacemente, che dirvi, ch'io disidero questo da voi per un mio figliuolo: che in luogo di un mio figliuolo tengo questo di messer Carlo &c.*

Bembi scripta, post ejus obitum, collegit hic Carolus, atque edenda curavit: qua de re sunt illa Galeatii Roscii in epistola ad Ranutium Farnesium cardinalem nuncupatoria, idibus septembris an. 1552. data, & libris sex ejusdem Bembi *epistolarum familiarium* praefixa: *Hoc cum Carolus Gualterutius, vir & officiosus & prudens, recte perspiceret, post Petri Bembi interitum, ut mortui laudem, quem tantopere vivum amarat, ab omni hominum silentio atque oblivione vindicaret, nulli sumptui vel labori parcens, omne suum studium, omnem mentem & cogitationem in illius doctissimis atque ornatissimis lucubrationibus edendis defixit ... ac praeter caetera, quae jam & hetrusco & latino sermone conscripta in hominum conspectum lucemque protulit, multas, quibus ille latine cum suis familiaribus agebat, summa diligentia collectas literas, nunc in medium proferre & sub tuo potissimum nomine edere constituit.*

(*b*) Haec Bembi studiorum formula, de qua heic agitur, aliqua videtur fuisse studiorum recte atque utiliter instituendorum ratio, quam sibi vel aliis Bembus olim scripsisset, quamque, Gualterutius ad Minalem hunc adolescentem, ut ea in suis eloquentiae studiis uteretur, transmiserat. nisi *formulae* hujus nomine significari eum libellum existimemus, quem *de imitatione* scriptum ad Jo. Franciscum, Mirandulae comitem, Bembus, sive rogatus, sive provocatus, Kalendis jan. an. 1513. misit, equidem inter ejus lucubrationes, quas editas habemus, nullam ejusmodi *formulam* video. Non desunt tamen inter ejus epistolas aliquae, in quibus quaedam de studiorum ratione praecipiuntur: qualia illa sunt in epistola, ad Christophorum Longolium die 15. febr. an. 1521. Roma Patavium, ut opinor, data: *Quod meum de tuorum studiorum ratione judicium tam diligenter exquiris, in eo & amori erga te meo multum, & auctoritati nonnihil sane tribuere te, ostendis. quorum in altero quam recte facias,*

digna esse videatur. quo in statu praedicationis Romae sis, profecto intelligis, cum tibi hinc ista mittantur monimenta curae ac diligentiae, quam in studiis summi viri adhibuerunt. sperant videlicet, posse te illorum laudibus respondere. quod ego

faciat, tu videris, cujus plane interest, si deceptus sis; ab altero ne te unquam deceptum possis dicere, cumulate ipse diligentissimeque praestabo . . . Itaque te hortabar, ut, quod reliquum erat, conficeres. quod mehercule etiam nunc te hortor, hoc est, ut Ciceronem ipsum, quem tibi unum scribendi magistrum me auctore proposuisti, eundem universum non solum vores, sed etiam concoquas, atque in succum & sanguinem convertas tuum &c.

Hasce ego Bembi epistolas cum pervolutarem, in quandam incidi, ad Antonium Eparchum missam, eum, de quo in volumine hujus operis secundo pagg. 306. 308. 312. ea, quae tum nota nobis erant, memoravimus: de quo eodem alia quaedam, a nobis tum ignorata, poterit lector in ipsius epistolae recitatione hoc loco cognoscere.

„ Petrus Bembus Antonio Eparcho Corcyraeo S. P. D.

„ Literae tuae, quas ad me graece scriptas misisti, ut vere dicam quod sentio, me cum voluptate tum vero etiam dolore sane magnopere affecerunt. nam, quod erat earum sermo purus, suavis, doctus, Athenas ipsas redolens, tum etiam philosophiae sensu ac praeceptis pictus & perpolitus, majorem in modum tuarum literarum lectione sum delectatus, eoque amplius, quod nova mihi hercle tota ea res inopinataque acciderat. neque enim putabam, his quidem tempestatibus, cum e Graecia bonarum literarum studia penitus emigravissent, tam egregium tamque praestantem optimis artibus ac disciplinis virum, ut te esse video, Corcyram, insulam non nimis elegantem, alere atque erudire potuisse. itaque eam prae oculis pagellam diu tenui, quae tuae mihi doctrinae tuorumque morum testis & plane obses fuit. quae vero earundem literarum tuarum pars illatam tibi proximo bello thracio a fortuna tam insignem injuriam continuit, ut a solo patrio fugiens nihil inde tuarum rerum tecum absfuleris, praeter nudos liberos, ad quos quidem nutriendos & tuendos teque una cum illis sustinendum coactus fueris ludum literarium Venetiis aperuisse, ea mihi porro aegritudini ac dolori magno fuit. angi enim te ac perturbari curis animi atque laboribus, hominem ad scribendum & ad posteritatem natum, tuaque studia durissimis vitae difficultatibus impediri, quis est tam illiberali porro ingenio, cui non id permolestum esse ac plane miserum debeat? quare mihi, ut ad illud redeam, quod initio dixi, & haec virtutum tuarum percepta ex tuis literis cognitio voluptatis plurimum attulit, & tuarum molestiarum lectio atque cogitatio plurimum acerbitatis. in qua tamen ea me spes recreat, quod te confido in istis moeroribus non diutissime futurum. vel enim fortuna eadem, quae te pressit, etiam sublevabit, vel virtus ipsa te restituet tua, multoque reddet clariorem atque illustriorem, quam si domi tuae nulla re offensus permansisses. Quod ad me attinet, si quem hic nactus fuero ex iis, quos commemoras, eum tibi amicum omni studio comparabo. sed mira paucitas est, omnesque fere non tam ut recte addiscant, quam ut parvo, curare atque perpendere videntur. ego, ut spero, propediem te videbo. Vale. XVII. Kal. jan. 1537. Patavio.

de te sic mihi fore persuasi, ut id omnibus pro certo polli-
c cear. Vale. (c)

(c) Neque haec, neque ea, quae continuo sequetur, epistola, temporis, quo data fuerit, ullam notam praefert. ad hunc ipsum mensem aprilem, quo proxime superior data est, putavi non sine probabili ratione utramque pertinere.

X.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

Litteras sine argumento non posse se scribere. Ejus epistolam, ad patrem scriptam, laudat; eumque ad virtutem ac doctrinam cohortatur.

Corrigenda mihi est proximae ad te epistolae negligentia, magis tamen crebritate, quam diligentia literarum, quam veteri quadam consuetudine mea in hoc scribendi genere adhibere nec possum, &, si possim, sine argumento id mihi praestare non licet. est autem, quod tu minime ignoras, proprium epistolarum argumentum ac sententia, rerum vel publicarum
a vel privatarum scriptio (a), quibus exclusis, vel inanes esse li-
b teras, vel certe ambitiosas (b), necesse est. ab iis autem, aeque ac me, abhorrere te existimo, de gemina illa virtutis & bona-
c rum artium laude laborantem (c). quae sunt igitur partes scribendi ad te meae? tantum, ut literarum numero, quando eas tibi non injucundas esse scribis, si pondere non possum, satisfaciam. veruntamen haeret in animo meo eadem illa memoria literarum, quas proxime ad patrem tuum dedisti. nam earum ea vis est, ut imaginem patriae virtutis ac prudentiae mihi in illis agnoscere visus sim. jure igitur vir optimus talem te filium unice diligit, summamque ex isto animo & ingenio voluptatem capit. tu vero pie non solum vita & studiis, sed etiam literis tuis patrem oblectas; in quibus efflorescentem in te ad omnem gloriam ac dignitatem suae rationis & consilii effigiem intuetur. quam-

(a) Cicero lib.II. epist.4. ad Curionem. *Epistolarum genera multa esse non ignoras. sed unum illud certissimum, cujus causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra aut ipsorum interesset.*

(b) *Ambitiosas* & heic & alibi appellare Pogianus videtur eas litteras, quas itali dicunt *lettere di cerimonie*: quo genere nullum est, mea quoque sententia, ineptius atque adeo odiosius.

(c) Hoc dicit „ Non nisi de virtutis „ atque doctrinae laude comparanda „ Minalem laborare „.

quamobrem perge tenere istam viam, qua vel ad summum honoris gradum (*d*) pervenies, vel, quod sapientissimi cujusque judicio maximum est, praestantissimis honoribus dignus existimabere. adhuc quidem id consecutus es, ut magnam spem doctrinae & virtutis in te plerique & docti & probi viri collocarint, idque saepe jam patri tuo sint gratulati; quorum judicio quin respondeas, dubitare nullo modo possum. Vale. Roma. (*e*)

(*d*) Saepe Minali Pogianus in his ad eum litteris summos honorum gradus ominatur. ad eos num ille pervenerit, nescio. immiscuisse eum se post decem annos civilibus genuensium turbis atque discordiis video. sic enim in *Annalibus Gregorii XIII.* a Petro Maffejo italice olim scriptis, & Romae anno 1742. primum a Carolo Cocquelines, homine pererudito, vulgatis, lib. IV. num. XX. pag. 199. ad an. 1575. lego: *Francesco Grimaldi a' dì 12. di settembre con quattro galere dello stuolo di Giannandrea Doria diede la caccia a due galere della signoria, che portavano soldati di Corsica … e a' dì 15. Giannandrea istesso, già preparato a Porto Venere con venti galere, ebbe quivi per mano di Annibale Minali, commendatore di Genova, lettere delli deputati della parte di fuori, e dal medesimo ebbe pieno ragguaglio dello stato delle cose. onde, senza più dimora, spiegato lo stendardo della signoria, si approssimò alla Spezia, e fatti subitamente scendere gl' italiani, che si erano già imbarcati sotto Sigismondo Gonzaga colla intelligenza di Ascanio Minali, fratello di Annibale, e suoi seguaci, non senza qualche contrasto fu introdotto nella terra.*

(*e*) Vide extremam superioris epistolae adnotationem.

XI.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

Ejus in se liberalitatem verbis extollit, & datas ad Cardinales ab eo litteras iis a se redditas, jucundasque accidisse, significat. 11. maj. 1565.

MEministi, cum ad laudem tuam veritatis testimonium superioribus literis tibi dedissem, quasi illud benevolentiae potius in te meae praeconium fuisset, te mecum agere, ut hunc laudandi morem a nostra scribendi consuetudine removerem? feci, &, quod a me studiorum & literarum tuarum ratio postulare videbatur, totum remisi pudori tuo. quid? tu nunc pari vel saltem aequa conditione mecum agis? qui, tanquam in meo aere sis, sic ad diem solvis; immo, quasi non una pensione satisfeceris, sic tua benignitas quotannis tempori respondet. & quidem idem tu satis incensum esse te ad decus & gloriam scripsisti, ut novo laudis incitamento non egeres. ego vero

vero (quod pluris eſt) veteri beneficio ac merito tuo tibi de-
vinctus , cum nondum ulla mihi facultas data eſſet relaxandi
me ex illis vinculis , nova me tua gratia obſtrictum , & a te in
iſto tanquam triumpho liberalitatis paene captivum duci ſentio :
quo nihil homini ingenuo gravius poteſt accidere . veruntamen ,
quia ſemel de jure meo deceſſi , praeferam ſtudium & volunta-
tem tuam officio meo . tantum vero utar ad te ſolemni illa
gratiarum actione , ut me tibi tantum debere profitear , quan-
tum tua in me officia , meis examinata ponderibus , poſtulant .
a reliqua , ſi minus licet apud te (*a*) , perſequar apud eos cardi-
nales , quibus cum ingenii & in optimis ſtudiis induſtriae tuae
praeclarum ſpecimen dederis , nihil jam incredibile videri pote-
rit , quod a me de tua virtute praedicetur . quibus quidem
cardinalibus ita reddidi tuas literas , ut ea re magnam ab ipſis
b gratiam inierim : niſi forte (*b*) exiſtimas , interpretis cauſa amari
eum , qui pretioſum alicui donum miſerit , non etiam muneris
pretium & largitoris pondus ad aliquam ejus , qui munus attu-
lerit , exiſtimationem & gratiam redundare . quanti autem fue-
rint literae tuae ex eo agnoſce , quod omnes , ad quos quidem
eas ego pertulerim , nihil ſibi eo in genere elegantius ſcriptum
eſſe , dictitant . quod non ego primum nunciavi patri tuo , cla-
riſſimo viro , & in me jam nimium liberali , ſed , ab aliis cum
id ei dictum eſſet , idem ab illis me audiviſſe cardinalibus , af-
firmavi . verum hoc illuſtrioribus quotidie auctoribus celebrabi-
tur . quare finem faciam , ſi prius tibi gratulatus fuero , te tan-
c to intervallo optimis & glorioſis auſpiciis (*c*) fratre auctum eſſe .
Vale . Roma . v. idus maji . M. D. LXV.

(*a*) Rogatus a Minali Pogianus fuerat , ne laudibus ad eum ſcribens uteretur . id ſe facturum apud eum , non vero apud caeteros , Pogianus pollicetur .

(*b*) *Fortaſſe* exempl. Emendavi . vide epiſt. *Georgii* d.3. maji 1560.

(*c*) Hoc ideo fortaſſe dicit , quod Hannibalis frater hic auſpicatiſſimis proximi paſchatis diebus in lucem editus fuerit . incidit autem hoc an.1565. paſcha in diem 22.menſis aprilis .



XII.

XII.

N. N. (a) Archiepiscopo S. Andreae Scotiae. a

Optimi pontificis laudem tribuit, & ad studium catholicae religionis retinendae ac propagandae cohortatur. 27. jun. 1565.

PErillustris ac reverendissime domine. Quo amplitudinem tuam reverendissimam studio & amore complector, qui certe est eximius propter singularem virtutem, quam istic adhibes in tuenda fide catholica & sanctae romanae ecclesiae dignitate, eum, nactus hanc occasionem redeuntis ad vos nobilis viri Joannis Amilthonii, tibi his literis deferendum putavi, teque Christi domini pacis & gratiae nuncio salutandum. Magnum est hic tuum nomen pietatis ac religionis causa, magna bonorum laetitia in tanto antistite, & impiis fortiter repugnante, & acerrime defendente ac fovente pios atque catholicos. vera est ista laus, quae ad Dei gloriam redundat, quamque una cum vera pietate, te in primis adnitente, Deo auctore & adjutore, istic augendam & propagandam speramus. *non est* enim *abbreviata manus domini* (b), quae dispulsos & plane perditos b greges singulorum saepe pastorum opera ad salutaria pascua revocarit. est idem ille Athanasii, Hilarii, & Eusebii Deus, qui illis episcopis, in ejus fide ac spe, & in proximorum charitate defixis, tantam olim virtutem dedit, ut orbem paene terrarum, in perniciosos errores inductum, nedum singulas provincias, ad fidei integritatem verumque cultum traduxerint. in illorum laude ac meritis erit etiam virtuti ac prudentiae tuae locus, si, ut facis, primatum istic tuum & auctoritatem, qua vales plurimum, ad propugnationem ecclesiae Dei & catholicorum hominum contuleris. qua in cura & cogitatione incumbentem amplitudinem tuam & sanctissimus dominus noster, qui in te egre-

(a) Cardinalis Caroli Borromaei nomine hanc a Pogiano esse scriptam epistolam, valde credibile est. eam ego ex quodam ms. volumine, quod in tabulario ejus, quam *Congregationem concilii* dicunt, adservatur, depromsi; quo in volumine cardinalium, concilii tridentini interpretum, nomine ab eodem Pogiano scriptae litterae, certo a nobis hujus operis loco exhibendae, continentur: in quarum seriem, quomodo haec, & nonnullae praeterea aliae, ad ejusdem concilii interpretationem minime pertinentes, irrepserint, nescio. huic quidem, pagina ejus voluminis 39. recensitae, hoc in margine adscriptum est monumentum: *Haec non pertinet ad concilium.*

(b) Isaiae 51. 1.

egregia quadam charitate est incensus, omni semper studio & adjumento prosequetur, & nos omnes, in primisque ego, quicquid opera & diligentia mea eniti potuero, ab amplitudine tua desiderari non patiar: cui in patrocinio & propagatione catholicae & ecclesiasticae veritatis Deum propitium ac benignum precari non desistam. Romae. v. Kal. jul. M. D. LXV.

XIII.

Julius Pogianus Augustino Valerio, Veronensium Episcopo.

jul. ineunte 1565. *De Veronensium episcopatu gratulatur. Bernardi Navagerii cardinalis mortem deflet.*

QUibus de causis tibi de tuo honore, Navagerio cardinali
a de suo de te judicio (*a*), veronensibus de novo episcopo, patrum collegio de consentiente in te studio, Pio denique pontifici max. de liberali auctoritatis & in te benevolentiae testimonio tali tempore gratulandum sit, eas arbitror suis ad te literis multos persecutos esse. est enim non solum spectata & probata, sed jucunda & admirabilis omnibus, qui modo ipsi sint vel honoris vel ingenii ornamentis paulo illustriores, tua & integritas vitae, & gravis elegansque doctrina, &
b humanitas ac suavitas morum (*b*). itaque cum iidem illi intelligant, episcopatum tuum non magis tibi decorum esse, quam ejus auctoribus & adjutoribus honorificum, facile mihi persuadeo, non defuisse ex eo numero, qui tibi multiplex & copiosum illud gratulandi officium persolverint. ego vero, etsi tantum tibi tribuo, quantum qui plurimum, neque cuiquam concedo, qui magis tui honoris accessione laetetur, tamen supersedendum duxi trito hoc multorum literis tanquam communi loco gratulationis: quod mihi est ad institutum meum aptius, & ad tuum, ut opinor, tempus sensumque providentius. tantum igitur tibi de Borromaei cardinalis sententia gratulabor, quam

(*a*) Bernardus Navagerius cardinalis, a Pio IV. veronensium episcopus anno 1562. renunciatus, adjutorem sibi hoc ipso an. 1565. dari, futurum etiam post suum obitum in episcopatu successorem, Augustinum Valerium, Luciae, sororis suae, filium, ab eodem Pio IV. petierat atque impetrarat.

(*b*) Quam haec vere de Valerio dicantur, qui ejus *Vitam* apud Ciacconium sive Oldoinium inter cardinales, a Gregorio XIII. die 18. dec. 1583. creatos, legerit, facile intelliget.

quam cum is princeps (c) more majorum dixisset, frequentes eam patres secuti sunt. caput autem ejus sententiae fuit, nullum jam esse relictum isti civitati locum desiderandi Matthaeum illum Gibertum (d), in quo episcopalis officii decus admirata est aetas superior; quinetiam tuam in isto munere laudem illustriorem fore, quod ad parem cum illo pietatem doctrina tua accedit uberior, hausta e philosophorum, maxime vero e theologorum fontibus. omnino mea memoria nec auctor eo in genere gravior fuit, quam in tuo honore Borromaeus, nec senatus constantior. omnium denique ea opinio est, optimum ac sapientissimum virum Navagerium cardinalem in te adornando affinitati (e) minimum, plurimum judicio tribuisse. gratulor itaque tibi amplissimo & ornatissimo quoque praecone virtutum tuarum: nec vero dubito, quin summorum virorum testimoniis cumulate respondeant actiones tuae. Quod autem ad te nunc primum scripserim, postquam Roma profectus es, cognosce institutum meum; quod si tibi minus probabitur, ignosce

 ratio-

(c) Qui e cardinalibus & pontificis max. propinqui sunt, & rerum summae administrandae praesunt (qualis Borromaeus sub Pio IV. fuit) ii principem sententiae in senatu dicendae locum obtinent. in episcopatibus autem demandandis singuli cardinales sententiam a pontifice max. rogantur.

(d) Joannes Matthaeus Gibertus, Panormi patre genuensi natus, vitae sanctitate, doctrina atque prudentia id assequutus est, ut Clementi VII. & Paullo III. pontt. maxx. carissimus esset, & gravissimis reip. muneribus fungeretur. Veronensium episcopus die 8. aug. an. 1524. renunciatus, ejus episcopatus possessionem non nisi an. 1527. ut ait Ughellius, inivit. vivere desiit die 30. dec. an. 1543. *Inter multa*, inquit idem Ughellius, *egregie a Giberto episcopo pro felici statu veronensis ecclesiae patrata, summe commendantur constitutiones ab ipso editae: quas decem titulis seu libris distinxit ac promulgavit, approbante Paulo tertio, an. 1542. die 25. maji. Quantae vero existimationis dignitatisque fuerint, testes erunt verba Augustini Valerii card. episcopi veronensis suis in decretis ac constitutionibus editis an. 1589.* „ *Suadebat*, inquit, *ipsa meditatio constitutionum, a sapientissimo & optimo episcopo Joanne Matthaeo Giberto conditarum: quae tanta prudentia excogitatae sunt atque scriptae, ut non modo episcopi aliquot ex illis tanquam fonte constitutiones suas derivaverint, verum etiam sacrosanctum concilium tridentinum, inter sua decreta, quaedam ex iisdem constitutionibus fere de verbo ad verbum transtulerit. ac proinde statui constitutiones, vobis notas, recognoscere, typisque mandare; idque multas ob causas: primum quidem, ut Joanni Matthaeo Giberto, optimo episcopo, quem mihi semper in episcopatus administratione imitandum proposui, hac ratione debitum honorem praestem, cujus memoriam in veronensi ecclesia conservari diutissime percupio .... Earum porro dignitatem reveritus, paucis quibusdam verbis, levissimae correctionis gratia, detractis, integras typis mandare volui* „.

(e) Fuit enim, ut supra diximus, Navagerius Luciae, Valerii matris, frater.

rationi meae. ego enim hoc ſcribendi officium neceſſitate me-
tiri ſoleo: reliquarum autem literarum genus adduci non poſſum
f ut ab ambitione ſejungam (*f*); a qua cupiditate dicerem quam
longe abſim, niſi vererer, ne hoc ipſum ambitione facere vi-
derer. verum res ipſa loquitur. ad hoc conſilium meum ac-
g ceſſit neceſſitas quaedam ſcriptionis alieno arbitratu (*g*), qua
ſic obruor, ut ſaepe proprium meum ſcribendi officium cogar
praetermittere. quare peto a te, ut, ſi minus ſententiae huic
meae, certe neceſſario tempori aequum te praebeas. caetera,
quae a tui ſtudioſiſſimis & obſervantiſſimis tibi praeſto ſunt, a
me nunquam deſiderabis. Sed, dum haec ad te ſcribo, ecce
h fulmen (*h*): virum optimum & animi atque ingenii bonis or-
i natiſſimum Bernardum Navagerium cardinalem ceſſiſſe e vita (*i*).
illa

(*f*) Litteras, quae non neceſſitate aliqua ſcribuntur, ad ambitioſarum genus Pogianus revocat; quibus ſive egregiae cujuſdam in ſcribendo facultatis opinio, ſive hominum gratia, officio oſtentando, captatur: a qua cupiditate valde ſe eſſe alienum, profitetur.

(*g*) Idem ſignificat, quod ad Commendonum ſcripſerat in epiſt. *Ego ſi* d.5. apr. 1565. illis verbis: *Quo loco non excuſabo multiplices occupationes tum literarum, quae mihi quotidie ſcribendae ſunt & proprie Borromaei & communiter ejuſdem undecimque cardinalium nomine, quos ſibi pontifex in conſilium adhibuit ad explicandam; ubi opus ſit, tridentini concilii ſententiam, tum rationis cujuſdam ex concilii auctoritate erudiendi chriſtianos homines ad ſalutarem diſciplinam.*

(*h*) Rei acerbae atque inexſpectatae repentinum nuncium Cicero etiam *fulmen* dixit l.IV. *ad Atticum* epiſt.6. *Trinas ante legeram, quibus, meliuſcule Lentulo eſſe, ſcriptum erat. ecce quartae fulmen. ſed ille, ut ſcripſi, non miſer &c.*

(*i*) Hic locus, in quo nuncius, de Navagerii morte Romam, dum haec ipſa ſcriberentur, Verona allatus, commemoratur, fecit, ut hanc epiſtolam, nulla temporis nota neque in exemplari noſtro neque in codice vaticano inſignitam, in ineuntem julium anni 1565. contulerim. De Navagerii autem morte haec in Ciacconii opere de *Vitis Pontificum & cardinalium* traduntur: *Coadjutore igitur ex permiſſione ſummi pontificis* (Pii IV.) *ſibi facto cum futura ſucceſſione Auguſtino Valerio .... ipſe ſubita oculorum caecitate preſſus, pauloque poſt ſubita quoque morte correptus, Veronae pridie Kalendas junii, ſeu, ut alii volunt, VII. Kal. julii anno 1565. pontificatus ſexto, aetatis 59. die Jovis obdormivit in domino.*

Si pridie Kal. junii, hoc eſt die 31. maji Navagerius obiit, in diem Jovis incidiſſe ejus obitum, verum eſt: ſecus, ſi VII. Kal. julii, hoc eſt die 25. junii, obiit; qui dies anno 1565. incidit in diem Lunae. quo certe ipſo die junii 25. non vero maji 31. Navagerius obiit, ſi non mendoſa eſt ejus ſepulcralis inſcriptio, Veronae in templo principe a Bernardo Valerio poſita, & in eodem illo Ciacconii opere hiſce verbis allata: *Bernardus Navagerius Cardinalis, virtute ſpectatiſſimus & ſanctitate, hic poſitus eſt. V. annis* LIIX. M. IV. D. XIIX. *Ex iis Epiſc. Veronen.* II. *obiit* VII. *Kal. jul.* MDLXV. Qua etiam ex inſcriptione vides corrigenda eſſe in eodem opere ſuperiora illa de Navagerii *ſexto* veronenſis pontificatus anno.

illa bonitas, illa virtus, illa copiose & eleganter loquens doctrina atque prudentia tristissimum nobis sui desiderium reliquit. ad quem igitur jam nos conferemus cultorem simplicis veritatis? sed non faciam, ut recordatione nostri incommodi beatae illius vitae, qua nunc fruitur, videar oblivisci; cum praesertim me illud consoletur, quod summo viro largitus est Deus, ut praeclarum vitae cursum insigni laude conficeret. nam prudentissimum ejus de te judicium factumque pulcherrimum statim excepit immortalitas; ne (*k*), quod illi ad gloriam fuit amplissimum, quicquam nisi caeleste ac divinum consequeretur. Vale. k

(*k*) Ingeniosa quidem ac gravis, sed paullo fortasse obscurior sententia. hoc dicit: „ Ne quicquam, nisi caeleste ac divinum, (hoc est, ut nihil nisi beata ipsa atque immortalis apud superos vita) consequeretur atque exciperet judicium illud de te ejus ac factum (quo te nimirum successorem sibi in episcopatu constituit); quod quidem factum illi ad gloriam fuit amplissimum „.

XIV.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

Orationem, in funere Francisci, Guisae ducis, habitam, mittit. 4. jul. 1565.

NE semper ad te literas dem aut rebus inanes, aut eodem argumento molestas, mitto tibi orationem, scriptam & habitam a me ante biennium, cum Francisco, Guisae (*a*) duci, a qui in Gallia pii exercitus imperator ex insidiis est interfectus, Romae parentaretur (*b*). hanc ego concionem, etsi jussu pon- b tificis max. biduo scripsi sine commentariis, ut, ubi nullum fere extitit diligentiae subsidium, ibi quid te admodum delectare possit, vix intelligam, tamen, nulla habita ratione existimationis ingenii mei, eam ad te mittendam putavi, obsecutus amori in te meo, & cupiditati cuidam parentis tui (*c*), prae- c stantis-

H 2

(*a*) *Guisiae* exempl. Neque aliter tum Pogianum tum Gratianum scribere hoc nomen solitos, animadverti. ego tamen *Guisae* rectius puto, ad eamque lectionem utriusque scripta, quoties in eam vocem incidi, solitus sum revocare.

(*b*) Parentatum est Romae Francisco huic Guisio, Pii IV. pont. max. jussu, IV. Kal. apr. an. 1563. Funebrem laudationem, quam Pogianus habuit, quamque hoc loco significat, dedimus in III. harum epistolarum volumine pag. 269. & seqq.

(*c*) Donati Matthaei. de eo vide epist. *Ea virtus* d. 29. jan. 1564.

ſtantiſſimi viri. hujus autem generis ſcripta ſi non aſpernabere, habebis a me, quod interdum animi cauſa legere poſſis. Vale. Romae. IIII. julii. M. D. LXV.

XV.

a Julius Pogianus Quinto Mario Corrado. (a)

23. jul. 1565.

Litterarum tarditatem excuſat. De urienſi epiſcopatu reſtituendo. De rebus indicis latine juſſu pontificis max. ſcribendis.

AD vetus quoddam judicium & inſtitutum meum, quo utebar in ſcribendis ad amicos literis, ut id officium neceſſitate definirem, acceſſit neſcio quarum epiſtolarum quoti-
b diana aſſiduitas, quam annum jam (b) praebeo periuvitus col-
c legio duodecim (c) cardinalium, quos ſibi Pius pontifex in conſilium adhibet ad explicandas tridentini concilii quaeſtiones; ut propterea in hoc genere deeſſe interdum etiam cogar vel meo vel amicorum neceſſario tempori. quamobrem libenter accipio excuſationem tuam in eo, in quo me tibi purgatum eſſe
d vehementer velim. Argentoni (d), affini tuo, docto viro, &, ut ex brevi illo ſermone, quo ſubſecutus eſt ſententiam epiſtolae, quam mihi abs te reddidit, facile intellexi, ſuavi homini ac

(a) De hoc Corrado vide epiſt. *Ego ſi te, Corrade*, d. 26. aug. 1564.

(b) Collegium hoc, quam vulgo *Congregationem cardinalium ſacri concilii tridentini interpretum* dicimus, non niſi menſe auguſto ſuperioris anni 1564. Pius IV. inſtituerat; neque fortaſſe ante octobrem ejuſdem anni coeptae ſunt a Pogiano ſcribi eorum nomine litterae. vide epiſt. *Si pluribus* d. 25. dec. 1564. Cum igitur hanc ad Corradum epiſtolam die 23. jul. an. 1565. idem Pogianus dabat, nondum plane annus aſſiduae hujus, quam heic dicit, operae, ſed certe anni pars major effluxerat.

(c) Octo dumtaxat cardinales initio fuiſſe a Pio IV. ad hujuſmodi conſultationes adhibitos, deinde quattuor iis additos, alibi diximus. in epiſt. illa *Si pluribus* d. 25. dec. 1564. *octo* Pogianus appellavit; *duodecim* vero in epiſt. *Ego ſi* d. 5. apr. 1565. primum appellare coepit: a quo deinceps numero numquam receſſit.

(d) Proteum fuiſſe quemdam hunc Argentonem exiſtimabit, qui eum nunc Argentonem, nunc Argentarium, nunc Caſtilionem ab aequalibus ſuis appellatum fuiſſe, animadverterit. atque ipſe quidem ſe aliquando Argentonem, aliquando Caſtilionem editis libris dixit. Sunt Q. Marii Corradi *de lingua latina* ad Marcellum fratrem libri XII. Venetiis apud Andream Valvaſſorem an. 1569. excuſi: in cujus operis pagina 2. haec leguntur.

Donati Argentonis peripatetici ad Mar-

ni ac perhumano, ſtudium & operam meam detuli ad omnia, maxi-

Marcellum Corradum brevis ac dilucida librorum Q. Marii ſententia.

Librorum Quinti, fratris tui, quos de lingua latina ad te ſcripſit, volui ſententiam brevibus argumentis explicare . . . Ego praeterea gratulor virtuti amiciſſimi hominis (Q.Marii), *propinqui & praeceptoris mei, gratulor bonis literis & patriae noſtrae* (Uriae) *&c.*

Rurſus prodiit idem opus Bononiae an.1575. qui fuit vitae Q. Marii poſtremus, hoc titulo: *Q. Marii Corradi Uritani de lingua latina ad Marcellum fratrem libri* XIII. *nunc, ut prior editio, impreſſorumque induſtria auctori placita non eſt, emendati, illuſtrati, triente pleniores facti; atque his epiſtolae adjunctae, quibus auctor latini ſermonis cauſam tuetur. Bononiae apud ſocietatem typographiae bononienſis* M. D. LXXV. *Curiae epiſcopalis & S. Inquiſitionis conceſſu*. Eadem illa Argentonis ad Marcellum Corradum epiſtola, ſed aliquanto retractatior atque auctior, huic quoque bononienſi editioni, eaque ſub *Donati Caſtilionis* nomine, praefigitur; in eaque fere extrema iterantur ſuperiora illa ſic: *Ego praeterea gratulor virtuti amiciſſimi hominis, propinqui mei, perfectoriſque ſtudiorum utriuſque noſtrum: gratulor bonis literis & patriae noſtrae &c.* Sub eodem *Donati Caſtilionis* nomine praefixa ſunt argumenta libris Q. Marii Corradi *de copia latini ſermonis* quinque, Venetiis apud Franciſcum Zilettum an. 1582. editis. At vero in plurimis, quas ad eumdem Donatum Q.Marius dedit, litteris, neque *Caſtilio* ab eo umquam neque *Argento*, ſed *Argentarius* nuncupatur. quibus ex litteris aliquot tranſcribam locos, quaedam ſcitu digniora de homine declarantes. Epiſtola igitur 60. quae eſt ad Marcellum fratrem Uriam Brunduſio data, *Decimoſexto*, inquit, *ab hinc die etiam caſu abaci pene crus fregeram: ac neſcio, an os aliquod fractum ſciſſumve ſit. dolorem quidem adhuc medicamentis levare nulla ex parte poſſum, immovero is quotidie magis creſcit. vulnus autem nullum apparet, & putabam, aliquod latere ſub cute. veniſſem ad divinam Argentarii χειρουργίαν: ſed noſti genus exilii mei. illum meo nomine ſalutabis.* In epiſtola 104. ad ipſum Argentarium data, *Quod ad te,* inquit, *ſcriberem, nihil erat: & expectabam ego literas tuas. Simonettae tamen fratri tuo flagitanti non ſum auſus nihil dare.* In epiſt. 108. ad eumdem, *Velim*, inquit, *de te ſcire ex tuis literis. illarum enim intermiſſio, & mora Deſiatae, ſororis tuae, nonnullam mihi ſuſpicionem injecit, te nondum ſatis eſſe confirmatum . . . . Quod mihi mandaras, de imitatione tibi ut reſponderem, de ea, mihi crede, & ineptiſſimum eſt ſcribere, & ad commodiorem nuncium de valetudine tua rem differre, & omnino, ut verum fatear, eam moleſtiam fugere cupiebam . . . Habes enim, quae ſaepiſſime inter nos colloquuti ſumus: interfuiſti nonnunquam ſermonibus doctorum hominum: atque, ut ego Romulum Amaſeum Bononiae, ſic tu Lazarum Bonamicum Patavii ſummum virum audiſti quamſaepiſſime his de rebus diſſerentem . . . Audiveram de Paulo, fratre tuo, & tu ipſe receperas, te aliquot diebus nobiſcum fore . . . Tibi quoque, de philoſophia vel medicina quum ſcribere voles, aut preſſum genus illud Hippocratis, aut acutum Ariſtotelis, aut magnificum Platonis, aut dulce Theophraſti imitandum arbitrabere.* In epiſt. 111. ad eumdem, *De domo*, inquit, *Brunduſii conducenda adhibui diligentiam. ſed gaudeo, mutatam eſſe patris tui voluntatem.* In epiſt. 131. ad eumdem, *Me*, inquit, *quartana liberatum eſſe ſcis. quod nunc demum eo ad te ſcribo, ut acceptum id quoque referam*

e maxime vero ad eam rem (e), in qua existimationis & vitae vestrae statum agi iterum ad me scripsisti. verum is, negotium

ram amori, diligentiae & consiliis tuis. afflixerat me, quum discessit, decem περιόδους. tu graece hoc, seu latine melius. nunc potionibus utebar ad sanguinem purgandum, quas ad me scripsisti. sed mehercule videor mihi satis esse confirmatus. scire te hoc volui, ut amici valetudine & scientia tua laetere. De qua eadem re ad Fabium Latomum Brundusio haec Bononiam in epist. 134. scripsit: *Reliqua etiam ex periculo aegritudinis quartana fuit; quae tamen ejus, qui a principio aegrotanti semper mihi affuerat, amantissimi utriusque nostrum Donati Argentarii opera & curationibus quadraginta diebus depulsa est.* In epist. 152. ad ipsum Argentarium, *Verum*, inquit, *ad mea. febris quidem discessit ipsa undecimo jam ab hinc die, sed commotionibus stomachi valde adhuc laboro. nonnullum cibi fastidium est, καὶ ἐν τοῖς ἄιω longior mora. frigoris tum & distentionum aliquid, ut sub accessum febris, donec cibus denique descendat. vereor, ne ad morbum hoc fluat. quotidie hic metus est. septem diebus medicinas tuas accepi &c.* In epist. 169. *Consolari*, inquit, *te neque possum.... nec, si possem, ea fuit vita aut obitus patris tui, vel robur animi & doctrina tua, ut in hoc genere literas a quoquam debeas expectare. decessit enim is aetate non gravi illa quidem nec infirma, sed integerrime tamen ac sanctissime acta; quum floreret liberis, bonis adolescentibus, magno fructu ac spe virtutis & laudum tuarum.* In epist. 182. *Tu*, inquit, *per fidem atque Hippocratem tuum, aliquam ad me literam vel tuam vel meorum.*

(e) Hujus rei, quam heic Pogianus significat, altius repetenda sunt initia, ne non tota cognosci ac plane percipi possit. Franciscus Aleander, Hieronymi card. fratris filius, brundusinorum & urinatorum archiepiscopus a Paullo III. die 30. jun. an. 1542. creatus fuerat. *Ubi Franciscus* (inquit Ughellius T. IX. *Italiae sacrae*, col. 41. edit. ven. an. 1721.) *solemni ritu Brundusium ingressus fuisset, coepit statim dioecesim suam lustrare. sed, cum Uriae appropinquaret, marchio* (Jo. Bernardinus Bonifacius) *populusque uritanus eum recipere recusarunt, ni prius jurejurando affirmaret, seque subscriberet archiepiscopum uritanum & brundusinum, ac veluti antistes uritanus, distinctus a brundusino sacerdotio, illud aeque cum illo unitum omnino fateretur. quod cum injuriam sibi illatam propriis viribus vindicare nequiret, ad Pauli III. pontificis judicium confugit, allatis secum aliorum summorum pontificum privilegiis ac decretis ecclesiae brundusinae, quibus brundusinae ecclesiae jura contra uritanos palam fecit, ac ostendit, uritanam ecclesiam ante multa saecula unitam fuisse brundusinae. quamobrem Paulus literis in forma brevis marchioni, clero, & populo uritano scripsit, quibus perbelle minitatur. quae de hac controversia scitu sunt digna, ab exemplari conscripsimus in hunc modum.*

„ *Dilectis filiis, nobili viro marchioni, & clero, & populo uritano Paulus PP. III.*

Dilecti filii &c. Exponi nobis nuper fecit Ven. frater Franciscus, archiepiscopus brundusinus & uritanus, quod, licet ecclesia brundusina metropolitana existat, & ceteras illius suffraganeas & illi unitas cathedrales ecclesias dignitate & honore praecedat, ac, qui pro tempore fuerunt archiepiscopi brundusini, seu eorum vicarii in spiritualibus generales, jurisdictionem archiepiscopalem etiam contra vos in concernentibus forum ecclesiasticum, quoad vos, fili mi, Marchio, & popule, in dicta civitate brundusina exercere, ac vos & singulares personas ex vobis coram eis

in dicta

tium vobis ex sententia confectum, respondit, nihil ut in eo labore opus esset aut contentione mea. itaque optatissimum rei exitum,

in dicta civitate ad judicium tradere (fort. *trahere*) *ac in vos, & pro vobis & contra vos jus dicere, & justitiam ministrare consueverint . . . nihilominus, cum dictus Franciscus archiepiscopus superioribus diebus ad eandem ecclesiam uritanam, animo ibi visitandi, & jurisdictionem suam exercendi archiepiscopalem, se contulisset, tu, fili Marchio, vosque filii popule, ad id per te, fili marchio, forsitan concitati, sub praetextu quod in literis provisionis de persona Francisci archiepiscopi ad easdem brundusinam & uritanam ecclesias factae, prius de brundusina, quam de uritana ecclesiis hujusmodi mentio fiat, eundem Franciscum archiepiscopum ingressu ipsius civitatis uritanae probibuistis, &, nisi alias literas, in quibus prius de uritana, quam de brundusina ecclesiis hujusmodi mentio fieret, realiter expeditas vobis praesentarit, eum nunquam admissuros esse, comminati fuistis, & ob inde citra sibi obedientiam subtraxistis, ejus mandatis parere recusando . . . Quare idem Franciscus archiepiscopus, qui in hoc ad sedem apostolicam personaliter accessit, nobis humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, ecclesiam brundusinam metropolitanam existere, & ejus dignitati & honori detrahendum non esse, &, ob praemissam semper* (fort. *supra*) *causam caeteris illius suffraganeis, & vestrae uritanae, illi unitae, & aliis sibi unitis ecclesiis praeponi consuevisse & debere . . . . vos & vestrorum* (fort. *vestrum*) *singulos in virtute sanctae obedientiae monemus & in domino requirimus, quatenus infra sex dies, a praesentatione praesentium vobis facienda computandos, eundem Franciscum archiepiscopum intra civitatem uritanam, si illam ingredi voluerit, reverenter & cum debita reverentia, ac in hujusmodi actu consuetis honoribus suscepisse, ac sibi & ejus vicario in spiritualibus generali eam omnem, quam ejus praedecessoribus archiepiscopis brundusinis hactenus praestare soliti estis, obedientiam praestitisse . . . ac, ubi per eum aut ejus vicarium vocamini* (fort. *vocabimini*) *coram eo, etiam in ipsa civitate brundusina comparere realiter & cum effectu debeatis... Datum Romae* 20. *maj.* 1545. *anno* XI. *pont. nostri* ,,, .

Huic pontificis max. sententiae videntur acquievisse uritani cives non modo toto Paulli III. pontificatu, verum etiam quoad Aleander archiepiscopus vixit, quem ait Ughellius *sedisse plus minus annis duobus & viginti*, additque *defunctum esse ante in annum* 1564. quod quid significet, nescio. hoc scio, exstare Corradi nostri litteras Kalendis jan. 1561. ad Carolum Bovium Astuneo Romam datas, in quibus brundusinorum archiepiscopus, Franciscus ipse scilicet Aleander, *superioribus diebus mortuus* nunciatur, & Marcellus Corradus, Q. Marii frater, Romam de eadem illa inter brundusinos & uritanos controversia profectus dicitur: *Marcellus*, inquit, *frater meus Romam iis de rebus missus est, quae nostro collegio* (sacerdotum uritanorum) *& civitati* (uritanae) *possunt esse maximae .... Res enim est ejusmodi. Uriae pontificatum & dioecesim, quae amplissima est, malo ac tristi fato nostrae dignitatis brundusino cum pontificatu conjunctam non ignoras. pontificatus duo semper habiti sunt, neuter alteri subjectus aut inferior; ut ne legatus quidem* (*legatum*, puto, dicit, quem *vicarium* vulgo dicimus) *brundusini pontificis homo brundusinus uritanam aliquando dioecesim, ante Cobellum Voltanum, administrarit. hic primus a nostris hominibus receptus est*, quod

exitum, de quo summa cum causa tantopere laborabas; tibi gratu-

quod uritanum se civem & Uriae natum praedicaret. paulatim post, & brundusinorum pontificum iniquitate, & nostrorum hominum negligentia, eo res ducta est, ut neque pontificatum, neque dioecesim nobis brundusini esse ullam arbitrentur. itaque superioribus diebus, quum Franciscus Aleander pontifex esset mortuus, rem novam & iniquissimam tentare sunt ausi, ut in civitates uritanae etiam jurisdictionis legatum mitterent. erat hic Ludovicus Scommasora, quem Francavilliae nostri si essent consequuti, mirum, nisi occidissent. turba denique ac tumultus posthac deesse non poterunt. quamobrem nunc, amissis jamdiu rebus ornamentisque omnibus, illud miseri & afflicti homines petunt, ut sibi, reliqua dignitate spoliatis, etiam pontifice brundusinorum vivente, legatum liceat habere saltem uritanae jurisdictionis; quemadmodum usque ad hodiernum diem, interregni tempore (quod vulgus *sedem vacantem* dicit) *habuerunt, quo non una, sed duae dioeceses esse videantur. hoc si assequuntur (quod video, quam facile & aequum sit), a tantis injuriis putant se esse liberatos &c.* Ad Marcellum vero fratrem illa Quintus idibus januarii an. 1562. de eodem negoclo Romam scribebat: *Meis in literis omnibus ad te vehemens incitatio quaedam & voluntas fuit ea de binis legatis. credas mihi velim affirmanti, nihil esse, quod magis contendere debeamus, nihil, quod facilius aut justius concedi possit. pontifex vero ut creatus erit* (brundusinorum archiepiscopum intellige, qui Aleandro succederet), *nulla tibi sit mora conveniendi illius. primus rem gravissimam illi expones, tumultus plenam, periculi, & iniquitatis: animos civium ita ad optimam caussam inflammatos, ut bonis fortunisque suis, liberis & vita, quam dignitate, per injuriam spoliari malint: rem eo loci, ubi nunc est, nostrorum hominum patientia, & superiorum pontificum iniquitate & avaritia esse deductam: at, ea sublata, fore, ut suum cuique jus reddatur, & duae amplissimae civitates* (brundusina atque uritana) *diuturnis discordiis & periculis maximis liberentur. de pontificum vero commentariis exempla ad te misimus literarum, quibus ex literis apparet, separatim legatos ad nostram dioecesim administrandam esse missos. denique, frater, possum affirmare, hac in re tibi oblatum esse tempus, quo facile possis de patria ornamentisque publicis & nobis omnibus immortaliter mereri.* Marcellum Roma Uriam rediisse extremo fere julio ejusdem anni 1562. ex Q. Marii ad Petrum Perpinianum epistola, quae incipit *Marcellus frater meus*, didici; confecta ne re, de qua missus fuerat, an infecta, non habeo dicere. hoc dicam, interregnum brundusinis post Aleandri mortem triennii & sex mensium fuisse; & anno denique 1564. die 21. jun. eorum archiepiscopum Jo. Carolum Bovium, qui ad eam diem astuneensium episcopus fuerat, fuisse renunciatum. quo pontifice, magna rerum conversio facta est, & uritanorum contra brundusinos caussa, eo suffragante atque adnitente, superior evasit. cujus rei monumentum hoc uritani ipsi cives, post ejus mense octobri an. 1570. obitum, in uritano sepulcro extare voluerunt.

D. O. M.

„ Jo. Carolo Bovio, Andreae filio,
„ bonon. morum, pietatis, justitiae,
„ doctrinarum, linguarumque vete-
„ rum cultori, qui minori pontificatu
„ Astunei, concilio orbis terrarum
„ Tridenti, majori pontificatu Uriae
„ & Brundusii integerrime gesto, &
„ uritana civitate ex multorum inju-
„ riis in pristinam dignitatem archie-
„ piscopalem restituta, rebus omni-
„ bus & vita sanctissime perfunctus
„ H.S.E.

gratulor: nunc, quod institutum est (*f*), Deus approbet, ut plane vestri esse possitis. valde enim pertinet ad dignitatem istius civitatis, vos propriis non solum judiciis, sed etiam sacerdotiis uti posse. quod fore spero, incumbente in istam caussam Borromaeo cardinale. is enim Boncompagnio (*g*) cardinali, f g

„ H. S. E. Vixit an. XLVIII. mens. x. „ dies XV. Ordo & populus uritanus „ pontifici sanctissimo patronoque suo „ opt. ac bene merenti cum suis & „ bonorum omnium lachrymis fecit.

At vero anno 1565. quo Pogiani haec ad Corradum epistola scripta est, controversia eadem illa inter uritanos ac brundusinos maxime agitabatur; Romamque delata, id quod ex eadem epistola intelligimus, exitum, uritanis optatissimum, hoc ipso mense julio consequuta fuerat.

(*f*) Propterea *institutum* dicit, quod non omne id, quod a brundusinis uritani in illo romano judicio sibi suaeque ecclesiae deberi contendebant, a romanis judicibus impetrarant, sed aliquid, quo impetrato reliqua proniora facilioraque deinceps essent, abstulerant. id autem fuisse puto exstruendi Uriae pontificias aedes, quas archiepiscopi, Brundusio certis temporibus illuc commigrantes, sex anni mensibus incolerent, facultatem: ut illa pontificum apud utrosque aeque diuturna commoratio parem saltem utriusque ecclesiae dignitatem declararet. Porro eas aedes Bovius ipse, uritanis quam brundusinis aequior, magnificentissimas excitavit; de qua re Ughellius, *Aedes*, inquit, *archiepiscopales Uriae, vetustate dirutas, mirabiliter a fundamentis restituit. cujus rei factum marmorea haec inscriptio testatur.*

„ Jo.Carolus Bovius bononien. ar„ chiepiscopus Uriae & Brundusii, ec„ clesia uritana in pristinam dignita„ tem archiepiscopalem renovata, has „ aedes, vetustate collapsas, aut bello „ dirutas, S. P. a fundamentis sibi „ successoribusque suis in vetere area, „ antiquitatis conservandae causa, re„ stituit.

(*g*) *Boncompanio* exempl. Emendavi. De hac Hugonis Boncompagnii legatione sunt illa apud Jo. Petrum Maffejum in *Annalibus Gregorii XIII.* lib.1.num.8.pag.10. edit.rom.an.1742. *Chiuso il concilio* (di Trento nel dec. del 1563.) *tornossene Ugo a Roma: dove il Papa* (Pio IV.) *sodisfatto pienamente di lui gli offerse per allora il governo della Marca, e, vedendolo più inclinato a restare in Roma, lo fece continuar nella consulta del card. Borromeo, e lo volle in oltre per suo assistente nella cappella pontificia fino all' anno 1565. nel quale con molti altri lo creò cardinale* (il dì 12. marzo).... *e nella distribuzione de' titoli gli diede quello di S.Sisto. nè tardò molto il papa a dargli nuova ed onorata comodità di mostrare il solito valor suo. aveva già l'inquisizione maggiore di Spagna formato con isquisita diligenza il processo contro frà Bartolomeo Caranza... arcivescovo di Toledo, imputato d'eresia... A questo effetto dunque mandò il papa il cardinale S. Sisto in Spagna legato suo a latere con amplissime facoltà, tra l'altre di condannare o di assolvere il reo conforme a' sacri canoni, e senz'alcun umano rispetto. li prelati, che tra gli altri l' accompagnarono, furono Giambatista Castagna, arcivescovo di Rossano, Giovanni Aldobrandini, frà Felice di Montalto conventuale, e maestro Stefano servita di Arezzo: li quali tutti per la gran dottrina e merito loro divennero poi cardinali, e due di essi, ciò è Montalto e Rossano, pontefici* (il primo col nome di Sisto V. e 'l secondo, successore di Sisto, con quello di

b nali, & rosanensium archiepiscopo, qui biduo legati (*b*) profi-
i ciscentur in Hispaniam, illud mandatum dedit (*i*), ut agant cum

lo di Urbano VII. che morì nel duodecimo giorno del suo pontificato)... *Mentre in questo termine sta la causa* (dell'arcivescovo Caranza) *eccoti lettere del sagro collegio al legato* (Boncompagni), *che lo richiamava a Roma per la repentina morte del papa* (Pio IV. che lasciò di vivere il dì 9. dec. 1565.) *&c.*

(*b*) Non nisi Boncompagnius *legatus a latere* mittebatur; rosanensium autem archiepiscopus Castaneus apostolici atque ordinarii apud Philippum II. nuncii munere functurus in Hispaniam proficiscebatur.

(*i*) Quid Borromaeo cum uritanis rationis aut necessitudinis intercedebat, ut hujusmodi mandatum Boncompagnio Castaneoque daret? nempe Uriam ille dominii jure, quod ei haud ita pridem Philippus rex concesserat, tum obtinebat. Corradus in nuncupatoria ad eumdem epistola, suarum litterarum venetae editioni anni 1565. praefixa, *Julius Constantinus*, inquit, *familiaris tuus, Uriam proficiscens; unde aberam diei iter, mihi de voluntate summa in te Philippi regis & mandatis, quae a te haberet, nunciavit. non dico, ex iis quanta voluptate sim affectus, quanta spes mihi sit injecta, aliquam posthac nostram fore civitatem. itaque & Julii sermonibus, quem esse nocte una apud nos coëgi, quum ea intelligerem, quae mihi nostrisque civibus ne optare quidem venisset in mentem, vehementer genus aliquod officii mei in te extare cupiebam... Hic vero non incommode illud accidit, quod paucis ante diebus hos epistolarum libros, nemini dicatos, edere coepissem, ut, nisi angustia temporis, librariorum festinatio, aliudve impediret, integrum esset mihi quidem de re melius cogitare.... Nunc denique illud speramus, Philippo regi divinitus immissam fuisse voluntatem donandae tibi nostrae civitatis: ut, si qua sunt adhuc, non regni illius vetustissimi, sed recentioris vestigia dignitatis, haec, per te nobis ab interitu, ad quem fluunt quotidie, vindicata, serventur... Nunc vero, quum subito mihi de te ac fortuna civitatis nostrae esset allatum. &c.*

Illud etiam ab aliquo fortasse quaeratur, quo jure Philippus rex Uriam Borromaeo donare potuerit, quae ad Bonifaciorum familiam hereditario jure pertinebat? Nempe ultimus ejus familiae, Jo. Bernardinus Bonifacius, jus illud nuper amiserat, idque in Philippum, totius neapolitani regni dominum, translatum fuerat. *Mentre Q. Mario*, inquit Dominicus Angelius in *Vita* Corradi, *stava nella sua patria, contento della sua privata fortuna... succedette l'improvisa ed inaspettata partenza di Bernardino Bonifacio, marchese d' Oria, cavaliere, quanto letterato, tanto poco accorto e considerato nella detestabile risoluzione, ch'egli imprese, apostatando dalla religione cattolica. e perch' era l'ultimo, in cui si estingueva la sua chiara famiglia, ricadde il riguardevolissimo stato suo al patrimonio regale. onde il cattolico rè Filippo II. con generosità uguale alla grandezza dell' animo suo lo dette in dono al cardinale Carlo Borromeo di sempre gloriosa memoria: il quale di là a non molto tempo, con raro e memorando esempio di santa ed ammirabilissima risoluzione, lo vendette: e tutto il suo valsente, che gli venne fatto di ricavarne, lo dispensò in poche ore a' poveri.* Quod quidem factum, sane memorandum, in S. Caroli historiam, quae die 4. nov. in *Breviario rom.* legitur, illatum est his verbis: *Hujus viri charitas praecipue enituit, cum, uritano principatu vendito, pretium universum ad quadraginta aureorum*

cum rege de liberatione vestra ab antistite brundusinorum, deque constituendo vel restituendo potius uriensium episcopo. quod commode atque adeo magnifice factum iri confido, epi-

I 2 scopa-

reorum millia, una die in pauperes erogavit. Quem quidem principatum Imperiali familiae deinde cessisse, didici ex Antonii Georgii Giannelli epistola, qua S. Rosae, viterbiensis virginis, historiam, a se conscriptam, & Fani anno 1697. Francisci Gaudentii typis excusam, Josepho Renato Imperiali, S.R.E. cardinali, nuncupavit. *Hae virtutes*, inquit, *a natura potius tibi insitae atque haereditariae gentis tuae videntur, quam advenisse. ita enim uritano principatui, postquam illum quadraginta aureorum millibus a Divo Carolo Borromaeo per ipsius retrocessionem (ut juris periti ajunt) recuperaverat, centum octoginta millibus majores tui clarissimi coëmerunt, & ipsi, & nati, & parentes tui praefuere, ut piam dominandi rationem, qua adeo inter dynastas praestitit, videatur ipsemet D. Carolus in eos transfudisse*.

Sed de Bonifaciorum familia, ac potissimum de Joanne Bernardino, ejus familiae ultimo uriensium domino, deque hominis ab ecclesia catholica turpi miserandaque defectione, non alienum puto describere hoc loco, quae Scipio Ammiratus, diligens atque eruditus *Neapolitanarum familiarum* scriptor, memoriae prodidit parte sui operis prima, Florentiae apud Georgium Marescottum anno 1580. magis nitide atque magnifice, quam diligenter accurateque edita, *Ma veramente*, inquit pag.77. *la chiarezza de' Bonifatii venne in colmo sotto il rè Federigo, il quale ..... donò a Ruberto la città d'Oria, posta in terra d'Otranto. questa città è metropoli, & va congiunta coll'arcivescovado di Brindisi, ma non senza contesa fra loro di precedenza. perciochè, come che hoggi non si intenda nominar altro, che l' arcivescovo e l'arcivescovado di* Brindisi, *nondimeno l'uso in iscrittura veramente è tale, che, quando l'arcivescovo risiede in Oria, o si fà scrittura alcuna in Oria, i notai tutti usano scrivere „ L' arcivescovo d' Oria & di Brindisi „: sicome quelli di Brindisi scrivono „ L' arcivescovo di Brindisi & d' Oria „. Nella dedication della chiesa di Montecasino, la qual fu fatta da Alessandro II. l'anno 1071. nella quale intervennero dieci arcivescovi, io truovo, fra gli altri intervenirvi l'arcivescovo d'Oria, in tempo che Taranto era vescovado: nel qual tempo quando non apparisse, Brindisi haver arcivescovo, gli Oritani andrebbon bene della lor pretendenza. Fu questa città edificata, come dice Erodoto, da Strabone allegato, da' popoli di Creta ... Di costui* (Ruberto de' Bonifatii) *rimasero due figliuoli Dragonetto, & N.* (Joannis Bernardini nomen sive ignoravit Ammiratus, sive ignorare caeteros voluit): *a' quali tutti due piacquero gli studi delle lettere ... Morì Dragonetto in vita del padre, secondo volgarmente si dice, occupatigli i sensi dal violento fummo d' un potentissimo veleno, ch' egli faceva stillare ... Per la qual cosa il fratel di lui minore, dopo la morte del padre, succedette al marchesato. haveva costui, oltre Oria, ancor Francavilla & Casalnuovo, due buone castella, piene di abitatori, &, per esser poste in paese molto grasso & abbondante, di buonissima rendita, & le quali in una mattina cavalcando se le poteva veder tutte. onde era stimato un agiato & comodo signore. ma fu egli di strani costumi & di natura molto diversa dagli altri napoletani. perciochè, dove essi son per lo più, quando altri non vuol contender con loro di nobiltà, affabili & cortesi, questi, a guisa di filosofo, mal praticava con alcuno, & da' propri domestici & famigliari scostan-*

scopali istic attributo ac descripto, quemadmodum ex Argentone cognovi, maximo vectigali. ego legatis causam vestram (*k*) com-

standosi, attendeva tutto solo a' suoi studi, facendosi servire da una o due sue femmine, le quali era fama esser di nation turche, con cui sfogava la sua libidine. a questo aggiunse, ch' egli sentì male della cattolica religione. perchè, dubitando, che alcun dì della vita, ch'egli menava, non fosse inquisito, tenendosi da molti per fermo, ch' egli, quando era massimamente nelle sue castella, non udiva mai messa, attese per lungo spatio di tempo ad accumular denari, &, quando gli parve d' haver acconci i suoi fatti, sotto titolo d'andar a Vinegia, si partì con le sue turche dal reame, &, andato a trovar i capi della setta luterana, dichiarandosi nemico di Dio & del rè, in questa guisa l'impazzato marchese & alla nobiltà della sua casa & al sangue istesso, che in lui si spense, pose brutto & sozzissimo (reliqua frustra quaeras in prima parte operis, quam editam Florentiae anno 1580. diximus. petenda sunt ex secunda ejusdem operis parte, quae multis post annis, anno nimirum 1651. ibidem apud Amatorem Massium prodiit: in cujus calce pag. 277. adjecta sunt, non sine aliis correctionibus & additionibus. ad priorem partem pertinentibus) *fine. vive hoggi 1586. in Vilna di Lituania in una villa presso a un miglio alla città, senza le sue schiave, delle quali una maritò, che già è morta, & l'altra impazzò. per la stravaganza de' suoi costumi non trova chi il serva: & andato in Costantinopoli per trovar uno schiavo, per ciò, venuto in Moldavia, gli si fuggì. vive per lo più di latticini & d'uova, di fichi secchi, uve passe, pomi & ravanelli: bee acqua pura: non abita in stuse, ancorchè paese freddissimo, ma spesse volte si vede intorno un poco di fuoco soffiando per cuocere le sue minestre, che per lo più son di latte, & d'uova; assomigliando più fornaciajo, che altro. studia continuamente: & essendo stato in Basilea, a Lione, a Londra, & in Transilvania, per tutto si ha condotto sempre i suoi libri, che sono da otto some, seguitato da un cane bruttissimo, il quale, raccogliendo l'ossa delle strade, se l'andava a mangiar sopra il suo letto; il qual letto & ogn'altra cosa sua non vuol però che da altri, che da lui, sien tocchi. tutto il suo vestire non giunge al pregio di due fiorini. egli ha la barba lunga & unta, magro, & in questo tempo può haver da sessanta a settanta anni. è della confessione augustana, la quale non ha mai lasciata. è nimicissimo de' calvinisti. in Norimberg fu molto accarezzato. ma, non havendo fermezza, in niun luogo si può fermar lungo tempo. bee una o due volte sole nel fin del mangiare, ciò è una, desinato che hà, & l'altra dopo haver mangiato un poco di ravano.* Qui vel minima quaeque de Bonifacio prodidit Ammiratus, vellem, tempus hominis ex Italia fugae prodere non omisisset. equidem profugisse eum altero Paulli IV. pontificatus anno (cujus pontificis severitatem fortasse pertimuit) crediderim, siquidem an. 1556. data est (quod quidem puto) centesimatricesima Corradi epistola, Brundusio pridie Kal. dec. ad Marcellum fratrem Uriam missa, in qua, *De Joanne Bernardino*, inquit, *commodiores hic nuncii: esse illum ajunt apud Philippum regem. cupio equidem inveniri falsum, quod de illo multorum hominum sermone percrebuit. fac sciam, quid isthic audiatur.*

(*k*) Causae hujus exitus is longo post intervallo fuit, quem narrat Ughellius T. IX. col. 163. his verbis: *Constat tamen, uritanum episcopatum antiquum esse, ubi aliquando, post desolatum Brundusium a Saracenis, episcopi Brundusini se receperunt, in eaque Uria*

commendavi diligenter. De introducta in Indiam, & ibidem propagata religione nostra a recenti hac natione jesuitarum (jam enim hoc verbo, quod multorum sermone tritum est (*l*), utar libe-

Uria vixerant: donec, & ipsa ab Agarens funditus destructa, ad invicem hae duae ecclesiae unitae ac simul copulatae fuerunt; adeo ut per multa saecula harum ecclesiarum antistes, brundusinus & uritanus, vel uritanus & brundusinus archiepiscopus nuncuparetur. sed, patrum nostrorum memoria, ad tollendas lites, jurgiaque sedanda, quae inter brundusinos cives & uritanos quotidie oriebantur, exposcente Philippo, Hispaniarum rege, Gregorio VIII. (corr. XIV.) *pont. max. dissoluta fuit unio illa, ac distinctae dioeceses fuerunt ann.* 1592. (corr. 1591.). *Brundusinis remansit antiquus archiepiscopatus titulus, uritanis episcopatus obvenit honor sub tarentino metropolita.*

(*l*) Atqui id verbum satis ipse triverat superiorum temporum consuetudine fere perpetua, qui vix alio quam jesuitarum nomine societatis Jesu homines in his ipsis suis litteris nuncuparat. In epistola *In omnibus tuis* d. 20. apr. 1560. *Novum quendam*, inquit, *ac paene incredibilem jucunditatis fructum cepi ex iis literis, quibus romanam* JESUITARUM *sodalitatem mihi commendas*. In epist. *Nihil mihi* d. 30. nov. 1560. *A* JESUITIS *autem*, inquit, *apud quos multum is in literis & moribus proficere posset, valde abhorret*. similiterque in aliis saepe epistolis dixerat. Sed fortasse, ad Corradum quum se scribere animadverteret, insolens, illique in Japygia inauditum ab se usurpatum esse verbum visum iri, existimavit, quod propterea cum defensione aliqua adhibendum duxit. sed profecto novum Corrado ejusmodi verbum usque adeo non erat, ut ipse in pernobili illa ad concilii salernitani patres oratione, quam jam ante habuerat, quaeque edita circumfertur, ab eo non abstinuerit. ait enim haud ita longe ab extremo: *Ignoscite enim, vos oro, pontifices, nec tamen vobis detractum putetis aliquid, si quam aliis laudem tribuo. illi rectissime videntur mihi patres amplissimi, illi de sanguine & morte Christi sentire homines* JESUITAE, *qui, quum imperio & armis nihil possint, inermes tamen armatos Indiae populos quotidie adoriuntur: animo tantum valent & laboribus & morte, qua plurimos Stephanos, plurimos Laurentios atque Ignatios, imo etiam Paulos, Thomas & Bartholomaeos hac aetate nobis reddidere*. At vero in secundo libro *de lingua latina* (edit. bonon. an. 1575. pag. 60.) circuitione quadam usus, idem se tamen nomen habere in animo satis aperte significavit. *Nec dico*, inquit, *in Europa doctos esse innumerabiles, qui veterem latinae eloquentiae splendorem atque omnem vim facillime sunt consequuti ... sed, quod longe pulchrius est atque divinius, religione quoque jam ad ultimos aurorae terminos invecta, novas latinitati etiam accessiones esse factas, novas quamplurimis in regnis Indiae, Aethiopiae, & latissimis in regionibus Asiae sedes esse constitutas. Numquam romani imperio tantum efficere potuissent, quantum religio per paucos & sanctissimos homines illos potuit, qui nomen sibi aptissimum ex* JESU *nomine fecerunt, ut a gaditano freto, per meridiem, & navigationes infinitas oceani, ad Auream Chersonesum terrasque orientis extimas hoc splendidissimum nostri sermonis lumen collocaret*. itemque in epistola ad Fulvium Constantium Neapoli pridie idus maj. Puteolos data, pagina ejusdem bononiensis editionis 527. *Nec multis*, inquit, *felicitatem praedicabo hujus linguae* (scil. *latinae*) *novam, quae nostra aut patrum memoria ad oras supra atlantici etiam oceani, non ante cognitas*

liberius) equidem nec viginti viros laborem suscepisse conver-

tas vel auditas, cum invectione religionis ingressa est. eodem pene tempore ad Auream Chersonesum, ad indos & extremas regiones orientis cum religione penetravit & ritu sacrorum, quae ad ea loca importavere sanctissimi homines ii, qui dignissimum suis factis, moribus atque vita a JESU *nomine sibi nomen sumpserunt. hi sunt, qui alii quidam nostra aetate apostoli, quantam Alexandriae, Byzantii, Antiochiae, in Africa, religionis jacturam fecimus, cumulatissime in iis, quibus dictum est, locis ad ultimos aurorae fines restituunt.*

Non is ego sum, qui, tantarum laudum a laudatissimo viro nostris majoribus tributarum illecebra delinitus atque corruptus, veritatis, cujus multo, quam laudum, acriores potentioresque illecebrae sunt, deserere patrocinium possim. itaque ostendendum est mihi, minus vere, etsi optimo maximeque benevolo animo, a Corrado dictum esse, *jesuitarum* hoc nomen ipsos sibi societatis Jesu homines *fecisse* atque *sumsisse*. non enim sibi illud ipsi sive fecerunt sive sumserunt, sed ab aliis fieri sibique imponi, prohibere non potuerunt. Petrus Perpinianus ad Pompejum Massarellium hoc ipso anno 1565. undecimo Kalend. decembr. Romam Lugduno scribens, *Quanta sit*, inquit, *apud omnes orthodoxos auctoritate pater Edmundus, dici non potest. exigit ab omnibus officia virtutum, tamquam pro imperio & potestate: omnesque res, ecclesiasticae praesertim, ab ejus unius sententia pendent. quo factum est. ut, quod est omnibus nobis in Gallia Germaniaque commune nomen, id ei tanquam proprium attribuatur, &* JESUITA *vulgo κατ' ἐξοχὴν appelletur.* Neque tamen in ea ipsa appellatione quidquam absoni aut incommodi est. *Si enim*, inquit eximius doctor Franciscus Suaresius T. IV. *de religione*, tract. X. lib. I. cap. 1. n. 5. *tota religio* SOCIETAS IESU *dicitur; quia Jesus est quasi vinculum & centrum, in quo hujus religionis socii copulantur, & ob alias causas, quas statim in num. 13. attingemus, cur non poterunt membra ejus* JESUITAE *vocari? sic enim (ut Epiphanius refert haeresi 29. non longe a principio) fideles in principio ecclesiae ut a Christo coeperunt Antiochiae appellari* CHRISTIANI (*Actor. 11.*) *ita aliis locis a Jesu sunt vocati* JESAEI; *quod fere perinde est, & eandem habuit derivationem: nam totam etiam ecclesiam aliquando vocavit Paulus* SOCIETATEM FILII DEI (*1. ad Cor. 1.*) . . . *Potest etiam haec religio* SOCIETAS JESU *appellari, quia nomen* JESUS *a salute dictum est, & salvatorem ac medicum animarum ex propria etymologia significat. Quia ergo haec Societas in hunc finem peculiariter congregata est, ut saluti animarum Christo cooperetur, ideo sub eadem etymologia ejus religiosi* JESUITAE *dici possunt, quasi animarum curatores ac medici. simile enim nomen in principio nascentis ecclesiae religiosis esse impositum, author est Eusebius lib. 2.* Historiae *c. 16. ubi ex Philone lib.* de supplicibus, *seu* de vita contemplativa, *ait, illum vocasse monachos* Curatores . . . *Verumtamen eadem appellatio esse videtur, quae apud Dionysium cap. 6.* de ecclesiast. Hierarchia *p. 1. ubi religiosos vocat* Θεραπευτὰς, *ipse vero interpretatur* cultores: *quam interpretationem Eusebius non omittit, quia vox illa derivatur a verbo graeco* Θεραπεύειν, *quod & famulari & curare significat . . . In hoc ergo nomine, recte interpretato, nihil est a veritate aut pietate alienum. nihilominus tamen ipsa Societas non solet hoc nomine suos appellare, vel quia in bullis pontificiis, aut constitutionibus ejus non invenitur, & ideo apud illam non habet sufficientem auctoritatem, vel certe ad vitandam ambiguitatem seu aequivocationem.*

vertendi eas literas, nec pontificem aut principem quenquam id illis

nem. fuit enim multo ante S. Ignatium congregatio piorum hominum, qui JESUATAE *appellati sunt, &c.* Julius Nigronius, societatis Jesu theologus, in suis *commentariis asceticis in regulas communes societatis Jesu*, Mediolani an.1616. hoc est annis omnino novem ante quam Suaresii tomus ille de religione quartus Lugduni Jacobi Cardon typis & sumtibus vulgaretur, editis, pag. 126. *Accedendum est*, inquit, *ad septimam particulam, qua quaerebatur de nomine gentilitio, seu deducto a* JESU, *quo vulgo latine dicimur* JESUITAE, *italice* JESUITI, *gallice* JESUITES. *qua in re primum certum esse debet haereticis, hanc appellationem a nobis minime fuisse excogitatam. non enim de ea quidquam vel nostrae constitutiones, vel historici, vel pontificia diplomata tradiderunt. proinde, quia res nostra non est, ea nunquam & nusquam, neque publice, neque privatim utimur... Potest iisdem altera esse conjectura, nostrum inventum non esse, quod non in omnibus regnis, ubi habemus domicilia, usurpetur. nam in Lusitania, teste Joanne Lucena* (lib.1.vitae B.Xaverii) *& Nicolao Orlandino* (lib.3. hist. Soc. Jesu §.40.) *, nos supra meritum & contra voluntatem nostram, quia nimis id honorificum,* APOSTOLOS *appellant; in reliqua Hispania* THEATINOS, *non injuriose, sed ex errore, nos vulgus vocat: quod sane nollemus. quamobrem non est cur nos vexent quaestionibus, lacerent maledictis ex hac nuncupatione. quamquam cur non eadem faciunt ordini* JESUATORUM? *cur non quaerunt ex eo rationem appellationis, qui nostro est antiquior ducentis annis? quod discrimen est inter* JESUATOS & JESUITOS *in nomine? si plane nullum est, cur non illos accusant arrogantiae, quod christianis omnibus commune nomen usurparint? odium igitur movet illos, non causa, ad criminandam hanc appellationem.*

Nescio, an haec Nigronii sibi dicta putare debeat Jo. Georgius Schelhornius *ecclesiastes & bibliothecarius memmingensis*, qui in suis *Amoenitatibus historiae ecclesiasticae & literariae*, Francofurti & Lipsiae an.1737. editis, allato quodam Ludolphi, sive Landulphi, qui scriptor saeculo XIV. floruit, loco, in quo ille, ut Christianos a Christo in terris appellari, sic eosdem ab Jesu salvatore jesuitas, hoc est salvatos, in caelis fore appellandos dixit, haec continuo amoenitatum ecclesiasticarum praebitor subdit: *Nomen igitur* JESUITARUM *plusquam duobus ante exortam societatem saeculis usurpavit Ludolphus, vix calculo suo, si eo demum tempore vixisset, probaturus, quod id nominis ab Ignatio Lojola sodalitati suae inditum sit.* Atqui, si Ludolphus Ignatii Lojolae aetate vixisset, id certe scivisset, quod Schelhornius hac nostra aetate nescire se, scire nos voluit, nequaquam ab Ignatio id nominis sodalitati suae inditum, sed populorum voluntate ac consensione fuisse tributum. Probaturus autem an improbaturus Ludolphus fuerit id nomen, siquidem ab Ignatio suae sodalitati inditum fuisset: quid attinet rem, quam neque scire possumus, neque in utramvis partem curare debemus, divinando inquirere? si, quod Schelhornius vult, improbaturus Ludolphus fuit, quid, nisi unus ejusmodi appellationem improbantium numero accrevisset? eam ab aliquibus etiam catholicis improbatam esse non negamus; a nostris hominibus, abipsoque Ignatio, quo etiam vivente usurpari in Germania Galliaque coepta est, ut non appetitam, ita neque magnopere repudiatam neque praefracte rejectam fatemur; a nemine vero, eam si recte interpretemur, jure reprehendi posse contendimus. in quo non nostram, qui, ut ita appellemur, non postu-

postulamus; sed eorum, qui nos ita appellare ad hanc diem maluerunt, causam tuemur. *Triplicem*, inquit idem ille Nigronius pagina laudati operis 131. *potest facere sensum bonum haec dedictio* JESUITARUM *a Jesu. primus est, ut sic dicamur, quia salvati a Jesu: quomodo dicebat Hugo* (auctor Ludolpho antiquior, qui B. Joannis apocalypsim explanavit) JESUANOS *significare Salvatos ... Melior sensus est secundus ... quo* JESUITAE *dicamur, quasi Salvatores. hic sensus est in scriptura, in patribus antiquis, in usu. nam Paulus saepe hortatur eos, ad quos scribit, ut salvent se & alios: quod est, ut sint sui aliorumque salvatores. sufficiat Pauli locus ad Timotheum, quem hortatur ad attendendum doctrinae: „ Hoc enim faciens & te ipsum salvum facies, & eos, qui te audiunt „. Adstipulatur Paulo S. Judas: „ Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate, de igne rapientes „. Uterque apostolus de salute spirituali loquitur. Ex doctoribus Rupertus abbas* (in Os. c.1.) *ex verbis Christi* (Joannis 10. 35.) *„ Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est &c. „ colligit, prophetas non modo Deos dici posse, sed etiam Salvatores: praesertim cum scriptura Salvatores appellet Othoniel, & alios judices, qui salutem temporalem operati sunt. tum subdit: „ Si illos dixit Salvatores, per quos Deus temporaliter liberavit Israël, quanto magis recte illi dicuntur Salvatores, quorum labor Salvatori nostro Deo ad nostram salutem aeternam cooperatus est „? S. Chrysostomus expendens verba Pauli* (ad Hebr. 1. 14.) *„ Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis „? observat beneficium magnum Dei in hoc, quod Angelos, natura nobis nobiliores, constituerit ministros salutis humanae. tum objectioni tacitae „ Ergo angeli salvant homines, quod est proprium Christi? „ respondet his verbis: „ Ipse* (Christus) *sicut dominus salvat, isti vero sicut servi „. quae verba subtiliores theologi exponerent ex theologiae regulis hoc modo: „ Christus salvat, ut causa principalis & auctor salutis: angeli vero ut ministri, ut cooperatores, & ministerialiter „. id quod de hominibus quoque dicendum est, praesertim cum idem Chrysostomus apostolos, non multo post mortem Christi, praedicatos dicat, pro seductoribus & praestigiatoribus „ Salvatores benefactoresque totius orbis terrarum „. Et Hieronymus, explanans illa verba Abdiae* (1. 21.) *„ Et ascendent Salvatores in montem Sion &c. „ docet, cum apostolis multa Christi nomina communicata; & inter cetera ait „ Sic ipse Salvator apostolos suos mundi esse voluit Salvatores, qui ascenderent speculam montis ecclesiae „. Apte item Salvianus, quos in prooemio* (de provid.) *vocaverat „ salubres ac salutiferos „ postea* (lib. 7.) *nominat „ humanae salutis procuratores „. ait enim: „ Procurator est quodam modo salutis humanae, qui non tantum id agit, ut ipse bonus sit, sed efficere hoc nititur, ut alii mali esse desistant „. Quod si quis ex dictis inferat, omnes christianos proprie dici posse* JESUITAS, *qui videlicet salvati sunt, & multo magis religiosos illos, qui salutis humanae procuratores sunt, quasi Salvatores aliorum: respondeo, facile me concedere ... quod ante me fecit Nicolaus Serarius noster* (tom. I. in Jos. lib. 1. c. 2. q. 59.) *atque alii, christianos omnes dici posse* JESUITAS *(quemadmodum damus, dici posse* DE SOCIETATE JESU*). Quod autem tribuatur nobis haec denominatio, non sumus nos auctores .... Quanquam illi, qui formarunt, & nobis tribuunt, se tueri possunt rationibus jam allatis, licere rem communem ad privatum usum transferre, si aliis non fit incommodum, & publicae rei custos non prohibeat. quod in hac re non videmus vetari. nam pontifex max. audit hanc denominationem, & tolerat, eamque cum tota curia in privato sermone usurpat. Idem concedimus de aliis religiosis,* JESUITAS *dici posse, potissimum eos, qui Jesu Christo cooperantur ad salutem animarum.*

sed

id illis negotii dediffe, cognoram (*m*). funt quidem aliquot

men-

fed quod nobis haec denominatio tribuatur in aliquot provinciis, non aliis religiofis, non eft noftrum inventum, fed extraneorum, Deo permittente: quemadmodum olim permifit, B. Joannis Columbini difcipulos a pueris appellitari JESUATOS: *quos nemo reprehendit, quamvis ipfi nomenclaturam illam ut propriam retinuerint. Tertius fenfus, maxime laudabilis propter infignem humilitatis fignificationem, eft a Florimundo Raemundo* (lib.5. de ortu haeref. c.2. §.5.) *excogitatus, ut* JESUITA *fervus Jefu dicatur. exfcribo verba fcriptoris, cui multum debemus:* „*Cur, quaefo, nomen crimini datur? quae nova haec eft nomina accufandi formula?* JESUITA *quidem nihil aliud fonat, quam* Jefu Chrifti fervum „.

Schelhornio, & fi qui cum eo ab jefuitarum non tam appellatione, quam fortaffe vita ac factis, ad fuas rationes fuaque inftituta atque confilia parum accommodatis, abhorrent, abunde ab Suarefio atque Nigronio arbitror fatiffactum. Dura fane ac mifera (fi quidquam, quod exercendae virtutis, & Jefu Chrifti fervitutis, ejus, quae ipfo *jefuitarum* nomine fignificatur, profitendae facultatem praebeat, miferum dici poteft; quod certe non poteft) hujus minimae focietatis Jefu hominum conditio eft, quibus obtrectandi finem inimici nullum faciunt; quumque nova, quae vere objicere poffint, non habeant, illa ipfa jam inde ab antiquiffimis temporibus eidem objecta, eaque centies refutata, ac propterea indigna, quae amplius refutentur, inftaurant. fed orandus eft nobis benigniffimus Jefus, ut ejus non tam nomine gloriari, quam *imagini*, quantum fas eft hominibus, *conformes fieri* poffimus: ut in noftra omnium vita nullus umquam novis, id eft veris, obtrectatorum noftrorum criminationibus locus relinquatur.

(*m*) Id igitur ex Corradi litteris primum Pogianus cognovit: nofque ex hac Pogiani epiftola nunc primum id ipfum cognofcimus, fuiffe nimirum numero viginti illos viros, quibus a romano pontifice atque aliis etiam, principibus negocium datum fuerat latine convertendi eas litteras, quas focietatis Jefu homines, in Indiam, chriftianae religionis introducendae propagandaeque caufa, Francifco Xaverio duce, profecti, plurimas, five italice, five hifpanice, five lufitanice fcriptas, de fua opera diligenti atque fideli, deque rerum, Deo adjuvante, fucceffibus in Europam, jam inde a Paulli III. pontificatu ad haec ufque Pii IV. pontificis tempora mittere non defiftebant: quarum litterarum multa, quemadmodum infra declaraturi planius fumus, volumina confecta jam typifque edita vulgo legebantur. Corradum quidem inter eos fuiffe, quibus ejufmodi provincia demandata fuerit, & Pogiani haec epiftola docet, & Antonius Amantius in ipfius Corradi *Vita* teftificatur his verbis: *Non multo poft idem cardinalis* (Sirletus) *ex mandato Pii IV. commifit, ut nonnullas epiftolas de Indorum rebus in latinum fermonem transferret. hinc nactus occafionem Corradus nofter fcripfit pontifici maximo epiftolam pro lingua latina ... Haec epiftola extat in fecunda editione librorum de lingua latina* (Bononiae apud focietatem typographiae bononienfis anno 1575. pag.481.). Ejus ego epiftolae quaedam capita, valde totum hoc de latina indicarum epiftolarum interpretatione negocium illuftrantia, fubjicio:

„ Pio IV. pont. max. Q.Marius
„ Corradus.

„ Magna fum laetitia affectus ex
„ auctoritate confilii voluntatifque
„ tuae epiftolas de rebus apud indos
„ in latinum transferendi. etenim
„ hinc acceffio aliqua eft romanae lin-
„ guae,

„ guae; & maximam in spem venio, „ fore, ut majora posthac latinis literis illustrari velis, & caeteri pulcherrimum hoc tuum exemplum sequantur. nam sermonis latini studium, quod temere quidam hodie, & inductione tantum animi ac libidine, supervacaneum esse cavillantur, ego ratione summa judico apud omnes esse sanctissimum debere . . . At denique tamen, tanta majestate hujus imperii multis ante annis amplissime constituta, splendor etiam romanae linguae, avorum memoria per involucra quaedam cognosci coeptus, nostra aetate a doctis hominibus ita omnino explicatus est, ut jam tibi ad omnia maxima, quae volueris, & quae vota facio ut velis, neque Tullii, neque Varrones, neque prorsus veterum perfectissima scribendi ratio deesse videatur. quid enim? utrum Fumano, Lollio, Manutio, Bruto, Sigonio, Abstemio, Galesinio, Ferrario, Pogiano, vel caeteris, de quibus a Gulielmo Sirleto, jussu tuo, sum admonitus, vel quamplurimis Italiae & Europae doctissimis viris eloquentiam deesse perfectam dicimus, an res christianorum cultu hoc orationis dignas non esse arbitramur? Sed, quoniam tu ipse ita persuasum te esse ostendis, neque his hominibus deesse eloquentiam, neque fore unquam, ut religio latinitate carere possit, aut latinitas eloquentissimis viris, neque plus ad intelligendum barbariae tenebras adjuvare, quam latinae linguae splendorem, age, oro te, ejusmodi hominibus plurima in latinum vertendi sis auctor, & munus gravissimum perge existimare, omnium quidem esse principum & rerumpublicarum, sed romani principis, pontificisque maximi praecipue, & minorum ubicumque pontificum, romanae linguae studium tueri. Nunc latina fieri illorum acta voluisti hominum, qui sunt ex Europa ad indos & regiones orbis terrarum, usque ad memoriam nostram incognitas; ad religionem docendam, & barbaras immanesque gentes ad humanum vitae cultum adducendas, ante viginti annos profecti: ut, quos ii labores pro Christi nomine adhuc susceptos habent, non modo intra Italiae aut Hispaniae fines legerentur, sed ubicumque ad illorum exempla sese pro religione devovendi quamplurimos accendere intersit. hanc te partem vehementer urgere, (*fort.* urgentem) & illi ipsi & omnium gentium christiani homines precantur, ad causam ampliandae religionis ut incumbas, &, instar Christi, ad ultimas terras, & inauditas usque ad memoriam nostram oceani insulas, novumque orbem terrae, animum inducas tuum alios quosdam Paulos, alios Thomas, alios Philippos, vel Bartholomaeos mittere. quid enim sedemus? aut sibi tantum sacerdotes vel religiosi homines ex omnium ordinum collegiis vivunt? quum disseminari suam legem Christus apud mortales omnes jubeat... Mihi enim, de tot sanctissimorum hominum literis ac nunciis, extrema ex India allatis, cogitanti, venit in mentem, nos hic & in oceani atlantici ultimis terris aeque magnas, vel, ut ipsi verissime praedicant, etiam ampliores Christo & religioni sedes posse collocare. quapropter mitte auxilia, affer opem iis, qui tam pie ad religionem accensi, &, ampla in messe, operarum paucitate laborantes, extimis a terminis aurorae, vel occidentis, ad te potissimum accurrunt, & supplices tuam potissimum fidem implorant. uni tibi enim Christus mandavit latissime patens & summum imperium orbis terrarum, ita prorsus, ut apud inferos etiam & in caelo partem voluerit esse potestatis. hoc te imperium aliis ex tuis rebus gestis quampluri- mis, & studio in eos, quorum acta apud indos a doctissimis hominibus Italiae in latinum converti jussisti,

„ ita

menses, cum me rogavit illius societatis magister (*n*), ut rem pro mea parte adjuvarem: quod ego tum recusavi, non quia me ea scriptio non delectaret, quippe qui ejus generis adhuc literam vidissem nullam, sed quia occupatum illa, de qua supra scripsi, cura literarum, aliud impedivit. nam ad conscribendos christianae disciplinae commentarios (*o*), qui brevi edentur in lucem, sum etiam ipse adhibitus, quasi faber quidam ab ejus operis architectis (*p*); in quo necesse habui praeponere auctoritatem principum illius societatis cupiditati. sed, cum postea in earum epistolarum librum (*q*) incidissem, tam multa mihi quo-

K 2

„ ita gerere cognovimus, ut majestatem illius, & religionem, & romanae linguae usum, quae a religione divelli non potest, cupias non terrarum, sed caeli regionibus, quae tibi sunt attributae divinitus, contineri. Vale.

(*n*) Jacobum Laynium intellige: cui dies 19. januarii hujus ipsius anni supremus vitae fuerat. illi S. Franciscus Borgia, die secundo hujus, quo scripta est haec epistola, mensis die universae societatis magister renunciatus, successerat. De Laynio vide epist. *Vere tumultus* d. 20. sept. 1561. & epist. *Jampridem*, supra mense februario recensitam.

(*o*) Eum librum intellige, qui *Catechismus romanus* inscribitur. qua de tota Pogiani nostri opera vide, quae multa ad Gratiani nuncupatoriam epistolam adnotavimus pag. XXXIII. & seqq.

(*p*) *Operis architectos* vocat eos, qui componendo catechismo praepositi a Pio IV. fuerant, Mutium videlicet Calinium jadrensium, Leonardum Marinium lancianensium archiepiscopos, Aegidium Fuscararium, mutinensium episcopum, Franciscum Fureirium, theologum ex eadem, qua Marinius & Fuscararius, dominicana sodalitate: a quibus se tamquam fabrum adhibitum Pogianus dicit ad operis materiam, ab illis paratam atque informatam, latine eleganterque explicandam.

(*q*) Haec cum Pogianus scribebat, prodierant jam Venetiis, Michaelis Tramezzinii opera ac typis, tria ejusmodi epistolarum volumina, primum quidem atque alterum anno 1559. tertium vero an. 1562. quibus quartum hoc ipso, quo Pogiani haec epistola scripta est, anno 1565. ab eodem typographo additum est. unicujusque voluminis rationem atque argumentum ex nuncupatoriis epistolis, quas editor singulas singulis voluminibus praefixit, uni eidemque Victoriae Farnesiae, Guidobaldi, urbinatium ducis, uxori, faeminae rarissimae, inscriptas, intelligimus. eas ego in ecclesiastae & bibliothecarii memmingensis gratiam (si forte in ejus manus haec nostra ventura sunt) subjicere non gravabor. debetur enim hoc a me hominis cuidam dubitationi ac tamquam quaestioni, ab eo in illo eodem *Amoenitatum ecclesiasticarum*, de quo supra dictum est, opere propositae. cum enim pag. 754. & seqq. historiam quamdam ex Joannis Gobellini commentariis retulisset, in qua Gerardus quidam, natione gallus, qui *motitoriam* (corrige *meritoriam*) *tabernam Bononiae aliquamdiu tenuerat*, ad Pium II. pont. max. se contulisse narratur, ab eoque petiisse, ac certis quibusdam conditionibus impetrasse, ut societatem quamdam sub nomine Jesu, quae, ex aliquot hominum millibus conflanda, contra turcas militaret, congregare posset; neque tamen quidquam eorum, quae se suscepturum atque effecturum homo vanus ac

ac fallax oftenderat, re ipfa poftea praeftitiffe: cum ejufmodi, inquam, hiftoriam, Gobellini verbis ufus, ecclefiaftes & bibliothecarius memmingenfis retuliffet, continuo illa de fuo, quo magis amoena ac lepida *amoenitates* fuas legentibus Gobellini narratio accideret, addenda exiftimavit: *Vix autem arbitror, jefuitas aequo laturos animo, fi quis illam focietatem* (a Gerardo oftentatam) *fuae fodalitatis typum geffiffe dixerit*. Equidem, *aequiffimo*, non modo *aequo, animo jefuitas*, id a quovis *dici, laturos* fcio, fi quis vere poffit hoc dicere, aut nullam a B. Ignatio fub nomine Jefu focietatem fuiffe congregatam, aut non eam contra divini illius ejufdem nominis hoftes, ipfo Jefu duce, & animos ac robur militibus fuis, pro fua benignitate, large atque abunde fuppeditante, ftrenue ac feliciter militaffe. de quo ne diutius dubitare ecclefiaftes & bibliothecarius memmingenfis nofter poffit, non quattuor illa, de quibus agere coeperamus, indicarum litterarum volumina, fed totidem iifdem praefixas nuncupatorias, quas polliciti fumus, editoris epiftolas exhibemus.

I.

All'eccellentiffima & illuftriffima fignora, la fignora Vittoria Farnefe della Rovere, ducheffa d'Vrbino.

Sendo io già alcuni mefi, eccellentiffima & illuftriffima fignora, da diverfi amici miei informato del frutto mirabile, che fanno nelle parti dell'Indie intorno alla converfione di que' popoli alla fede di Giesù Chrifto, noftro fignore, i reverendi padri del collegio & compagnia di Giesù, che fi ritrovano in quelle parti (il che mi affirmavano d'haver inteſo per copie di lettere d'effi reverendi padri, fcritte alli fratelli di detta compagnia), ufai molta diligenza in far con diverfi mezzi raunare tutte quelle d'effe lettere, ch'io potei, a fine di haverle, a confolatione de' fedeli di Chrifto & defiderofi dell'aumento di fua fanta fede, colla ftampa a publicare. & havendo fatto sì, che dal 1551. fino al 1558. ho havuto modo di havere quafi tutti gli avifi, che fono venuti di quelle parti, gli ho voluti hora dare in luce, & farne dono a voftra eccellenza, come a quella, a cui, per rilucere in lei a guifa di rifplendente fole la religione & culto divino, capo & guida di tutte quelle altre rare & eccellenti virtù, che preffo a ciafcheduno la terranno eternamente immortale, ho giudicato io, più che a qualunque altro perfonaggio, acconvenirfi. Vedrà ella nel prefente volume cofe in vero maravigliofe & grandi: intenderà i fieri & horribili coftumi di que' popoli, le qualità di quel paefe, & l'infinita bontà & pacienza di que' reverendi padri, colle fatiche, che guidati dallo Spirito Santo tutto dì durano nella converfione di que' gentili alla noftra diritta & fanta fede. il che mi fa a credere, che in voftra eccellenza, vivo & unico effempio di ogni virtù, habbia a partorire infinito contento, effendo io più che certo, che ella, come cofa che fi vede cogli occhi, col nobil intelletto fuo contemplerà ne' fudori, ftenti & perfecutioni di effi reverendi padri la vera & viva imagine della primitiva chiefa. & percioechè, fenza che io più volte tracorra, dal libro voftra eccellenza potrà del tutto pienamente informarfi, farò fine: folamente accertandola, che in me vive & viverà fempre un'ardentiffimo defiderio d'ogni grandezza & felicità fua, i cui anni fiano lunghi & felici.

II.

Dopo ch'io diedi in luce fotto il nome di voftra eccellenza le lettere de' reverendi padri della compagnia di Giesù, quali fi ritrovano nelle Indie per la converfione di quei popoli alla religione chriftiana, accefo d'ardentiffimo defiderio d'intendere i fanti progreffi, che alla giornata fanno que' veramente divini fpiriti in quelle parti, ho operato sì, che ho havuto anco copia delle prefenti nove lettere, quali hora dirizzate pure a voftra eccellenza, ho voluto dare

quoque inepta & insulsa visa sunt, ut, ubi artis aut ingenii lumen

dare alla stampa. &, perciochè io conosco quanta in lei, oltre la prudenza & sapienza, quella delle morali, questa delle virtù contemplative padrona, sia la religione & culto divino, lasciarò hora di raccontarle la continenza del presente libricciuolo; essendo più che certo, che incontanente pervenutole alle mani, lo trascorrerà. pregarolla solamente a degnarsi di conservarmi nella gratia sua, la quale ho in ogni tempo prezzata, & prezzarò medesimamente nello avvenire tanto, quanto si dee la gratia di quella signora, che colma d'ogni perfettione ha non solamente illustrato il sesso suo, ma ugnagliato anco i più fini & eccellenti ingegni dell'età nostra: & le bacio riverentemente le mani.

III.

Ecco ch'io invio a vostra eccellenza la terza parte de i santi progressi, che fin'hora nell'Indie hanno fatto i reverendi padri della compagnia di Giesù intorno alla dottrina & conversione di quei gentili. che vostra eccellenza l'habbia a trascorrere, certissimo sono, perciochè, non men che nella prima & seconda parte, ella ritroverà in questa terza maraviglie di que' paesi, costumi di quelle genti, & opre singolari, guidate dallo spirito santo col mezzo di quei divini sacerdoti, imitatori de gli apostoli, & osservatori della parola di Christo, quali sempre, a guisa di tante lampade ardenti, consecrati alla volontà dell'eterno padre, mostreranno di sè con ottimi essempij chiaro lume ad ogni amatore dell'evangelica fede. O come veggo il nobile & religioso animo di vostra eccellenza invaghirsi d'havere spesso di così fatti ragguagli! Al che fare perchè ella resti sodisfatta, usetò del continuo quella diligenza, che per me, che tanto la riverisco & honoro, si potrà maggiore: essendo che poi chiaramente conosca, che, si come infinite sono le rare virtù di vostra eccellenza, oltre la religione, così l'infinito loro (la Dio mercè) valore, essercitato in quelle parti lontane, non deve uscire giamai dalla stampa mia sott'altro più illustre nome, che di vostra eccellenza &c.

IV.

Gran forza hanno li più precetti & essercitij di questi reverendi padri della compagnia di Giesù per movere il cuori humani a caminare per la via del santo timore & servitio di Dio. si vedono valer assai nelle molte città & paesi, ove già in così pochi anni tanta moltiplicati si trovano, d'Italia, Germania, Spagna, & Franza, per indirizzare gli huomini a vivere con boni fatti & da dovero, come catholici christiani & figliuoli di Dio. ma molto più mirabili effetti pajono quelli, che con la divina gratia fanno in quella gente tanto barbara & ferina delle Indie, riducendoli alla santa fede di Giesù Christo, signor nostro, & alli costumi virtuosi & honesti, & svegliando quelli intelletti, & eccitando quelli animi a degni pensieri & essercitij, & ad imitare la loro vita & bone opere sue; per le quali gran moltitudine di quei popoli già è convertita al vero Iddio. il che quanto sia cosa da lodare la divina misericordia, & da jubilare in spirito, vostra eccellenza lo sà. Hor havendo io di nuovo havuto uno aggregato di lettere da quelle parti da essi reverendi padri, che ne danno avisi & nuove sì bone, & volendole per quarta parte mettere alla stampa, non mi è parso conveniente, che uscissero sotto altro nome, che 'l suo. &, poichè le altre tre prime a lei stessa dedicai, son certo, che non vorrà lasciare di trascorrere questo volume anchora, per havere sì bone nuove delle cose di Giesù Christo, il cui honore & culto è da lei, sopra ogn' altra cosa in sè, amato & procurato. saperà poi per esso altre cose mara-

men elucere posset, vix viderem (r). quod si tu negotii difficul-

maravigliose di quei paesi, & strani costumi di quelle genti. vederà nuovamente la prudenza & le gran fatiche di quelli padri nel ridurre & ammaestrare quelli popoli nel santo culto divino, tra molte persecutioni, & con molto patire. Con dirle in questa in particolare le cose, che in questo volume si contengono, sminuerei il bon gusto suo nel leggerlo, che maggiore suole portare la novità delle cose. Degnisi accettare con quel suo cortese animo sotto il suo eccellentissimo nome questo mio piccolo, ma pio dono. &c.

(r) Habuerat igitur in manibus ex iis, quae diximus, indicarum litterarum quattuor voluminibus unum aliquod Pogianus, in quo multa inepta & insulsa, quaeque ingenii & eloquentiae lumen non admitterent, sibi visa esse, testificatur. Mihi quoque quaedam ejus generis, non vero item multa, inesse in iis voluminibus videntur. scriptae nimirum sunt illae litterae ad familiares familiariter, nullo adhibito studio, nulla admodum exquisita diligentia, de rebus saepe domesticis & ad privatas scribentium rationes ac reculas pertinentibus; denique non eo consilio scriptae, ut pervulgarentur atque exstarent, sed ut, ab amicissimis semel lectae, comprimerentur, aut etiam, ita si collibuisset, conscinderentur. eo accedit, quod, hispanice aut lusitanice primum scriptae, ac deinde in italicam linguam a non peritissimis interpretibus conversae, non parum de nativa integritate deperdiderunt: ut implexas, obscuras, ac plane, quales Pogianus dixit, *ineptas* atque *insulsas* aliquot locis eas videri necesse sit. quae causa etiam, opinor, Emanueli Acostae primum, tum Petro Maffejo fuit retractandi refingendique in iisdem litteris quaedam, quaedam etiam desecandi, cum eas alter lusitanice, alter latine, post italicas Tramezzinii editiones, ediderunt. Ac Maffeji quidem latinam interpretationem, anno 1573. Neapoli Decii Lachaei typis vulgatam, si Pogianus, qui ante quinquennium obierat, videre potuisset, profecto, ubi artis & ingenii lumen in eo scriptionis genere elucere posset, non ille, se *vix videre*, affirmasset. egregiam lucubrationem suam Maffejus cardinali Othoni Tuchsesio jam inde ab anno 1570. nuncuparat; quantoque in pretio indicas litteras haberet atque a caeteris habendas duceret, quamque se positae in iis latine convertendis operae non poeniteret, his verbis ostenderat: *Volumen autem ipsum* RERUM IN ORIENTE GESTARUM *ob eam caussam inscribitur, quod ejusdem societatis homines etiam in brasilica regione & in occidentali, quae dicitur, India, variis locis atque provinciis magna cum animarum utilitate fructuque versantur, & res ad Christi domini gloriam ita multas, eodem duce atque adjutore, perficiunt, ut proprio, & quidem justo, volumine ipsae per se ad explicandum indigeant. quam nos in historiam, & in eas, quae supersunt, ex oriente colligendas epistolas, quidquid otii, quidquid possumus operae, deinceps conferre decrevimus. profecto enim digna res est, in qua non mea solum, verum optimi cujusque ac litteratissimi viri libentissime desudet industria: quippe quae non modo plurimarum rerum variam & jucundissimam afferat cognitionem, sed etiam veritatem catholicae religionis, & sedis apostolicae majestatem, summamque romani pontificis potestatem (quae, hac praesertim aetate, omnibus tormentis ac machinis oppugnatur) humanis & divinis testimoniis, atque miraculis, egregie tueatur & comprobet &c.* Non dissimile testimonium iisdem litteris idem Maffejus dedit, iterata earumdem editione anno 1588. Florentiae apud leegan-

cultatem facultate & industria tua superasti, magnum sane fecisti: *in tenui* enim, ut ille (*s*) inquit, *labor* est, *at tenuis non gloria*; nosti caetera (*t*). nec vero te id movere debet, quod in principiis τῷ (*u*) *itaque* aliquid aliud nonnunquam praeposueris. quis enim id omnino apud Ciceronem reperiri neget (*x*)? aut

s
t
u
x

elegantissimum diligentissimumque typographum Philippum Junctam: cui editioni haec ad lectorem epistola praefixa conspicitur.

Joannes Petrus Maffejus e Soc. Jesu Christiano Lectori S.

Quae de catholicae religionis progressu litterae ferme quotannis ex India perferuntur, eas (quod facile animadverti) optimus quisque avidissime lectitare consuevit. nec sane immerito. quid enim ad honestam vitae oblectationem accommodatius, quam corpore domi sedentem, cogitatione ac mente peregrinari, transmeare Caucasum Oceanumque, novas identidem formas rerum, & , ut inquit ille, mores hominum multorum cernere & urbes? quid porro vel ad animi fructum uberius, vel ad virtutis aemulationem efficacius, quam, euangelii face dispulsis errorum atque opinionum tenebris, veritatis lucem longe lateque fusam intueri, & in diverso, vel adverso potius, terrarum orbe veluti renascentis ecclesiae sancita miraculis, testata martyriis, distincta personis, notata locis temporibusque primordia recognoscere? Quae mecum ego cum reputarem, & superioribus annis feci libenter, uti non exiguam earum litterarum partem in latinum e lusitanico sermone converterem, & nunc easdem sub indicarum historiarum opus, intentiore delectu pressas ac repurgatas, & nonnullis insuper auctas epistolis, denuo in publicum edendas existimavi. Sane recentiores supersunt aliae, quas mihi, si per occupationes ac valetudinem licitum fuerit, latinas facere pro mea tenuitate propositum est. Tu interim, amice lector, fruere praesentibus, ac nostros qualescunque conatus piis apud omnipotentem Deum precibus adjuvabis. Vale.

(*s*) Virgilius lib. IV. *Georgicorum* vers. 6.

(*t*) Haec *caetera* illa sunt ex eodem Virgilio, quae continuo sequuntur, *si quem Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo.*

(*u*) Graecum hunc articulum τῷ, tertiis singularis numeri nominum, aut quasi nominum, casibus inservientem, immisi ego ex conjectura in lacunam, quae inter voces *principiis* & *itaque* in nostro exemplari, itemque in codice vaticano, relicta a librariis fuerat. dici non potest, quantopere quamque diu hic me locus torserit, antequam de articulo illo cogitarim. nunc, eo feliciter ac prope divinitus oblato, plana mihi videntur omnia. particulae *itaque* Corradus in latina indicarum litterarum interpretatione illa sua, quam ad card. sive Sirletum sive Borromaeum misisset, aliquid in principiis aliquando praeposuerat, hoc est, ita vocem illam adhibuerat, ut non eam primam in novis deinceps orationis ambitibus collocarit, atque ita, exempli caussa, scripserat, *cum itaque, ille itaque &c.* postea vero animadvertens, se, illo modo scribentem, a bonorum latinitatis auctorum consuetudine recessisse, qui τὸ *itaque* in ipsis periodorum principiis collocare, nullam aliam dictionem praemittentes, soliti essent, de eo Pogianum sibi admonendum putavit; rogandumque, ut locos illos, siquidem mendosos duceret, emendandos, antequam liber in vulgus ederetur, curaret.

(*x*) Id sane negare non ausim. sed neque locus nunc quidem mihi ullus

aut cujus est ita delicatum fastidium, ut, quod ab illo semel positum sciat, id, iterum ab alio, aut etiam saepius usurpa-
y tum, ferre non possit? quanquam, si mihi tui libri (*y*) facultas fuerit, quem a cardinale Sirleto, Borromaei jussu, audio datum esse sociis jesuitis, scilicet ista te molestia liberabo. Vide conditionem hujus civitatis, vide urbana negotia. puto enim, te multo posterius certiorem esse factum a Perpiniano de suis re-
z bus (*z*), quam illum a me conventum. nam ex Kal. octobris hominem non vidi. videbo autem quamprimum, & salutabo
aa tuis verbis. Julio Constantino (*aa*) commode impendet alterum iter hispaniense, ut scriba sit & minister consiliorum cardinalis
bb legati (*bb*). ergo illi, & tua causa & meo etiam nomine, cu-
cc rae fuerit uriense negotium (*cc*). tu ab utroque nostrum salvebis. Roma. x. Kal. augusti, M. D. LXV.

XVI.

lus succurrit, quo, tale aliquid apud Ciceronem reperiri, possim ostendere. ac, ne Pogiano quidem, haec scribenti, eum succurrisse, appáret, qui neque ullum afferat, & se, ubi libri copiam nactus fuerit, liberaturum omni molestia Corradum, hoc est, ad certam minimeque controversam latine scribentium rationem illos ejusdem libri locos redacturum, polliceatur.

(*y*) Utinam ejus libri facultas nobis etiam esset! locos illos, qui Corrado tantum molestiae exhibuerunt, videre ac recognoscere possemus. nunc, quid eo factum sit, perierit ne, an superstes adhuc sit, ignoramus.

(*z*) Nondum, cum haec Pogianus scriberet, Corradum Perpinianus de suis rebus certiorem fecerat. id sexto post die, a Pogiano fortasse admonitus; praestitit litteris, ad eum IV. Kal. sextil. datis: quas in tomo ejus operum tertio habes pag.72. hoc initio: *Tam diuturnum silentium nostra illa conjunctio ferre potest? nec vereatur, ne tam longa intermissione litterarum languescat amor, nullo congressu, nullo sermone, scribendi dumtaxat mutuis officiis excitatus? nam a* (fort. *ut a*) *mense februario anni superioris* (1564.) *nihil ego prorsus ad te litterarum dedi, sic, post eam epistolam, quam eodem anno* XI. *cal. maji ex itinere scripsisti, num quid aliud ad me, nescio, illud certe scio, accepisse me omnino nihil &c.*

(*aa*) De Julio Constantino vide epist. *Ego si te* d.26.aug.1564.

(*bb*) Hugonis Boncompagnii.

(*cc*) De quo supra dictum est.



XVI.

Julius Pogianus Horatio Ursino. (a)

Virtute atque doctrina, non hominum gratia, ambitionem contentionemque honorum niti debere.

a fort. jul. 1565.

TU vero tosiana Tempe (b), Varronis vicum (c), totum denique tractum istum, caelo & loco beatum, eo magis urgebis, quo & firmiore corpore istic es, & majorem habes facul- b c

(a) Antequam de hoc Horatio Ursino aliquid dico, hanc epistolam, cui nulla temporis, quo scripta fuerit, nota apposita a librario est, cur in mensem julium anni 1565. contulerim, dicam. In litteris, infra recensendis, ad Julium Jacobillum die 18. aug. a Pogiano datis, legebam illa: *Incredibile est, quam me sollicitum habeat Borromaei cardinalis iter in insubres. nam eo me secum ire vult, ut medio decembri revertamur.* in his quoque ad Ursinum litteris de eodem illo in Insubriam itinere agi, animadvertebam: etsi reversionis tempus non usquequaque ad diem in utrisque respondeat. in his enim ita scribitur: *Vult is* (Borromaeus cardinalis) *me suscipere transpadanum iter extremo, opinor, septembri, ut ineunte januario revertar.* sunt igitur eodem anno utraeque scriptae. ad julium autem mensem has ad Ursinum pertinere, sum arbitratus, quod illa in ipsarum extrema ferme clausula legerim: *Cogitabam in Tosianum tuum circiter idus augusti.* quae mihi ratio scribendi visa est ejus, qui & aestate, & non multis ante mensem augustum diebus, scripserit.

Jam ad Horatium Ursinum veniens, Pogiani amicissimum fuisse ajo: de quo in epistola *Ego Magi*, die 6. jul. an. 1560. data, illa ad Octavianum Magium Roma Venetias idem Pogianus scripserat: *Unus in hac tum inopia solatii, tum molestia negotii mihi interdum levationi est Horatius Ursinus noster, juvenis in omni humanitatis genere politissimus. sed is etiam minus jam saepe mecum est, antea quam solebat.* Paulli Manutii ad eumdem epistola 10. libri V. per illa eadem tempora, quemadmodum reor, data, aliquanto plura nos de Ursino docet: *Ut video,* inquit Manutius, *Magius, amores utriusque nostrum, optimus adolescens, nec litteris tantum, sed humanitate etiam perpolitus, exquisitum ad conglutinandas amicitias tenet artificium. nam ille me primum, jam antea commotum ea fama, quae de tuis laudibus percrebuerat, suo testimonio vehementer in tui benevolentiam impulit: deinde, ut integrum officii sui fructum ferret, te quoque de meo erga te studio litteris admonendum putavit. quod etsi praeter opinionem meam potius, quam contra voluntatem, factum esse confiteor, tamen eo mihi nomine abs te gratias agi moleste ferrem, nisi epistola tua, distincta luminibus ingenii, index amoris in me tui, quo equidem antiquius habeo nihil, omnes animi mei partes ea voluptate perfunderet, ut molestiae locus esse non posset. aderat, cum eam attulit Magius, legitque, me concedente, semel & iterum Carolus Sigonius... Is ornavit ingenium tuum divinis laudibus, me prorsus assentiente... Nimirum habet hoc nobilitas, ut, quamcumque se in partem dederit, insigne quiddam praestet.... Cum multis tum natu-*

facultatem ſtudiorum, & non indignae chriſtiano ac nobili homine voluptatis. deſiderium autem urbis fucoſaeque cardinalium conſuetudinis, quaeſo, depone. nihil enim tanti eſt, quo ruſticationis iſtius commoda & delectationem abjicias, ne ſi tibi
d quidem ejus loci (d) ſpes oſtentetur, cujus tanta tua eſt, ſed aequa, meo judicio, & honeſta cupiditas; praeſertim cum noſtri, vel tui potius optimates (me enim ſcis, nihil illis unquam temere crediciſſe) tam multa, tam prolixe pollicentes,
e nihil praeſtent, ne moliantur quidem. fictorum, mihi crede (e), & falſorum hominum magna copia eſt, non modo tectorum & occultorum: ad quos ſi nihil retuleris, neque tu ſpe decideris, neque illis cauſam fallendi dederis. religione, innocentia, bonarum artium cognitione tua nitatur ambitio, non fallaci ſtudio gratioſorum. virtus erit certior dux cupiditatis tuae, quam eorum, quibus confidere videris, ambitioſa commendatio. virtute fretus vel ad honorem pervenies, quod eſt proximum, vel certe, quod ſemper optimo ac ſapientiſſimo cuique primum fuit, honore dignus fueris. reliqua ejuſmodi rerum ſpes incerta eſt, &, ut firma ſit, vix habet dignitatem; qua remota, quid eſt, quamobrem honorem concupiſcas? quanquam;
f ſi ſententiam meam exquiris de eo (f), qui hodie praeeſt illi mune-

naturae tum fortunae donis abundares, natus in civitate, orbis terrarum olim domina, nunc religionis, pietatis, juſtitiae domicilio, ortus ex ea familia, cujus nomen, praeclaris partum & ſtudiis & factis, multis jam ſaeculis per omnes gentes fama diſſeminavit, tamen, quaſi haec ad te non pertineant, id agis, ut una te nobilitet virtus, & quantum honeſtatis a majoribus accepiſti, tantum ipſe poſteris relinquas... Vale, & Julium Pogianum, familiarem tuum, praeſtantem omni laude virum, ac Hieronymum Lippomanum, eximia ſpe ſummae virtutis adoleſcentem, ſalutes, rogo, meis verbis diligenter. Venetiis.

(b) *Tempe* in Theſſalia nota ſunt; & amoenas regiones, arboribus conſitas, aquis irriguas, proſpectibus crebras, caelo ſalubres, *Tempe* etiam dici, non eſt ignotum. Virgilius *Georg.* lib. 2. v. 469. *Speluncae, vivique lacus, ac frigida Tempe.* Ejuſmodi eſt quidam in Sabinis ager, a *Toſia*, ſive *Toſſia* oppidulo, *Toſianus*, ſive *Toſſianus*, appellatus. in eo Urſinus hoc tempore ruſticabatur.

(c) Hodie *Vicováro* hic *Varronis vicus* dicitur: eſtque item in Sabinis.

(d) Honorificum ſcribendarum ad principes pontificis max. nomine epiſtolarum munus ſignificatur, cui oculos Horatius hic Urſinus adjecerat. De quo munere, deque iis, qui in eo verſati cum laude ſunt, vide egregium Philippi Bonamicii, Viri Cl. & cum quovis ex iis, de quibus ſcribit, ſcriptoribus doctrina atque elegantia comparandi, latinum commentarium, hac ipſa in urbe per Palearinios fratres anno 1753. editum.

(e) Credo, credo, inquam, Pogiane, tibi. Bonamicium etiam illum meum credere tibi, credo. Urſinus tuus tibi num crediderit, neſcio: debuit certe.

(f) Pontificiarum epiſtolarum magiſter erat, opinor, hoc tempore Antonius

muneri, praeerit is, quandiu volet, &, cur nolle debeat, non equidem intelligo. Non igitur optatum nostrum consequemur? non arbitror: neque propterea nobiscum male actum putabo. quid enim tantum est in ejus officii munere? demus modo operam nos, ut simus ii, qui in illa ratione satisfacere possimus: si in praesentia non adhibemur, ne laboremus. ego interea habeo, per quem mihi non liceat esse negligenti (*g*). tu in illo g
pontificio genere literarum te in isto otio exercebis tuo arbitratu; fingesque tibi, quos volueris, reges, quibus scribas, vel istius Nicolai (*h*) pontificis maximi nomine; cujus eloquen- h

L 2 tiam,

nius Florebellius. De eo vide nostram adnot. 42. ad Gratiani epistolam nuncupatoriam pag. LVIII. Potest etiam significari Caesar Glorierius, earumdem epistolarum per haec tempora scriptor.

(*g*) Cardinalis Borromaeus certe significatur, cui multam atque assiduam in scribendo tum privatim tum publice operam per haec tempora Pogianus dabat.

(*h*) Non nisi Nicolaum pont. max. eo nomiue primum, significari puto. plurimarum ejus epistolarum volumen exstat, Romae anno 1542. apud Franciscum Priscianensem, primum editarum, in quibus certe singularis atque mirifica, non quidem latinae elegantiae, sed eloquentiae atque animi vis ac robur apparet: quam hominis facultatem ex ipsius litteris Ursinus, ex Ursini epistola Pogianus admiratus fuerat. admiror & ego, ac valde quidem admiror: &, ne lectores quoque nostri non admirentur, non gravabor aliquot locos ex quadam hujus pontificis ad Michaëlem, Theophili filium, constantinopolitanae urbis imperatorem, epistola recitare: *Proposueramus quidem*, inquit, *antequam Michaël, gloriosus protospatharins, legatus vester, Romam veniens, epistalam nobis claritatis vestrae detulisset, talia vobis scripta per missos nostros, quae jam & parata erant, transmittere, qualia gratissimus filius a diligente patre, ac Dei cultores imperatores a sedis apostolicae praesulibus soliti erant suscipere. at vero, praesato viro perveniente, epistolamque nobis vestrae gloriae, quae tota blasphemiis, tota erat injuriis plena, porrigente, mutata est in luctum cithara nostra, & organum nostrum in vocem flentium: quoniam expectavimus tanquam de bona vite uvas, suscepimus autem labruscas: ideoque mutavimus stilum, & ostenso vulneri congrua providimus adhibere medicamenta. igitur ad prudentiam vestram, inspirante domino, scripturi, nostraeque mentis affectus industriae vestrae reseraturi, necnon & pro sancta ecclesia catholica & apostolica, cujus nos praecipua cura, & quotidiana secundum apostolum solicitudo constringit, apud vos interventuri, & epistolae vestrae assertionibus, prout dominus posse & nosse dederit, responsuri, nihil opportunius, nihil aptius, nihil profecto salubrius arbitramur, licet vos a conviciis inchoassetis, quam prae omnibus flagitare suppliciter eum, per quem reges regnant, & legum conditores justa decernunt, & in cujus manu corda sunt regum, & ex quo regnat omnis, qui pie regnat, & imperat omnis, qui eidem regi regum & domino dominantium non repugnat, dominum videlicet nostrum Jesum Christum, cui omnis rationabilis creatura ministrat, nimirum cui & insensibiles venti & maria imperanti obediunt, quatenus & labia nostra ad annunciandum laudem suam aperiens, dilatatum quoque os nostrum postu doctrinae salutaris adimpleat, & quae per* nostri

tiam, gravitatem, excelsum & invictum animum in retinenda pontificia dignitate tu ex illius, ego ex tuis literis admiror. expe-

nostri apostolatus officium auribus vestris exterius dicimus, per se quoque nutu suae aspirationis interius mentibus vestris aspiret: quia incassum terra cordis vomere nostrae linguae proscinditur, nisi coelestis roris aspersione intrinsecus infundatur. Deus est enim, qui incrementum dat, & qui docet hominem scientiam. Putas, imperator, non bene faciamus, quod vos ab injuriis scribentes incohaveritis, nos ab orationibus? vos a conviciis in nos, immo contra primam & magistram ecclesiarum omnium loquentes exordium feceritis, nos in laudibus & in nomine domini ad potentiam vestram sermonem habituri os aperuerimus? videmus enim gigantem allophylum contra puerum sanctum & citharoedum nostrum David furore plenum, & blasphemias eructantem primo impetu populo Dei terrorem non modicum intulisse. sed expecta paululum, & ecce illum videbis in nomine domini percussum, & a jam dicto hymnidico, & laudes & psalmos ac orationes domini majestati humiliter effundente, gladio suo prostratum. Tum, non paucis interjectis, sequuntur illa: *Hoc tamen breviter dicimus, quia licet peccatores & indigni, plus tamen de venturi domini misericordia, quam de vestra pietate praesumimus. nam sunt multa, quae de judicio illius homines ignorant; quia fortasse, quae vos laudatis, ille reprehendit, & quae vos reprehenditis, ille laudabit. Non ergo, quales sint sacerdotes domini, sed quid de domino loquantur, est vobis magnopere praevidendum: nec in vicariis beati Petri apostoli vobis est attendendum qui sint, sed quid pro correctione ecclesiarum, quid pro salute vestra satagunt. neque enim illos inferiores dicetis scribis & pharisaeis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus dominus praecepit dicens: „ Quaecunque dixerint vobis, facite & observate; secundum vero opera eorum nolite facere„. Ergo, imperator, considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant, quanto potius his, qui super cathedram Petri resident, esse existimetis obaudiendum? &, si illorum non opera, sed dicta facere & observare jubet, quanto potius horum, quicunque sint ipsi, dicta & monita custodienda sunt & amplectenda?* Cum autem imperator quodam suarum litterarum loco latinam linguam contumeliosius appellasset, ne in hac quidem injuria propulsanda remissius cum eo sibi agendum pontifex duxit. sic enim ait: *In tantam vero furoris abundantiam prorupistis, ut linguae latinae injuriam irrogaretis, hanc in epistola vestra barbaram & schyticam appellantes, ad injuriam ejus, qui fecit eam. omnis enim operis derogatio ad opificis redundat injuriam. o furorem! qui nec linguae novit parcere, quam Deus fecit, & quae inter caeteras, in nomine domini orante apostolo, confitetur, quia dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei patris: & quae, cum hebraea atque graeca in titulo domini a reliquis discreta, insignem principatum tenens omnibus nationibus praedicat Jesum Nazarenum Regem Judaeorum. quem titulum multi Judaeorum corrumpere voluerunt, sicut vos nunc hujus celeberrimae linguae tentatis insigne destruere; sed minime potuerunt . . . Vel quia christiani sunt, quorum linguam barbaram vel schyticam appellatis, gloriam vestram quare non pudeat, obstupescimus. cum enim barbari omnes & schytae ut insensata animalia vivant, Deum verum nesciant, ligna autem & lapides adorent: in eo ipso quod Deum verum colit lingua latina, quantum barbaram vel schyticam linguam antecedat, agnoscitur. jam vero, si ideo*

linguam

experire tela, contra quam fecerit ille noster (*i*), prius in pennige-

linguam latinam barbaram dicitis, quoniam illam non intelligitis, vos considerate: quia ridiculum est, vos appellari romanorum imperatores, & tamen linguam non nosse romanam. ad extremum autem, si jam saepe nominatam linguam ideo barbaram nuncupatis, quoniam a translatoribus in graecam dictionem mutata barbarismos generat, non linguae latinae, sed culpa est, ut opinamur, interpretum, qui, cum necesse est, non sensum e sensu, sed violenter verbum edere conantur e verbo. ecce enim in principio epistolae vestrae Imperatorem vos nuncupastis Romanorum, & tamen romanam linguam barbaram appellare non veremini. ecce quotidie, immo vero in praecipuis festivitatibus inter graecam linguam veluti quiddam preciosum hanc, quam barbaram & schyticam linguam appellatis, miscentes, quasi minus decori vestro facitis, si hanc etiam non bene ac ex toto intellectu in vestris obsequiis ac officiis non utamini. Quiescite igitur vos nuncupare Romanorum Imperatores, quoniam secundum vestram sententiam barbari sunt, quorum vos imperatores esse asseritis. romani quippe hac lingua, quam barbaram vos & schyticam vocatis, utuntur. quiescite jam utpote tantae detestationis dictionem in vestro palatio memorare, & adhuc, si plene illam execramini, etiam ab ecclesiis vestris removere satagite. istius enim dictione linguae constantinopolitana ecclesia lectionem apostolicam & euangelicam in stationibus fertur primitus recitare, sicque demum graeco sermone, propter graecos utique, ipsas lectiones pronunciare. sed quia tantum haec impietas ecclesiae constantinopolitanae hactenus defuisse putatur, ut tota ibidem nequitia suppleatur, hoc restat a vobis solummodo perficiendum. Verum de hoc nos respondisse sufficiat, non tam injuriam linguae defendere procurantes, quam mutatae mentis vestrae inconstantiam exaggerantes &c. Si quis tamen non Nicolaum primum, sed tertium (qui fuit ex Ursinorum gente magni animi summaeque eloquentiae pontifex) significari hoc Pogiani ad Horatium Ursinum epistolae loco censuerit, ejus ego opinioni non difficulter acquierim.

(*i*) M. Tullium Ciceronem intellige. *nostrum* dicit, quia illius lectione atque eloquentiae imitatione uterque delectabatur. Sed loci hujus sententia est explicanda. Philoctetes taetro illo ac paene immedicabili pedis vulnere, de quo poëtae meminerunt, affectus, & in Lemno insula a sociis propter intolerandum, qui ex ipso vulnere afflabatur, foetorem relictus, ab Accio in quadam tragoedia inductus fuerat aucupio se nonnumquam in illa solitudine atque aerumna oblectans: qui quidem, quoniam in armatos hostes jacere jam tela in acie non poterat, ea in pinnatas aves converterat, &, ut ait idem Accius apud Ciceronem lib. V. *de fin.* cap. 32. *configebat tardus celeres, stans volantes*. dolebat tamen id ipsum, quod peritia sagittandi sua in *pinnigeris* avium, non, ut ante, in *armatis* hominum *corporibus* consumeretur. quo Cicero (epist. 33. ad Volumnium lib. VII.) respiciens, cum aegre admodum ferret, quod, sublata civili bello republica, caussisque forensibus intermissis, eloquentiam suam non in veris actionibus exprometet, sed tantum in fictis causis ac declamationibus exercere cogeretur, ait, se *ingemiscere, quod haec pinnigero, non armigero in corpore tela exercerentur*. Pogianus autem, qui Ursinum ad consuetudinem illam scribendarum ad reges pontificio nomine litterarum, studii sui atque exercitationis causa, suscipiendam cohortaretur, proposita spe, fore, ut aliquando ad id munus obeundum a pontifice

k nigero, quibus in armigero corpore mox utare. Olynthium (k) credo hominem putare, me tecum in Sabinis rusticari. nam ex eo die, quo tu Roma profectus es, nec illum, nec ejus
l ordinis (l) visi quenquam, praeter incolam Camillini forni-
m cis (m); apud quem, ejus invitatu, vel coactu potius, pransus sum nudius quartus. vult is, me suscipere transpadanum iter,
n extremo, opinor, septembri (n), ut ineunte januario redeam.
o ego recusare de tota re (o) mihi non posse videor, ne de itinere quidem: diem utique profectionis velim proferre. sed hoc quoque vereor ut possim. praefinit enim mihi ille Kalendas octobris. vehementer sum perturbatus. Salutabo tuis verbis,
p quos scribis, cum primum (p) eorum facultas erit. Cogitabam in tofianum tuum circiter idus Augusti. sed hanc cogitationem vides quae dubitatio tollat. consilium ex re & ex tempore capiemus. Vale. Roma.

XVII.

tifce reipsa deligeretur, hominem monet, ut, contra quam Cicero fecerat (qui prius *armigero in corpore*, hoc est in veris causis, deinde *in pinnigero*, hoc est in fictis, ingenium vimque dicendi suam exercuerat), ipse prius *in pinnigero corpore*, hoc est in commenticio illo ac ludicro pontificiarum litterarum genere, eloquentiae suae tamquam tela experiretur, quibus mox *in armigero corpore*, hoc est in veris certisque litteris, ad reges pontificis nomine scribendis, uti posset.

(k) Conficto hoc *Olynthii* nomine quem Pogianus nominatim designet, nescio. ex iis, quae infra dicit, unum e cardinalium collegio fuisse illum, intelligi potest.

(l) Scil. cardinalicii.

(m) Card. Borromaeum significari non dubitabit, qui locum illum, paullo ante in prima adnotatione recitatum ex Pogiani ad Jacobillum epistola, meminerit: *Incredibile est, quam me sollicitum habeat Borromaei cardinalis iter in Insubres. nam eo me secum ire vult, ut medio decembri revertamur*. Sed cur is *incola camillini fornicis* appelletur, qui etiam fuerit aut fit *camillinus fornix*, divinare quis possit?

(n) Revera tamen non *extremo*, sed ineunte septembri illud deinde iter susceptum fuit.

(o) Tria *res* haec *tota* complectebatur, transpadanum ipsum iter, profectionem ex urbe extremo septembri, reversionem ineunte januario. de his omnibus recusare se posse, sibi non videri, dicit: paratum se quidem suscipere illud iter; tantummodo profectionis tempus aliquanto longius velle proferri.

(p) *primi* exempl. Gratianus emendavit.



XVII.

Julius Pogianus Vitellotio Card. Vitellio. (a) a

f. aestate a. 1565.

Rationes, cur Vitellius ab urbe diutius abesse non debeat, magna cum illius laude commemorat.

CUM mihi tuo nomine denunciatum esset, ut ad te aliquid scriberem, equidem ancipiti deliberatione distractus sum, utrum, quia homo, minime curiosus, novi, quod ad te mitterem, nihil haberem, hoc literarum officio supersederem, an tibi, non solum variis istic doctrinae studiis dedito, sed publicis etiam curis negotiisque occupato, inanibus literis obstreperem. sed vicit, sicuti debuit, auctoritas tua. in quo minime veritus sum, ne ab homine, a colligendis rumoribus & natura & vitae quadam ratione remotissimo, res urbanas aut externas requireres: quarum arbitror interdum tibi superesse & scriptores & nuncios. quid igitur scribam? illud, quod verissime multos dicere audio, istius ordinis esse neminem, in cujus discessu majorem aut graviorem jacturam fieri intelligant. desiderat enim senatus acutam istam certamque sententiam (b): decretorum sacri concilii dubitationes (c) postulant interdum aciem ingenii tui; b c

(a) Ex illis hujus epistolae verbis *Decretorum sacri concilii dubitationes postulant interdum aciem ingenii tui*, deprehendi, non potuisse eam scribi ante extremam aestatem an. 1564. quo primum tempore Pius IV. octo cardinalium concilii tridentini interpretum collegium instituit, iique conventus suos agere coeperunt: ex illis autem, *Aliis, qui isto loco sunt, liceat suo arbitratu per hoc anni tempus sequi locorum amoenitates*, conjeci, aestate fuisse scriptam. nam per id tempus anni, Romae gravissimum, ac sive re sive opinione periculosum, romani proceres locorum, ab urbe paullo remotiorum, amoenitatem salubritatemque Pogiani aetate potissimum sequebantur. Utriusque rei animadversio fecit, ut huc has litteras inculcarem, neque de autumno, quo etiam potuerunt scribi, neque de aliis consequentibus annis tribus, ad quos solos (nam anno 1568. tum Pogianus tum Vitellius vivere desierunt) praeterea possent pertinere, frustra, ac sine ullo insigni ex temporis diligentiore investigatione lectorum utilitate, sollicitus.

(b) Paullus IV. qui Vitellium hunc die 15. mart. an. 1557. cardinalem crearat, tanti ejus prudentiam sententiamque faciebat, *ut*, auctore Ciacconio, *in difficilioribus negociis, nihil ille publice aut privatim ageret, quod non prius Vitellotii consilium approbasset.*

(c) *Deinde*, inquit de eodem Vitellio Ciacconius, *episcopus imolensis . . . & Campaniae ac maritimae de latere legatus declaratur, & annumeratur inter haereticae pravitatis inquisitores, congregationibus pro interpretatione & expositione concilii tridentini . . . praeficitur.*

d tui: ratio pontificiae pecuniae (d), diſpenſatioque vectigalium
publicorum curam & providentiam tuam efflagitat: poſcunt pa-
e tronum ſuum docti homines (e) & literarum ſtudiis dediti: ipſa
f etiam ſummorum virorum doctrinaeque monumenta (f) ſqua-
lent, abſente te, quae praeſente ex tenebris in lucem revoca-
g bantur (g): immovero librarii otio & fame tabeſcunt, ac neſcio
h quomodo ingenia hominum ſunt hebetiora (h): muta ſunt a
diſputationibus theologorum aliiſque praeclaris quaeſtionibus &
prandia & coenae collegarum tuorum: nobilitas denique romana
i ac civitas ipſa ampliſſimi (i) iſtius patrocinii actuoſarumque vir-
k tutum incredibili (k) tenetur deſiderio. quare, cum ad commu-
nem omnium utilitatem natus & inſtitutus ſis, ſine magno &
alienae commoditatis, & tuae gloriae detrimento ab urbe abeſſe
non potes. aliis, qui iſto loco ſunt, liceat ſuo arbitratu per
hoc anni tempus ſequi locorum amoenitates: tibi, pro natura,
ſcientia, & inſtituto tuo, haec hominum lux, hic concurſus ne-
gotiorum, receſſus & ſolitudo eſſe debet. mihi vero ignoſces,
l ſi, cum non eſſet praeterea, quod tibi ſcriberem (l), pro meo
in amplitudinem tuam ſtudio & obſervantia ſingulari, liberiore
hoc epiſtolae argumento uti volui.

XVIII.

(d) *Anno* 1564. inquit idem Ciacconius, *defuncto Guidone Aſcanio Sfortia, S. R. E. camerarius, ſeptuaginta millibus aureis camerae apoſtolicae ſolutis, renunciatur.*

(e) *Viros omni litterarum genere inſtructos domi alebat, afficiebat mercede. alios etiam ex urbe Italiaque univerſa ad ſuas, tanquam ad ſtudioſorum defenſoris aevique illius Moecaenatis aedes, confluentes juvabat, & recreabat.* Ciacconius.

(f) *Accedit ad haec, quod fuit diligentiſſimus indagator actionum ſummorum pontificum & cardinalium, multaque ad hanc rem ſpectantia, ſummo labore ac magnis ſumptibus ex archivis & bibliothecis publicis ac privatis Avenionis, Lugduni & aliarum urbium in Gallia, Hiſpania atque Italia collecta ſunt; quae ſi ad continuatam hiſtoriam redacta, typis, ut ipſe ſtatuerat, mandata fuiſſent, tantam antiquorum praeſulum jacturam gloria non non feciſſet: neque nos hodierna luce praeclare geſta deſiderari, fruſtra conquereremur. imo, ex Ludovico Jacobo a S. Carolo, pontificum & cardinalium hiſtoriam ſcripſit, quam tamen morte ſublatus perficere non potuit.* Idem.

(g) *revocabant?* exempl.

(h) *heberiora: mutae ſunt &c.* id.

(i) *ampliſſima* id.

(k) *incredibi* id.

(l) *ſcribere* id. Et hoc & ſuperiora emendavi.



XVIII.

Julius Pogianus Julio Jacobillo.

Artium liberalium cupiditate inflammatum laudat, ac maerentem consolatur. De sua in Insubriam profectione. 18. aug. 1565.

MAgnum est alti animi, & excellentis ingenii argumentum, posthabitis quaestuosis artificiis, & illiberali quadam ratiocinandi ratione (*a*) contempta, studia colere magnarum rerum artiumque optimarum: quibus studiis qui se dediderunt, nullum praeterea non grave (*b*) lucrum, nullam non injucundam voluptatem, nullum denique non levem honorem existimant. excelsum istum animum tuum, abjectarumque rerum curam despicientem, vidi, quo te die cognovi: visusque mihi es cum paucis habere gustum solidae laudis, praesertim cum latini sermonis elegantiam adamares, suavissimum, meo judicio, condimentum summumque ornamentum humanitatis. quare dolui vicem tuam, cum & ab urbe & ab iis studiis discedere coactus es, ad quae quia naturam habes admirabilem, praeclare bona nosti tua, si & illorum usum desideras, &, si quid ego te ea in re juvare possum, consuetudinem meam requiris. veruntamen in isto discessu illud percommode accidit, quod & amorem librorum animo retinuisti, nec illum amisisti colorem orationis, cujus aspectum in Cicerone & imitationem quandam tibi admodum placere, animadverti. cum igitur patrem tuum domestica aliquot mensium molestia levaris, concedet ille tibi, spero, reditum ad eum cursum, quem ad laudem tam tibi, quam cui maxime, patére, intelligo. Incredibile est, quam me sollicitum habeat Borromaei cardinalis iter (*c*) in insubres (*d*): nam

(*a*) Videtur hujus Julii pater vitae genere ac conditione ratiocinator (ital. *computista*) fuisse, ad idemque studium ac professionem adducere filium suum, ab ea tamen abhorrentem, & natura ad liberaliores disciplinas propensum, voluisse.

(*b*) Malim *turpe*. nam, quid sit *lucrum grave*, non satis intelligo.

(*c*) De hoc Borromaei cardinalis in Insubriam ad mediolanenses (quorum erat archiepiscopus, apud quosque primum provincialem conventum sive synodum per autumnum hujus anni celebravit) itinere vide, quae ad Gratiani nuncupatoriam epistolam adnotavimus pag. VIII. & seqq.

(*d*) Hujus nominis *insubres* vocalis media quanta sit *Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est*. Jo. Baptista Ricciolius in suo tractatu *de syllabis controversis*, quem tractatum secundo *Proso-*

e nam eo me ſecum ire vult, ut medio decembri revertamur (e). ego a toto itinere abhorreo, & adhuc ei praeciſe negavi. ſed
f vereor, ne (f) intercedat vis. principum enim imperia quantam neceſſitatem habeant, non ignoras. tu igitur ita perturbato mihi ignoſces in hac infantia negligentiaque literarum, & va-
g lebis. Roma. (g) xv. Kal. ſeptembr. M. D. LXV.

Proſodiae reformatae tomo ſubjecit, *Secundam*, inquit, *communem habet: eamque corripiunt aliquando Mantuanus & Crinitus; quibus ſubſcribunt noſter P. Labbeus & P. Ludovicus Cavallius in Janua Muſarum: ac merito. nam, etſi graece ſcribatur Polybio lib. 2. ac 3.* Ἴσομβρες, *& Plutarcho in Marcello* Ἴνσομβρες, *& Straboni lib. 5.* Ἴνσουβροι, *ut & Ptolemaeo in deſcriptione Italiae, tamen apud Stephanum byzantinum habentur* Ἴνσοβαρες *& hic affirmat, a Polybio dictos* Ἴνσοβρες, *& P. Labbeus in excerptis Polybii docet legendum* Ἴνσοβρες*: & ita legit Smetius: eſto aliter legat Cluverius l. I. Italiae antiquae c. 24.*

(e) Borromaeus, allato ad ſe nuncio de Pii IV. avunculi ſui periculoſo, ex quo etiam die 9. decembris hujus anni 1565. deceſſit, morbo, Romam magnis itineribus contendens, pridie ejus diei rediit. Pogianus autem aliquot poſt diebus reverſus eſt.

(f) *ut* exempl. Emendavi. non enim vim intercedere (quae certe poſtea interceſſit, voluntate pontificis maximi declarata), Pogianus voluiſſet.

(g) Omitt. exempl. Addendum putavi.

XIX.

a
Julius Pogianus Petro Tirannio. (a)

Adoleſcentis ingenium, mores, ſtudia, doctrinam, humanitatem laudat.

ETSI de tuo fratriſque tui, juvenis ornatiſſimi, ſtatu vehementer cupiebam cognoſcere ex tuis literis, tamen tantum abeſt, ut in hoc officio quicquam negligentius a te commiſſum exiſtimem, ut in elegantiſſima epiſtola mihi conſtet diligentia tua ſingularis, cum pari humanitate conjuncta. ſcio, quanta ſit ſuavitas naturae morumque veſtrorum, quam amabilis virtus, quam non ſolum jucunda, ſed in iſta etiam aetate admirabilis utriuſque facultas ingenii. quae vobis ornamenta quam multos iſtic conciliaverint, de meo item ſenſu judico. quare minime miror, te, ut Patavium veneris, aliquot dies in iſtis humanitatis officiis occupatum fuiſſe; immo vero magis ex

(a) Neque de Tirannio, neque de tempore, quo data ſit haec ad eum a Pogiano epiſtola, quidquam comperti habeo. eam cum ſuperiore conjunxi, quod in eodem cohortandi ad humanitatis ſtudia genere utraque verſetur, nec ulla utriuſque ſententia ad diverſa tempora referatur.

ex eo tuam in me benevolentiam diligo, quod, nondum plane cum defluxiſſent tuae & amicorum ſalutationes, ereptum iſtud tempus ex officioſo labore ſumpſeris ad hunc mihi declarandum amorem erga me tuum. quem ego amorem in ea etiam parte libentius recognovi, in qua, praeſtantem perſequens philoſophiae dignitatem, te digniſſimum eo ſtudio facile probas, & prae te ferens tardiorem eſſe te, quam ut poſſis in principum hujus ſcientiae numerum pervenire, oſtendis, quam longe jam ad philoſophiam & animo & ratione proceſſeris. quare tibi gratulor & praeſenti fructu & ſperata facultate praeſtantiſſimae diſciplinae; cui cum hanc etiam latine ſcribendi laudem adjungas, praeclarum ac ſigulare quiddam eſt, quod mihi jure videar poſſe de tuis ſtudiis polliceri, nedum ut verear, ne ſummorum philoſophorum laudibus non reſpondeas. tu modo, ut facis, ad ſumma contendito; reliqua nobis animi & ingenii tui vis facile praeſtabit. Meus in te amor & ubertas literarum tuarum longiorem epiſtolam deſiderant. ſed obſequentem me huic ſtudio & officio meo interpellant odioſae ac ſane moleſtae occupationes, quibus ſaepe opprimor, vix ut reſiſtam. ignoſces igitur brevitati neceſſariae, & Julio fratri tuo Jacopinoque noſtro a me ſalutem plurimam referes.

X X.

Julius Pogianus Laurentio Celſo. (a)

a 10. oct. 1565.

Latini ſermonis elegantiae comparandae cupido operam ſuam vel in maximis occupationibus non defuturam, pollicetur.

QUanta eſſet ingenii tui vis, quanta morum ſuavitas vel ex illa bononienſi unius diei conſuetudine & brevi collocutione noſtra facile cognovi, teque ex eo die valde dilexi. quinetiam hunc amorem Lilio noſtro declaravi ſummamque cupiditatem, qua flagrabam, ut aliquando daretur mihi tempus

M 2

(a) Data eſt haec epiſtola Mediolano Bononiam. Roma Pogianus Borromaeum cardinalem, ad primam mediolanenſem ſynodum celebrandam ineunte ſeptembri proficiſcentem, aſſectatus, Bononiam medio circiter eo menſe pervenerat: ubi triduum ferme ſubſiſtens, Laurentii hujus Celſi brevi quidem conſuetudine uſus, at valde delectatus fuerat. de quo ego homine plura non novi, quam quae ex Onuphrii Panvinii ad eum litteris, Kal. ſept.

pus re tibi probandi animum & voluntatem erga te meam : cujus rei facultatem aliquam nactum me etiam esse, sperabam, cum te latini sermonis elegantiae cupidum animadverti. quo in genere etsi, quantum ipse profecerim, poenitet, & id ipsum, si quid ego tamen sum assecutus, paene evanuit diuturno ac neces-

sept. an. 1567. datis, & ejusdem Panvinii *Interpretationi vocum ecclesiasticarum, quae obscurae vel barbarae videntur*, in coloniensi anni 1574. editione praefixis, didici: quas heic describam.

Laurentio Celso Romano XII. Viro Abbreviatori, S. D. N. Papae a supplicibus libellis referendis, & Protonotario apostolico ex septem, Onuphrius Panvinius Veronensis, frater eremita augustinianus S. P. D.

Nemo est, qui nesciat, me, post Deum, operam, industriam, spem, omnes denique fortunas meas in Alaxandri Farnesii, cardinalis amplissimi, fide & pietate collocasse. in quo ornando, quia ejus magnitudo meas superat vires, quum potis non sim, eos saltem celebrandos perpetuo perscrutatus sum, qui in ejus clientela essent, ut, quae domino virium imbecillitate praestare non possum, id saltem ejus clientulis, amicis meis, conferrem. ex his quia (fort. *quin*) *principem locum familia tua non* (fort. hoc *non* abundat) *obtineat, nemo est, qui dubitet. multis enim beneficiis, favoribus, studiis ab ipso ornata, & ipsa vicissim omnem industriam suam in ejus voluntate exequenda posuit. Hanc rem urbi Romae pater tuus Joannes, optimae fidei, industriae, & incredibilis diligentiae homo, vivens ostendit. eandem modo profitetur Ascanius, patruus tuus, vir supra fidem industrius, in hominum proborum amicitia excolenda accuratus, patroni amantissimus, in exequendis maximarum rerum arcanis promptissimus. At haec, quanquam magna, exteriora sunt. tu adhuc juvenis, magnis muneribus honestatus, optimis moribus adeo litterarum studia & praeclaras actiones adjunxisti, ut eximiae cujusdam & inusitatae virtutis, in te brevi futurae, spem omnibus attuleris. quam ut magis magisque accenderem, animumque tuum ad praeclara quaeque persequenda, quae occoepisti, inflammarem, hac epistola te conveniendum duxi, quam brevi huic libro praeposui, in quo multas ecclesiasticas obscuras voces latinas, barbaras, graecas, quae passim a scriptoribus ecclesiasticis usurpatae occurrunt, illustravi, iisque breve de stationibus, re in Urbe frequentissima, opus adjunxi. quas lucubratiunculas tuo nomine publicare constitui, tum ut meum erga te, ardenti virtutis studio praeditum, aliquod extaret observantiae signum, tum ut omnes agnoscant, me in hominibus celebrandis non omnino judicio caruisse. Vale. Roma. Kalendis septembris. anno* M. D. LXVII.

Quae, hujus nuncupatoriae epistolae initio, de card. Farnesii clientela, in quam se Panvinius contulerat, commemorantur, ea mihi in mentem revocarunt siciliense iter, quod, post eam scriptam, idem Panvinius insequentis anni 1568. februario mense cum eodem cardinale suscepit, quodque illi supremum totius vitae fuit. de quo itinere illa leguntur in ejusdem *elogio*, quod *calamo*, ut ait Ugheilius, *Bernardi Bruschi, clarissimi viri, concinnatum*, in tomum V. *Italiae sacrae*, post card. Augustini Valerii, veronensium episcopi, *Vitam*, illatum est pagina 1001. venetae editionis an. 1720. *Exornat Veronae gloriam Onuphrius Panvinius, vir omnium seculorum memoria perquamdignus... Generosa perantiquae familiae stirpe oriundus, quae annis*

necessario quodam usu scribendi alieno arbitrio res abhorrentes ab omni splendore orationis, tamen, quia non desperabam, fore, me ut ad meos, id est ad bonos latinitatis auctores, aliquando possem vendicare, destinaram ac propemodum animo tibi dicaram aliquam sperati ejus temporis operam ac diligen-

annis abhinc quadringentis Cremona Veronam demigravit, pubes factus, pio religiosi animi decreto, eremitarum D. Augustini familiae nomen dedit.... Hunc (card. Alexandrum Farnesium) *dum sequitur, in Siciliam proficiscentem, lethali febre correptus 18. Kal. mart. 1568. Panormi extinctus est, nonum & trigesimum annum agens, Romaeque in templo S. Augustini sepultura honestatus, eo apposito epitaphio, quod amici, studiis aevoque conjunctissimi, conscripserant.* Quo elogio recitato, continuo haec subdit Ughellius: *Haec ille* (Bernardus Bruschus): *cui addam epitaphium ad ejus* (Panvinii) *pernobile* (corr. *pernobilem*) *tumulum, aeneumque simulacrum* (hoc simulacrum, saepe a me visum, non nisi capite & collo constat) *nuper appositum.*

D. O. M.

F. Honuphrio Panvino Veronen. Eremitae Augustiniano, Viro ad omnes, & Romanas. & Ecclesiasticas antiquitates e tenebris eruendas nato. Qui Alexandro (sic) *Far. Card. Vicecanc. in Siciliam persequutus alienissimo & sibi & historiae tempore Panormi obiit* XVIII. *Kal. Mar.* MDLXVIII. *Praeclaris multis & perfectis & inchoatis industriae suae monumentis relictis, vixit an.* XXXIX. *Amici honoris causa posuerunt.*

Crux ingeniis fixa est ab Ughellio in hoc Panvinii epitaphio, a se allato, eadem, quae iisdem a *clarissimo* illo *viro* Bernardo Bruschio fixa fuerat in ejusdem Panvinii *elogio*, quod suo *calamo concinnarat*. quis enim *decimumoctavum* ante *Kalendas martias* diem audivit umquam? quum idus februariae in *decimumtertium* ejusdem februarii diem incidant, isque, qui proxime consequitur, *decimumsextum* ante easdem Kalendas martias non excedat. Praeterea qui potuit tam multis ante Kalendas martias anni 1568. diebus obiisse dici Panvinius, cujus in vaticano codice 6189. autographa epistola pag. 541. legitur, ad card. Sirletum die 18. febr. ejusdem anni, hoc est duodecimo ante easdem Kalendas die, Neapoli Romam data? En ipsam epistolam: in qua de siciliensi illo ipso Panvinii cum card. Alexandro Farnesio itinere agitur.

Illustrissimo & reverendiss. signor mio osservandiss.

Nel viaggio hò ricevuta la vita di Paulo IIII. *corretta & stampata in Colonia: la quale mando a V. S. illustriss. acciò, datol:* (*se li piacerà*) *un' occhiata, la possi dare al S. D. Antonio Carafa con questa mia lettera. Subito che sarò ritornato operarò, che latina & volgare si ristampi ancor in Venetia, come dissi al S. Don Antonio. Supplico V. S. illustriss. che se non ha fatto il mio servicio con sua santità, che con qualche bona occasione il vogli fare, massime che lasso in Roma a spese mie dua scrittori, & dua intagliatori, alli quali servirà questo sussidio promesso nella partita mia a monsignor illustriss. Colonna. Son sicuro, che per la sua solita cortesia non mancarà. Se haverà qualche libro a proposito per copiare, possa farne gratia a un mio scrittore, il quale havendone bisogno farà capo con messer Federico, acciò non perdi il tempo senza frutto nissuno. Siamo agionti a Napoli alli* 16. *de Febraro. In tutto que-*

ligentiam meam. cujus rationis & politioris cujusdam humanitatis cum summum studium tuum, & benevolentiam in me ex humanissima epistola recognovi, incredibile est, quam acres ad eam rem stimulos mihi admoveri senserim. quo in te, juvenis ornatissime, sim animo, profecto vides. quare, dum commune

questo viaggio il cardinale Farnese è venuto sano & allegro, & è stato tanto ben visto, & publicis sumptibus receptus, dove è passato, che più non si potria dire. Alogiò a Cisterna, Sermoneta, Piperno, Fondi, Gaeta, Sessa, Capua. In Napoli hebbe un riscontra di cavallaria napolitana, che sua santità poco magglare il potrebbe havere. Alogia col vicerè, trattato regiamente. Sabbato ò dominica partirà per la via di terra, con grand' incomodità sua, & di tutti noi, per non haver potuto ottener le galere. Nè altro occorrendomi che dire, li basio humilmente le mani. Da Napoli alli 18. di Febraro del 1568.

Di V.S. illustrissima & reverendiss. Servitore F. Onofrio.

Sunt igitur non uno nomine mendosissima Bruschiana & Ughelliana illa de *decimoctavo* ante *Kalendas martias* anni 1568. Panvinii mortis die: quae ex ipso honorarii sepulcri (quod, qui graecis vocabulis delectantur, *cenotaphium*, hoc est inane sepulcrum, solent dicere) marmore corrigenda sunt. ad quod cum nuper legitimae lectionis cognoscendae caussa accessissem, hoc plane modo inscriptum reperi:

D. O. M.
F. ONUPHRIO . PANVINO . VERONEN. EREMITAE . AUGUSTINIANO
VIRO . AD . OMNES . ET. ROMANAS . ET. ECCLESIASTICAS . ANTIQVITATES
E . TENEBRIS . ERVENDAS . NATO
QVI. ALEXANDR. FARN. CARD. VICECAN. IN . SICILIAM . PROSEQVVTVS . ALIENISSIMO
ET. SIBI. ET. HISTORIAE. TEMPORE. PANORMI. OBIIT.XVIII.KAL.APR.MDLXVIII
PRAECLARIS. MVLTIS . ET. PERFECTIS . ET. INCHOATIS. INDVSTRIAE . SVAE
MONVMENTIS RELICTIS VIX AN XXXIX
AMICI HONORIS CAVSSA POSVERVNT

Vides non modo sublata in marmore mendosa Ughellianae inscriptionis illa *Alexandro* & *persequutus*, sed etiam, quod in illa est mendosissimum, emendatum, & *Aprilis*, non *Martii*, Kalendas commemoratas. Irrepsisse tamen vel in ipsum marmor erroris aliquid confitendum est. nam certe in toto mense martio qui dies dici possit *decimusoctavus* ante Kalendas aprilis, non reperies. dies enim, qui post idus martias, in decimumquintum incurrentes, longissime omnium a Kalendis aprilis abest, non nisi decimusseptimus numeratur. Crediderim, inscriptionis auctorem, virum caeteroquin eruditum, de martiarum iduum sede non cogitantem, illasque ad decimumtertium mensis diem, in quem plerisque in aliis anni mensibus incidunt idus, retrahentem, iduum ipsum martiarum diem per errorem *decimumoctavum* ante *Kalendas aprilis* appellasse. Obiisse autem ipsis idibus martiis Panvinium Niceronius T.XVI. (*Memoir. pour servir a l'hist. des hommes illustr.*) & Maffejus T.II. *Veronae illustratae* disertissime tradiderunt. Sed Niceronio fidem in eo non habendam puto, quod ait, Panvinii cadaver, Panormo Romam translatum, in aede S. Augustini fuisse sepultum. Id ille sumsit, ut opinor, ex Do-

mune hoc optatum nobis coram consequi contigerit, interea utere absentis opera ac labore meo, tuo arbitratu. nihil enim mihi

Dominici Antonii Gandolfi *Dissertatione historica de ducentis celeberrimis augustinianis scriptoribus*, Romae typis Jo. Francisci Buagni an. 1704. edita; in qua pag. 176. leguntur illa: *Causam obitus nostri Panvinii, viri ecclesiae Dei tam necessarii, aperit Franciscus Sansovinus contemporaneus in libro 15. Chron. Bergomen. ab ipso italice edito, Par. 3. pag. 141. . . . . Romae in nostro S. Augustini templo corpus, e Sicilia translatum, humatum fuit, apposito epitaphio, quod amici, studiis conjunctissimi, formaverant.* Atqui *amicos* illos, *studiis conjunctissimos*, nullam de ea *corporis e Sicilia* Romam *translatione* mentionem in epitaphio facere videmus, nequaquam certe rem, valde memorandam, & amici memoriae honorificentissimam, suaeque ipsorum erga illum pietati declarandae opportunam, si vere eam narrare potuissent, praetermissuros. nunc, tantummodo Panormi obiisse Panvinium, & se illi *honoris caussa* monumentum hoc Romae posuisse, prodiderunt. quae sane ratio ac formula prodendae posteris mortuorum memoriae non nisi honorarii sepulcri sive cenotaphii significationem praesefert. itaque non Gandulfo in hac quidem re, aut Niceronio, sed Hieronymo Ghilinio potius, scriptori caeteroqui non usquequaque accurato, credendum censeo, qui in panormitana S. Augustini aede sepultum Panvinium in suo *Litteratorum hominum Theatro* tradit pag. 178. edit. ven. an. 1647.

Binas in eodem illo codice vaticano 6189. ad Sirletum litteras pag. 633. & 634. reperi, Panormo paullo post Panvinii obitum datas, in quibus de quodam ejus veluti testamento agitur. satis est, aliquid iis ad Panvinium pertinens, quod quidem vulgo ignoretur, contineri, ut omnium eruditorum lectione dignas putem; quem ego semper inter singulares atque adeo admirandos non modo saeculi XVI. sed omnis temporum memoriae viros recensendum judicavi; qui quidem mihi propter egregiorum operum cum multitudinem tum varietatem non unus esse scriptor, sed multorum scriptorum habere speciem atque instar videri solet: ut, si non plurimis, iisque praestantissimis, scriptoribus inclyta atque insignis augustiniana familia abundaret, multos tamen atque admodum excellentes habere sese in unius Panvinii persona gloriari posset. sed en illas, quas dixi, litteras.

Al reverendissimo & illustriss. signore & patron mio colendiss. il signor card. Sirleto. &c.

Reverendissimo & illustriss. patron mio colendiss. Prima che 'l povero frate Onofrio passasse a l'altra vita, fece libera donatione di tutte le cose sue a me, credo, come ad amico, de chi egli sperava, che sarei non donatario, ma simplice procuratore a beneficio de la madre sua poverissima. de la qual speranza io non l' ho voluto defraudar' punto: perciochè, havendo accettato tal donatione, l' ho fatto con protesto; che de jure si possa, senza scrupulo di conscientia, & con animo di disporre tutto ad utilità & commodo solo de la madre, & non altramente. così ho fatto notar ne lo instrumento de la accettatione, & de la procura, che mando in persona di messer Titio, & di messer Gio. Battista Argenti. or perchè V. S. illustriss. ha scritto ad esso frate Onofrio d'haver di suo in mano cento scudi d'oro, fattoli pagare da sua beatitudine, io pertanto, non come donatario di lui, ma come procuratore de la sua poverissima madre (secondo che ho detto di sopra) supplico V. S. illustriss. che li tenga in deposito fino al nostro ritorno, o veramente, parendoli meglio, li rimetta

mihi gratius accidere poterit, quam optimi ac mei cupidissimi adolescentis, cujusque miros ad laudem impetus cognitos habeam,

*metta a la madre a Verona, per via di quel reverendiss. vescovo, o per altra via sicura: che per mio giudicio saria non poca consolatione a quella povera donna, dopo l'acerba novella de la morte di così caro figlio. questa deliberatione però sia del tutto rimessa a l'arbitrio di V. S. illustriss. avisandola, che frate Onofrio ha lassato memoria de li cento scudi presati, che gli doveva far dar sua beatitudine, & di cento altri, che egli sperava da l' illustriss. card. Carafa; & di più ch'egli haveva ottenuto più mesi fa dal reverendiss. padre Generale di Sant'Augustino licentia di donar certa summa de denari. ha bene però ricordato in fine, che con altre cose si riconosca anche il monasterio per la sua parte. Messer Hieronymo (*Mercuriale*) medico, quale V. S. illustriss. saluta ne la sua lettera, ha fatto officio di medico, & di fratello intorno al povero frate Onofrio, non l'havendo abbandonato fino a l'ultimo, sì per l' affettione, che gli portava per le sue virtù, sì anco per l'ordine expresso di monsignor illustriss. patrone (*card. Alessandro Farnese*), *il qual certo ha sentito la perdita di tanto huomo con quella tenerezza, che si conviene da padre a figlio, & noi di casa lo piangemo tuttavia: che 'l signor Dio lo habbia in sua gratia; & conservi V.S.illustriss. sana & longamente: & basandoli la mano per la benigna mentione, che l'ha fatto di me ne la sua lettera, mi raccomando humilissimamente. Di Monreale a li 20. di aprile 1568.*

Di V. S. illustriss.

Obbligatissimo servitore

il patriarca di Hier.

Hierosolymitanorum hic patriarcha quis fuerit, didici ex quadam Paulli Panvinii, Onuphrii fratris, epistola, quam in suae *Veronae illustratae* tomo II. Maffejus affert: in qua haec leguntur pag. 350. *Le altre sue* (di Onofrio Panvinio) *opere e fatiche tutte furono depositate presso il signor cardinale Savello da monsignore Antonio Ellio, patriarca di Gerusalemme, e poi vescovo di Capo d'Istria, lasciato commissario dal detto P. Onofrio nella sua morte.* Nunc alteras illas, quas promisi, litteras exhibeo.

Al reverendissimo & illustriss. signor & patron colendiss. il signor cardinal Sirleto.

Monsignor illustriss. & reverendiss. Poichè a V. S. illustrissima è piaciuto nella lettera, ch' essa scrivea al R. frate Onofrio, mostrar di tener memoria di me, non posso lasciar di ringratiarla sommamente e di usar quest' occasione in farli quella riverenza, ch'io debbo e ch' io ho desiderato più volte; maggiormente ch' il reverendiss. patriarcha li scrive di cose, nelle quali m' ha nominato. Spero presto di poter servir V. S. illustriss. con la persona: nel qual tempo ancora gli darò più intiero conto del caso di quel povero padre. Solo gli voglio dir ora, ch'è morto un grandissimo servitor suo, il quale sì come (mentre vivea) ha sperato sempre esser dallei favorito & ajutato, così credo debba hora, dove si ritrova, persuadersi, che la sua infelicissima e misera madre habbia da esser' ajutata da V.S.illustriss. in tutte le cose, e particolarmente nella donatione fatta con molta prudenza alla persona del reverendiss. patriarcha. Altro non voglio scriverli, se non che riverentemente m' inchino a V.S.illustriss. e la supplico a tenermi per quel devotissimo servitore, ch'io le sono. Di Monreale il 21. d'aprile 1568.

Di V.S. illustriss. & reverendiss.

servitore humilissimo

Hieronymo Mercuriale.

Portaremo (spero) qualche libro greco antico. de' quali parte ne sono ap-

beam, rectiſſimis obſequi ſtudiis. ignoſce vero occupationibus meis (*b*), quibus cum ita diſtinerer, ut nihil mihi ab illis eſſet b

appreſſo me, parte ſpero havere, nè manco d'ogni diligenza.

Quae Jacobus Laderchius de hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptione a Panvinio ſuſcipienda, in *Annalium eccleſiaſt.* tomo XXIII. pag.160. prodidit, digna exiſtimavi, quae heic quoque legerentur. *Ob ſummam*, inquit, *eccleſiaſticarum antiquitatum ac rerum eruditionem, annalium eccleſiaſticorum ſcriptionem Panvinium ſuſcipere optaverat cardinalis Baronius, quod iſtam ipſe adoriri renueret. at caelitus edoctus S.Philippus Nerius, quod id non a Panvinio, ſed ab eo peragendum eſſet, evidentiſſime ſignificavit. Libeat hic, quae in Vita S. Philippi leguntur, ex Petro Jacobo Baccio recenſere. „ Cum primum (inquit) coepit* (Baronius) *in Oratorio ad populum dicere, fere ſemper mortis & inferorum minas in auditores intentare conſueverat. quod cum diutius praeſtitiſſet, Philippus, divino ſpiritu illuſtratus .... cohortatus eſt virum, ut, miſſis mortis & inferni terroribus, ad hiſtoriam eccleſiaſticam enarandam* (fort. *enarrandam*) *ſe conferret. tum haud ſane contradixit Baronius; ſed, cum propter contrariam naturae propenſionem adhortamenta negligeret, Philippus pro imperio jubet, quantocyus impoſitum munus exequatur. Duriora viſa ſunt Baronio Philippi imperia: cumque hinc obedientiae virtus urgeret, hinc naturae repugnantia deterreret, in maximis anguſtiis verſabatur. Sed pius dominus, ut animi aeſtum compeſceret, ſuum ipſi hoc modo conſilium patefecit. Certa quadam nocte cum ſomnum teneret, viſum eſt Baronio, ſe cum Onuphrio Panvinio, qui etiam eccleſiaſticam hiſtoriam proſequebatur, diſſerere: cui, animo valde anxius, quae Philippus praeceperat, inſinuans, rogat, ut tantum opus abſolvere non recuſet. dumque rationes cumulat, ut id amico ſuadeat, en Philippi vocem repente audit: „„ Cede jam, o Caeſar, cede, neque diutius obſiſtas: quandoquidem hiſtoria eccleſiaſtica tibi, non Panvinio, ſcribenda eſt „„. Haec inter experrectus Baronius, atque exinde Dei voluntate percepta, confeſtim in animum induxit, ut annales eccleſiaſticos in Oratorio percurreret. &c „.*

(*b*) Ex Pogiani ac Theopompi Ferrii litterarum (quas integras in adnot.23. & 25. ad Gratiani nuncupatoriam epiſtolam pag.IX.& ſeqq.attulimus) hiſce, quas ſubjiciam, particulis, quam ille fuerit toto hoc mediolanenſis commorationis ſuae cum card. Borromaeo, provinciale concilium habente, tempore occupatus, poſſumus intelligere. In litteris ad card. Sirletum die 2. oct. hujus anni 1565. Mediolano datis, *Dubito*, inquit Pogianus, *che aggiongendoſi a queſta cauſa altre facende, che ogni dì ſi ſcuoprono maggiori, la ſtanza noſtra fuor di Roma non ſia più lunga di quello, che penſava. ſia lodato Dio d'ogni coſa ... Deſideravo molto di andare a caſa mia, che è da qui lontana una giornata, per veder mia madre & gli altri ... ma il cardinale non vuole, ch'io mi parti prima, che ſia finito 'l ſinodo.* De ſua autem in ea ſynodo opera haec in litteris, ad ipſum Borromaeum die 28. ſept. an.1566. Roma Mediolanum datis, commemorat: *Bacio la mano di V.S. illuſtriſs. poichè ſi è degnata di farmi queſto favore della preſentatione delli volumi ſuoi ſinodali a queſti ſignori illuſtriſsimi della congregatione del concilio, conforme all'honore, che mi fece ricevendomi nel numero delli compilatori.* Denique Ferrius in litteris, ad card. Sirletum die 17. hujus ipſius menſis octobris an. 1565. Mediolano Romam datis, *A' 25. giorni di queſto*, inquit, *ſi farà la ſeconda ſeſſione, & fra tanto ſi fanno continue congregationi,*

vacui temporis, malui tamen eadem hora, qua tuas accepi literas, temere haec ad te dictare, quam hoc officium in liberum scribendi otium rejicere. quod si hujus rationis facultatem c forte (c) a me requires, amorem certe in te non desiderabis; cujus cum hoc tempore majorem habuerim rationem, quam tui de me judicii, alias etiam expectationi tuae satisfacere conabor. A Marco Montano ac Jo. Baptista Lilio tibi salutem plu- d rimam refero. Vale Mediolani. VI. (d) id. octobris. M. D. LXV.

JULII

ni, che durano tutto il giorno & gran parte della notte; di modo che tutti si strachano, eccetto il card. Borromeo, il quale miracolosamente resiste .... Il signor Pogiano lo saprà ben dire a V.S. illustriss. quando sarà costì: che credo non gli potrà scrivere, per essere tutto occupato in questo concilio.

(c) *fortasse* exempl Emendavi. Vide epist. *Georgii* d. 3. maji 1560.

(d) *quinto* cod. barber.





JULII POGIANI
EPISTOLAE
ANNO M. D. LXVI. SCRIPTAE.

I.

Julius Pogianus Tiburtio Lignano.

De eloquentiae praestantia. De suo ad urbem reditu, deque injucunda romana commoratione. 24. jan. 1566.



IRREPSIT in mentes parentum (a) dicam eorum, qui se ad literas applicant, an studiosorum? ea perversitas, paucorum ut jam in eloquentiae studio versetur industria. alii se conferunt ad medendi magistros, plerique student juri civili, pecuniae videlicet aucupio, non elegantis doctrinae studio delectati. ergo desertam lugemus viam liberalium artium, infatuata, & opinionum erroribus imbuta juventute. quo in genere, ut ego multorum vicem doleo, sic tibi isto & animo & consilio gratulor, qui splendore & pulchritudine captus eloquentiae, studiorum fructum mentis ornatu & linguae elegantia metiris. macte. istam

 enim

(a) Ignorare se Pogianus ostendit, parentibus ne, an liberis tribuendum esset, quod litterarum studiosi, magis quam eloquentiam, quaestuosiores alias quasdam artes sua illa aetate sequerentur. idem hac nostra quoque aetate, pari parentum ac liberorum, quemadmodum tunc, consilio & voluntate, contingit, neque contingere umquam desinet, quoad eloquentiae aeque magni, ac caeteris illis artibus, fructus atque utilitates proponantur. culpam igitur hujus rei, siquidem culpa est, non parentes, neque liberi, sed iniqua temporum conditio & vulgi judiciorum perversitas sustinet.

enim dicendi facultatem, cujus te amore incensum esse & antea
vidi coram, & nunc ex humanissima tua epistola libenter intel-
lexi, viri doctissimi non solum virtutem, sed etiam sapientiam
appellarunt. Quod scire aves, an ad urbem salvus advenerim:
b equidem Romam redii (*b*) corpore etiam firmiore, quam tum
c fuerim, cum hinc profecti sumus (*c*), sed animo sic contur-
bato, ut proximam peregrinationem nostram via deterrima, &
praecipiti illo apennini itinere, anteferam hujus urbis domicilio,
quo nullus mihi erat in terris locus jucundior: neque vero ob
d eam causam, ut nonnulli fortasse existimant, quod is pontifex (*d*)
e cessit e vita, a quo pro meo jure non vulgarem laboris mei (*e*)
fructum poteram expectare (nam in hac fortuna me diuturna
quaedam exercitatio mea haec jam contemnere docuit), sed
quod, multam salutem barbarae & lectioni & scriptioni cum me
f dicturum aliquando sperarem, repente in idem pistrinum (*f*)
detrudor; ut eundem me poeniteat interdum cum bonis latini-
tatis auctoribus ullam habuisse rationem, quod jucundissimam
eorum consuetudinem tanto intervallo revocare mihi non liceat.
incredibile enim est, quam sit acer quasi morsus quidam inter-
missae hujus humanissimae voluptatis. Sed nimis multa de me:
ad te redeo. valde amo amorem tuum, tibique mutuam vo-
luntatem meam & par studium polliceor ac profiteor. a te vero
peto, ut religionem ac virtutem diligentissime colas, eloquen-
tiae laudem habeas proximam. quo studio, meo quidem ani-
mo, nullum est nobili juvene dignius. Vale. Roma. IX. Kal.
g februarii. M. D. LXVI. (*g*)

II.

(*b*) Ex Insubria.

(*c*) Profectus cum card. Borromaeo fuerat Kal. septembr. superioris anni 1565.

(*d*) Pius IV. qui die 9. dec. ejusdem anni obierat.

(*e*) Labores, quos Pii IV. jussu Pogianus susceperat, hi potissimum fuerant: cardinali Borromaeo in epistolis scribendis suam operam amplius biennium addixerat; catechismum romanum latinitate donarat; breviarii romani historias antiquas retractarat, novas confecerat; cardinalium, concilii tridentini interpretum, nomine responsa non minus anno reddiderat.

(*f*) *pristinum* exempl. Gratianus emendavit. Cicero I. *de orat.* c. 46. *Quibus omnibus una paene repelli voce oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina rerumque majorum scientia, ac tantum in judicia & conciunculas, tamquam in aliquod pistrinum, detrudi & compingi videbam.*

(*g*) 1560. cod. vatic.



II.

N. N. (*a*) Henrico Cardinali Lusitano. (*b*) *a b*

Gratulationi de cardinalatu respondet. 6. mart. 1566.

GRatulatio tua honoris mei, quo, Dei benignitate, Piique (*c*), ejus vicarii, beneficio sum affectus, eo mihi jucundior fuit, quod ab eo profecta est, quem, propter singularem religionem reliquasque virtutes, regia summaque nobilitate dignissimas, semper & amavi plurimum & sum admiratus. quare fit etiam, ut, si quid laetitiae possit esse ex hoc gradu dignitatis, quem cum tanta muneris onerisque necessitate conjunctum esse intelligam, id maxime sit ex eo, quod te unum ex collegio nostro in primis vel absentem intueor, qui, dignitatem sustinens oneris amplissimi, caeteris exemplum sis tuendi sui muneris. ego Deum precor, ut me sic regat, & ad voluntatem suam conformet, ut ei rationem officii, quod gravissima haec persona postulat, probare possim. tibi eximium certe studium, debitamque a me observantiam praestabo; cujus humanissimas literas augusto mense datas, mihi extremo februario aliquando redditas esse, doleo, quod serius & tanta tua in me humanitate fruor, & tibi literarum hoc officium persolvo: cui incolumitatem & salutem optare & precari non desino. *c*

III.

(*a*) Cardinalis Sirleti nomine fuisse hanc epistolam a Pogiano scriptam, suspicor. in aprili superioris anni mense multas ejusdem Sirleti, similiter occultato nomine, litteras attulimus. sed hanc inter eas recensere non potuimus, quod non ad illum annum pertinere animadverterimus: de qua re infra dicemus.

(*b*) Henrico, Sebastiani, Lusitaniae regis, patruo. de quo vide Vol. III. p. 410. & 424.

(*c*) Etiamsi non Sirleti nomine, qui a Pio IV. die 12. mart. an. 1565. cardinalis renunciatus fuerat, scripta esset haec epistola, tamen, non nisi eumdem Pium IV. significari hoc loco, intelligere deberemus. nam toto Pii V. qui Pio IV. successit, pontificatu, nullius cardinalis, nisi Michaelis Bonelli, potuit Pogianus hujusmodi litteras scribere, hujusmodi, inquam, qualesque has esse videmus, scriptas nimirum non eodem, quo ipsa cardinalium creatio contigerat, anno, sed consequente. id quod ex illo earum loco perspicuum est, *cujus humanissimas litteras* augusto *mense datas*, *mihi extremo* februario *aliquando redditas esse*, *doleo*. cardinalis autem Bonelli nomine scriptae a Pogiano litterae, quibus cardinalis hujus lusitani gratulatoriis de cardinalatu respondit, exstant, easque continuo post hasce proferemus. jam Pius V. post Bonellum die 6. mart. an. 1566. cardinalem creatum, nullos alios cardinales ante diem 24. mart. an. 1568. creavit; quo ipso anno Pogianus obiit: ut propterea nullius eorum nomine hae litterae, anno post creationem, de qua heic agitur, datae, potuerint ab eo scribi.

III.

a Michaël Bonellus Card. Alexandrinus (a) Henrico Card. Lusitano.

Idem argumentum.

5. apr. 1566.

MUltum sane tibi debeo, qui, tantus & princeps & cardinalis, praesertim cum ego nullum adhuc tibi aut specimen mei dederim, aut studium vel operam meam navarim, adeo

(a) Fr. *Michaël Bonellus*, inquit ejus *Vitae* in Ciacconii opere scriptor, *Pii ex Gardina sorore, Boschi dioecesis dertonensis, anno reparatae salutis* 1541. *ex honestis parentibus natus, ac honestis moribus imbutus, ad sacrum fontem Antonii nomen a parentibus accepit, litteris humanioribus Romae in collegio germanico vacavit, & in ipso juventutis flore, magni avunculi sui Michaëlis Ghisilerii vestigia sectari cupidus, relicto humilioris vitae instituto, cui fuerat pridem ab eodem addictus, mente divinitus admonita, sacrum S. Dominici ordinem in monasterio Sanctae Mariae super Minervam Romae professus est; ubi, Antonii nomine rejecto, Michaëlis assumens, vitae exemplo morumque modestia mirabilis.... plurimo apud omnes in pretio habebatur... Michaël Ghisilerius... Pius hujus nominis quintus appellatus, ut tantam rerum ecclesiasticarum molem commodius ferre posset, toto cardinalium senatu adhortante, pronepotem suum, Perusiae theologicis studiis intentum, Romam venire jussum, pileo, quem ipse gestaverat, ejusdemque ecclesiae S. Mariae super Minervam titulo, atque Alexandrini cognomine. ac provincia universa* (fort. *universi*) *status ecclesiastici administrandi annos tantum viginti quinque natum, decoravit. &c.*

Superiora illa *Pii ex Gardina sorore* sibi quid velint, quis sciat? sunt certe mendosa, & aliquam a typographo praetermissam vocem omnino desiderant, puta *nepos* aut *pronepos*. etsi enim *alicujus* neque *nepos* neque *pronepos ex sorore* aut *fratre* quisquam satis latine dicatur, sed *sororis* aut *fratris* sive *nepos* sive *pronepos*, tamen haud aliter quam illo modo recentiorum plerique, priscae latinitatis minus retinentes, loquuti sunt. at in Bonelli elogio, quod in aede S. Mariae super Minervam illius sepulcro card. Petrus Aldobrandinius inscribendum curavit, religiose in ea re veterum latinorum consuetudini servitum est: quod elogium, quale in eodem Ciacconii opere perscriptum est, hoc loco subjiciam:

Fr. Michaëli Bonello Ord. Praed. S.R.E. Card. Alexandrino, episcopo Albanensi, Pii V. ex eodem Ordine sanctissimi Pontificis Sororis Nepoti, ab eoque ad gravissima Sedis Apostol. negocia moderanda adhibito, Legato Sacri Foederis iniendi (fort. *ineundi*) *causa ad Reges in Galliam, Hispaniam, Lusitaniam, cunctis a se pro Reipublicae* (fort. *Republica*) *susceptis strenue ac feliciter perfuncto, religionis, prudentiae, integritatis, eximiaeque virtutis laude praestantissimo. Vixit annos* LVI. (fort. LVII.) *menses* IV. *dies* VI. *Obiit* IV. *Kal. apr.* MDXCVIII. *Quod illi monumentum, ob Joannem Aldobrandinum fratrem in sacrum Collegium a Pio cooptatum, aliaque ejus avunculi in se, familiamque suam merita, Clemens VIII. Pont. Max. instituerat, Petrus cardinalis Aldobrandinus S.R.E. Camerarius, gratam patrui voluntatem secutus Collegae opt. Pos. Ann.* MDCXI.

Fuit autem Pii V. soror, auctore Panvi-

adeo honorifice de me sentias, ut etiam ipsi pontifici max. gratias agas, non solum mihi de cardinalatu meo gratulere. in quo primum Deum precor & assidue precabor, ut suum in me beneficium cumulare velit, quo gravissimam hanc cardinalis personam, quam mihi tu quidem merito meo impositam esse perbenigne scripsisti, vere possim sustinere. qua in re, spero, me plurimum adjuvabit hoc, mihi maxime propositum, ejus (*b*) exemplum, a quo sum in amplissimum vestrum collegium

Panvinio, Gardina, ita fortasse appellata, quod alicui ex Gardinorum gente nupsisset: cui Gardinae tres filias fuisse Fr. Archangelus Caraccius in ejusdem Pii V. *Vita*, Papiae an. 1617. edita, cap. XIV. pag. 96. memoriae prodidit his verbis: *Haveva* (Pio V.) *tre nipote, figlie di una sua sorella: una, che si chiamava Domenina* (sic), *moglie di Marco Bonello; l'altra Paulina, moglie di Giberto Giberti; la terza Catarina, moglie di Giacomo Pecorello. la prima haveva tre figliuoli, Frà Michele, che fu cardinale Alessandrino .... Gieronimo il secondo, e Michele il terzo*. Fuit igitur Michaël Bonellus hic noster, ex Domenina, Gardinae, Pii V. sororis, filia natus; ac propterea *Pii V. sororis nepos* ex legitima latinorum consuetudine dicendus est.

(*b*) Pium V. intellige, magnum avunculum suum, a quo sanctissimo pontifice, creato die 7. jan. hujus anni 1566. creatus cardinalis ipse fuerat die 6. mart. ejusdem anni. Non exemplo autem modo, verum etiam institutione atque praescripto Pius V. sororis suae nepotem hunc ad cardinalatus officia erudivit. de qua re aliquot Joannis Polanci ad Hosium litterarum particulas, ex *Tabulario eccl. rom.* pag. 410. & 426. depromtas lubet afferre. triduo post hujus cardinalis creationem, hoc est die mensis martii nono, Roma in Poloniam scribens Polancus, *Tertium*, inquit, *habebat* (Pius V.) *nepotem, qui, ante aliquot annos ex eodem collegio germanico egressus, religioni Sancti Dominici se addixerat, bona cum venia pontificis, qui tunc Alexandrinus cardinalis erat. hunc ergo nepotem jam sacerdotem, qui theologiae operam dare coeperat, primarii quidam cardinales in suum collegium cooptari cupientes, pontificem urgebant, ut ad hunc dignitatis gradum illum promoveret. restitit saepius pontifex. sed, cum regis Philippi legatus sui principis nomine id multas ob causas, ad commune bonum ordinatas, peteret, cumque nudius quartus in consistorio omnes simul cardinales pontificem aggressi essent, duasque sibi gratias concedi postulassent, alteram, ut praedictum nepotem cardinalem crearet, alteram, ut rubrum pileum eidem, licet monachus esset, concederet: tunc demum pontifex, quod ad electionem nepotis in cardinalem pertinebat, se illorum conscientias onerare dixit; quod ad pileum attinet, nulla ratione se concessurum affirmavit, sed, ut monachus erat nepos, ita monachali habitu incederet: & ita res est consequuta. Cum autem multi in familiam novi cardinalis adscribi cuperent, significavit pontifex, nolle se quemquam admitti, nisi quem ipse designasset, ut, non solum probati, sed etiam pauci in nepotis familiam admitterentur: velle enim se, pauperem inter cardinales esse suum nepotem, sicut & ipse fuerat*. Die autem 2. novembris ejusdem anni 1566. Roma item in Poloniam ad Hosium scribens Polancus, *Paucis*, inquit, *abhinc diebus scripsi D. V. illustrissimae, & misi apertas litteras de rebus summi pontificis. nunc autem edicta quaedam, ad cleri romani reformationem pertinentia, quae hac hebdomada emanarunt,*

c legium cooptatus; quo intuendo (*c*), quantum mihi oneris cum
honore hoc adjunctum sit, oblivisci non potero. multum etiam
incitabit me non solum laus, a te mihi tributa, quam ego sapientem officii mei admonitionem interpretor, sed studium imitandi vitam & actiones tuas, in quibus imaginem quandam
d optimi & antistitis & principis expressam videmus (*d*). ego vero,

runt, mitto. exemplo autem cardinalis Alexandrini alios submonere voluisse videtur. cum enim ad ejus habitationem descendisse, & lectum quemdam sericum & oulae (fort. *aulaea*) *nescio quae in cubiculis circumspexisset, interrogavit cardinalem*: Quid tibi pauperi monacho cum hujusmodi ornatu? *Respondit ille, magistrum domus illa, se non petente, ibi collocasse. Tunc pontifex auferri statim jussit. &, licet tantundem aliis non injunxerit, quid sibi placeat, satis compertum reliquit.*

(*c*) *in tuendo* exempl. Emendavi. Refertur autem ad superiorem vocem *exemplo*.

(*d*) Quam vere haec de Henrico cardinale dicantur, Duardi Nonnii, sive Nunnii, aequalis, atque adeo familiaris, scriptoris testimonio intelligi volo; cujus verba, universam hominis historiam breviter complexa, describam: *Fuit Henricus Lusitaniae princeps, primum archiepiscopus bracarensis, postea eborensis, tertio olyssiponensis, quarto iterum eborensis, quinto etiam legatus summi pontificis in fratris* (Joannis III.) *& nepotis* (Sebastiani) *regnis, sexto regni gubernator, & regis* (ejusdem Sebastiani) *tutor, postremo rex. idem per omnem aetatem fuit vitae castissimae; nec ullum flagitium aeque exosum habuit, quam libidinem. unde publici concubinatus convicti, nulli impunes; cujuscunque essent ordinis aut conditionis .... Quo tempore pro Sebastiano nepote pupillo clavum regni tenebat, leges recentiores dispersas, & judicibus ob id ignotas, in methodum & libros redigi, & alias corruptas emendari curavit: eoque in re nostra opera usus est, magna reip. utilitate ... In magistratus etiam cujuscumque generis & gradus quaestiones decrevit, & in culpa deprehensos partim pecunia mulctavit, partim officio summovit; nonnullos post aliquod intervallum, ne ignominia missi viderentur, aetatis praetextu rude donavit, omnes denique in officio continuit.* Hactenus *principis imaginem*, quam Pogianus dicit, in Henrico vidimus; nunc *antistitis* etiam videamus. *Sacerdotii officium optime semper exercuit; & rex factus, dum per valetudinem licuit, missae sacrum celebravit in privato sacello, uti ante regnum sueverat. religionis & fidei negocia, cujus summum gessit magistratum, tanta industria & integritate tractavit, conquisitis ad id viris optimis & doctissimis, quorum opera usus est, ut, secundum Deum, ei videatur acceptum ferendum, summum religionis studium, quo Lusitania inter omnes alias orbis provincias eminet. Per universum Portugalliae regnum, cujus omnes metropolitanas ecclesias gubernavit, sacerdotum mores composuit; nec nisi melioribus & benemeritis sacerdotia contulit. ad id autem collegium instituit Eborae magnificentissimum & celebre, quod societatis Jesu religioni tradidit gubernandum; in quo non solum theologia & liberales disciplinae, sed honestissimi mores docentur: unde transtagana illa provincia optimis & eruditis sacerdotibus abundat. Multa praeterea, ab eo ad divinum cultum optime instituta, omittimus. Obiit Almerini ultima januarii die, quo & natus est, eo temporis spatio, quo luna maximam eclipsim patiebatur, anno 1580. & ibi depositur ad annum 1582. quo rex Philippus*

ro, quae ab hominibus nostri ordinis, tui observantissimis, tibi

lippus eum in bethleemiticum fanum deferri, & sepeliri curavit. vixit annos 67. regnavit annum unum, menses V. *dies* V. Sed de aetate, qua mortuus est Henricus, Nonnio non convenit cum anonymo, cujus apud me ms. commentarius adservatur, res, sane memorabiles, quae illius regis mortem proxime consequutae sunt, complectens: quem, utpote hominis, qui rebus ipsis interfuerit, lectoribus, ut arbitror, placiturum, etsi alicubi librariorum certe vitio corruptum, hoc loco subjicio. *Il serenissimo rè di Portogallo Henrico morse in un luogo suo di caccia in campagna, chiamato Almeirìm a li* 31. *di gennaro, fra le cinque & sei hore di notte, nel mezzo de la congiuntione de l'ecclisse de la luna, la quale fu grande. dicono, che nel medesimo giorno & hora, che morse, nacque: che fu del* 1512. *di maniera, che finì li* 68. *anni de la sua vita. Il primo dì di febraro s'aperse il suo testamento; nel quale lascia per suoi testamentarij l'arcivescovo di Lisbona, che già fu suo secretario, Francesco de Saa, suo cameriero maggiore, & il suo confessore, padre jesuita, nominato Don León* (Henriquez). *Ordina in prima, che il suo corpo sia posto in deposito ne la cappella di quel palazzo d'Almeirìm, & di poi col tempo sia portato al convento di Belèm de l'ordine di S. Hieronimo, vicino una lega a Lisbona, luogo fatto da suo padre* (Emanuele), *& sepultura de tutti i suoi fratelli* (Michele, Ferdinando, Luigi, Odoardo, Carlo, Giovanni, e Alfonso): *& più dichiara, che, non havendo potuto in vita sua dichiarar a chi tocca la successione de quei regni, causato non tanto dal male & sua vecchiaja, quanto da li molti impedimenti, che di continuo ha havuto sopra varij negotij, vuole & comanda, che li cinque governatori & defensori, che haveva nominato per quei regni, facciano, che gli undeci giudici, che lascia nominati in tre polize, una ne la camera de la città di Lisbona, l'altra ne la chiesa cathedrale de la medesima, & l'altra nel convento di S. Dominico del medesimo ordine, con commissione, che non si debbano aprir, se non dopo la morte sua, & per mano de li sopradetti cinque governatori, quali sono l'arcivescovo di Lisbona, D. Giovanni Mascharenhas, maggiordomo maggior suo, Francesco de Saa, suo cameriero maggiore, Diego Lopez de Souffa, governatore di Lisbona, & D. Giovanni Tello di Meneses, che fu già ambasciatore a Roma prima di quel che di presente vi assiste. Li nomi de li giudici non si sanno, perchè da li governatori non si è mandato per ancora per le polize. Li cinque governatori si stantiano in Almeirìm, & hanno mandato Martino Gonzalez da Camara, già del consiglio dello stato, a Santarèm; dove son tutti quelli, che son venuti per conto de la dieta, per far intendere. a li tre stati, cioè prelati, nobiltà, & popolo, che vivessero di buon animo & quietamente, che le cose si trattarian o con maturo consiglio & con buona giustitia & pace: & così tutti si quietarono, rispondendo, che obediriano in tutto; ma che pregavano li governatori, che si volessero transferir d'Almeirìm a Santarèm, per poter più comodamente trattar le cose, che occorressero; massime che tra l'uno & l'altro di questi luoghi non vi è di mezzo altro che il fiume Tago. Il medesimo officio hanno fatto per lettere a le città & luoghi principali: quali tutti vivevano con molta quiete & pace, & senza alcuna novità. Il duca di Braganza, & la serenissima donna Catherina sua moglie, la notte medesima, che passò il rè a meglior vita, mandarono un loro gentilhuomo al duca di Offuna & a l'ambasciatore di sua maestà catholica, residente*

praesto sunt, ita semper cumulata tribuam, ut, in voluntate tibi

sidente quì in Almeirìm, ad offerir a loro eccellenze, che, se per qualche rispetto, o temendo d'alcuna cosa, le fosse parso di transferirsi a la sua casa, non mancariano di servirli come le sue proprie persone; & , se anco volessero star in casa loro, & giudicassero d' haver bisogno di guardia, glie lo facessero sapere; che non mancariano di compiacerli, & di servirli in ogni cosa. Li medesimi duca, & donna Catherina di Braganza, il primo di febraro mandarono a far officio con li cinque governatori, che loro stavano prontissimi per obedirli sempre in ogni cosa, & che, se per servitio di quel regno & de le loro persone occorreva guardia o altra cosa di sua casa o stato, s'offerivano di servirli sempre ad ogni minimo comandamento. Li cinque governatori hanno eletto per loro ambasciatore al rè catholico il vescovo di Coimbra, frate di S. Agostino, gran theologo, che si trovò nel concilio di Trento allhora come vescovo di Lorien (corr. *Leyria*. & certe in catalogo episcoporum, qui ab Julio III. creati concilio tridentino interfuerunt, recensetur „ Gaspar de Casal, lusitanus, ord. S. Augustini, episcopus leiriensis „), *& uno de gli eletti de li trenta de li stati de la nobiltà, & Manuèl de Mello, cavalier molto principale, nobile & honorato, a far sapere a sua maestà catholica la morte di quel rè, & come loro vivevano con molta quiete & pace, & che prima che si chiamassero li giudici, volevano far saper a quella, se si contentava di star al loro giuditio, certificando sua maestà catholica, che in questo giuditio si procederia con matura consideratione & con buona giustitia, non meno che se tutti fossero proprij servitori di sua maestà; pregandola di non voler perturbar la quiete & pace di quel regno. Li cinque governatori a li cinque di febraro spedirono D. Georgio di Meneses con . . . re maggiore del regno; huomo bravo & molto esperto ne le cose marittime, a Lisbona, con ordine, che andasse a guardar quel porto di Lisbona con cinquanta galeoni & alcune navi grosse, ben proviste di munitioni, d'huomini & d'artiglieria, tutta eletta de la militia de la detta città & suo contorno; & si trattenesse con questa armata fra le castella, che sono a l'entrata di questo porto, così come in vita del rè era già ordinato. Mandano un'altra armata per guardia del porto di Satunàl* (corr. *Setuvàl*), *che sta lontano di Lisbona venti miglia a la parte di levante, con ordine, che quanto prima sia fatta nel mezzo del canale di detto porto una piazza appresso ad una fortezza piccola, che vi è; dove possino star cinquanta pezzi grossi di artiglieria, per vietar che nessuno navilio possa entrare in detto porto. Fra la città di Cimbra* (fort. *Coimbra*, sive potius *Cezimbra*: quamquam haec appellari *civitas* non debuit) *& Lisbona si trovano già in ordine otto mila cavalli pronti per ogni bisogno, che serviranno così per ajutare le parti marittime, come per tutti gli altri bisogni, che li saranno comandati. & se ben tutti del regno vivono con quiete, nondimeno stanno prontissimi per non patire nè comportare alcuna superchieria nè violentia: non volendo altro che obedire a la giustitia, che si dichiarerà. Dopo la morte del rè, il signor D. Antonio* (Ludovici regis ex pellice filius) *comparve in Lisbona, forse più con animo, che quel popolo si dovesse sollevare a suo favore, che per far l'officio, che si dirà, cioè, mandò un suo gentilhuomo a la camera de la città per farle sapere, che come figliuolo di suo padre era venuto in quella città. Gli fu risposto, che tutti erano servit. i affettionatissimi di sua eccellentia, ma che ne le ragioni di quella maestà poteva haver ricorso a li giudi-*

tibi gratificandi & inserviendi, mihi facile delaturus sis principatum. Vale. (*e*) *e*

giudici deputati sopra ciò in Almeirìm, scusandosi, che loro non potevano obedire se non quel tanto, che da li giudici fosse dichiarato. & con questo se ne ritornò a Santarèm: se ben prima si hoveva cercato il favore & ajuto di molti gentilbuomini suoi amici, per poter entrare in Lisbona accompagnato. ma questo hebbe il medesimo effetto, che s'è detto del sopradetto sollevamento. tuttavia si trattiene in Santarèm con quiete & pace, se ben non ha prestata la obedientia a li cinque governatori; sì come ha fatto la serenissima donna Catherina, & il duca di Braganza, con dir, che la causa de la … legittimamente è rimessa al nuncio apostolico & a l'arcivescovo di Lisbona, & ancora non è dichiarata. Reliqua, ad novi regis electionem pertinentia, cognoscere qui voluerit, is adeat Gratiani librum V. *de scriptis invita Minerva* pag.146. & seqq. editionis nostrae florentinae an.1745. Qui quidem Gratianus in eo tamen errasse deprehenditur, quod Henricum hunc *septuagenario majorem* regnare coepisse affirmarit, eum, quem morientem non excessisse sexagesimum octavum aetatis annum reliqui omnes historici prodiderunt.

(*e*) Cur ad aprilem anni 1566. hanc Michaëlis Bonelli, qui proxime superioris mensis die 6. cardinalis creatus fuerat, epistolam retulerim, facile per se ipse lector intelligit. Neque tamen dissimulabo, hujus ipsius epistolae exemplum in vaticani tabularii quodam codice pag.435. nuper repertum esse, die 28.sept. an.1567. datae. At adduci non potui, ut eam hoc loco, quem ipsi jampridem dederam, moverem. non enim persuaderi hoc mihi potuit, Henricum annum & sex menses Michaëli de cardinalatu gratulari distulisse.

IV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Paulo Sadoleto Episcopo Carpentoractensi.

Idem argumentum.

t. jun. 1566.

EGO tuam in isto & gratulationis munere constantiam (*a*), & literarum officio prudentiam laudo & admiror, qui non tam honori, quam dignitati, & magis eorum virtuti, qui or- *a*

O 2 nati

(*a*) Fortasse Sadoletus scripserat, se, non statim ut quisque renunclatus cardinalis esset, solitum esse illi per litteras gratulari, sed tamdiu gratulationem differre, quoad idem praeclara aliqua cardinalatus actione suscipienda, dignum se, cui tantum munus demandaretur, ostendisset: quod quum a Bonello praestitum in multis jam rebus fuisset, persolvere se nunc illi demum gratulationis officium. Hanc igitur gratulandi non praepropeream rationem, a Sadoleto in suis ad Bonellum quoque litteris servatam; *constantiam in gratulationis munere* Pogianus appellat. Ad eamdem sententiam referri videntur illa, quae infra dicuntur: *Utinam modo aliquid a me actum sit in hac administratione tanti muneris, quo tua ista gratulati onis maturitas comprobetur*.

nati sint ; quam illorum benignitati , qui in ipsos ornamenta contulerunt , gratulere . qua in re nunquam sera gratulatio esse potest . praeclara sane ratio , & episcopo , & maxime Sadoleto episcopo , digna ! utinam modo aliquid a me actum sit in hac administratione tanti muneris , quo tua ista gratulationis maturitas comprobetur . in quo etsi intelligo , te humanitate quadam esse provectum , qui mihi tribuas ea , quorum potius ardens quoddam studium & voluntatem , quam facti laudem agnoscam , tamen gaudeo , tibi hoc meae laudis argumentum vel causam vel certe occasionem fuisse ad ea mihi tradenda officii praecepta , quibus ad eam personam , quam sustineo , nihil aptius scribi potuit . intuebor igitur , quemadmodum tu sapienter & amice admones , hoc Pii V. pontificis max. exemplum , omnibus
b quidem , sed mihi praecipue (*b*) , ad imitandum propositum . qua in cogitatione , quod ille semper facere solitus est , consilia & actiones meas , quantum in me fuerit , referam ad Dei glo-
c riam , & ad salutem sociorum (*c*) , ipsumque precabor assidue Deum , me ut rectis sensibus euntem ad suam conformet voluntatem . quo in genere ut mihi praesto fuit prudens tua admonitio , sic , ut piae preces ne desint , a te etiam atque etiam peto . ego vero tibi , pro tuo isto & de me judicio , & in me animo ac voluntate , mutuum studium & egregiam operam
d meam profiteor atque polliceor . Vale . (*d*)

V.

(*b*) Propter sanguinis communionem .

(*c*) *Socios* dicit , quos christiano more *proximos* usitatius appellamus , graece τὸν πλησίον , sive πλησίους .

(*d*) Inscripta erat haec epistola in exemplari *Jacobo Sadoleto &c.* neque aliter in codice vatic. sed , quo tempore scripta est , eo praeclarus ille carpentoractensium episcopus Jacobus jampridem obierat , die nempe 18.oct. an.1547. Paullo III. qui eum cardinalem die 22.dec.an.1536. crearat, summo pontifice . *Adjutor* autem , inquit Antonius Florebellus in egregio de ejus vita commentario , *ad regendam carpentoractensem ecclesiam , cum jam senex esset , ut sibi Paulus Sodoletus , fratris patruelis filius , daretur , a Clemente* (VII.) *impetravit . idque non tam propinquitati a se datum dicere solitus est , quam adolescentis ingenio atque virtuti* . Huic igitur Paullo Sadoleto , Jacobi Sadoleti fratris patruelis filio , datas esse has litteras necesse est . cui propterea , neglecta , in hac quidem re , codicum , quos dixi , auctoritate , inscribendas curavi . Scriptas autem non ita paullo post cardinalatum , qui Bonello delatus est die 6. mart. an. 1566. ex illis facile intelligimus ; *qua in re nunquam sera gratulatio esse potest . . . Utinam modo aliquid a me actum sit in hac administratione tanti muneris , quo tua ista gratulationis maturitas comprobetur*. Caeterum hanc ipsam epistolam per aestatem hujus ejusdem anni 1566. scriptam suspicor .

V.

Julius Pogianus Octaviano Ferrario. (a)

Litterarum tarditatem excusat: suum relinquendae urbis consilium aperit: urbana quaedam acta nunciat. a 21. jul. 1566.

CErtum consilium ad te aliquid scribendi meum ex eo die, quo a digressu tuo (b) redii ad urbem (c), quam multa adhuc impedierint, ea re non expono, quia non dubito, quin tibi b c

(a) Exstant ad Octavianum hunc Ferrarium quinque Paulli Manutii epistolae, nimirum libri V. tertia, undecima, duodecima, decimaquinta, & libri X. undecima. ad eumdem Pogiani quattuor, ex nostro exemplari & ex codice vaticano, totidemque Octaviani ipsius ad Pogianum responsiones, ex codice barberiniano descriptas, suo quamque loco deinceps proferemus. eas omnes qui legerit, haud pauca de homine scitu dignissima cognoscet: de quo quae Philippus Argelatus V. C. in *Bibliotheca scriptorum mediolanensium* artic. 772. tradidit, non omnia aeque certa mihi videntur esse. *Octavianus*, inquit, *Ferrarius, quem perperam Morerius in Lexico cum Octavio confundit, de quo mox dicemus, ex eadem cum illo familia, Hieronymo patre Mediolani anno* 1508. VII. *Kal. oct. natus est .... Annos Patavii quatuor commoratus, in patriam regrediens usque ad annum* 1586. *quo sexagesimum octavum aetatis annum agens obiit.* Aut non *sexagesimum*, sed *septuagesimum, octavum aetatis annum* obiens anno 1586. Ferrarius agebat, aut non anno 1508. natus fuerat, sed 1518. quod verum puto; ut est a Niceronio aliisque proditum. Jam, si in eadem *Bibliotheca* quaeras, cujus *Hieronymi* filius Octavianus hic fuerit, frustra quaeras. id reperies in opere Mediolani edito anno 1670. atque ita inscripto: *Atenea de' Letterati Milanesi adunati dall'Abbate D. Filippo Picinelli Milanese ne i Canonici regolari Lateranensi.* in cujus operis pag. 339. *Non so qual oratore*, inquit Picinellius, *formando un panegirico a Filippo rè di Macedonia, disse, che bastava per sua suprema lode, che fosse stato padre del grande Alessandro. sentenza molto calzante all' encomio di Girolamo Ferrari, alle cui glorie basterebbe il ricordare, che di lui figliuolo fusse quell' Ottaviano, che fu un mostro di letteratura, di cui a suo luogo* (pag. 439.) *diremo*. Hic autem *Hieronymus*, de quo Picinellius agit, & quem Octaviani hujus nostri patrem fuisse dicit, est Hieronymus ille Ferrarius, cujus uberrimas illas atque doctissimas *Emendationes in Philippicas Ciceronis* habemus, ad Paullum Manutium missas, ab eodemque Manutio suis typis an. 1542. Venetiis editas. Atqui Argelatus Hieronymum hunc Octaviani nostri non patrem, sed filium esse vult. ait enim in eadem illa *Scriptorum mediolanensium Bibliotheca* de Hieronymo Ferrario agens artic. 763. *Octavianum Ferrarium, quem ob eruditionis gloriam suo loco* (art. 772.) *paulo post commendabimus, & Juliam item Ferrariam, mediolanenses conjuges, Hieronymus parentes habuit ... Pauca tamen ex eruditis ejus laboribus nobis superfuere, nimirum Emendationes in Philippicas Ciceronis, cum epistola auctoris ad Paulum Manutium, Aldi filium, data Romae

tibi quoque futura sit eorum injucunda commemoratio, quae mihi usu permolesta acciderunt. tantum dicam, per occupationes meas non licuisse mihi ad hanc diem tibi persolvere officium literarum, debitum suavissimo studio & amori in me tuo: quo minus autem tantae humanitatis, quanta me istic complexi estis, memoriam conservarem, nihil interpellavit. itaque d e tibi, Caprae (*d*), Crucio (*e*) & apud cardinales Sirletum & Alciatum

mae anno 1542. Non anno 1542. sed 1541. nonis jan. data ea epistola in manutiana illa anni 1542. de qua dixi, editione conspicitur. necesse est autem, opus ipsum, ab Hieronymo ad Manutium initio anni illius 1541. missum, fuisse jam ante, puta anno 1540. ab suo auctore perfectum: quo quidem anno 1540. Octavianus non nisi vicesimum secundum agebat annum, natus videlicet, ut supra dictum est, anno 1518. Huic igitur adolescenti ac paene impuberi potuitne esse illo anno 1540. non dicam filius (qui certe potuit), sed ejusmodi filius, qui tanto ingenii acumine, tanto doctrinae atque eruditionis latinae graecaeque apparatu, tanto manuscriptorum codicum undique conquisitorum instrumento, tanta diligentia, tanto studio, tanta praesertim subtilissimi judicii maturitate, Ciceronis orationes emendaret, & emendationum suarum tam accuratam rationem illam ad Paullum Manutium aldinis typis vulgandam mitteret? Non fuit igitur hic Hieronymus Octaviani nostri filius: patrem potius fuisse, affirmanti Picinellio crediderim. illud ego unum affirmare non dubitanter possum, Octaviano nostro patrem, quisquis is fuerit, paullo post Pogiani ex Insubria in urbem reditum, eum, de quo in hac ipsa epistola agitur, decessisse: id, quod ex ipsius Octaviani haud ita multo post afferendis litteris didici.

(*b*) Ineunte, ut opinor, decembri anni 1565. Mediolano, ubi Ferrarius degebat, Pogianus discesserat, quo card. Borromaeum, provincialem synodum acturum, affectatus, IX. Kal. octobr. ejusdem anni pervenerat, Roma Kalendis septembris profectus.

(*c*) Romam Pogianus eodem illo decembri mense pervenerat.

(*d*) Non dubito, quin Barptolemaeus Capra significetur, is, cujus nobilitati ac virtuti insigne testimonium Paullus Manutius dedit lib. III. epist. 19. Cum enim ab eo M. Antonius Muretus per litteras, Patavio Venetias, ut opinor, datas, petiisset, sibi ut aliquem nominaret, cui opus quoddam suum, quamprimum in lucem exiturum, inscriberet, *Nobilitatem*, inquit Manutius, *& virtutem si quaeris, est Bononiae Camillus Palaeottus, Mediolani Bartholomaeus Capra, duo quovis laude, ut ego sentio, excellentes viri. Capram numquam vidi; sed hominum sermone tanti facio, quanti si ille sciat, studio me non dubito quin mediocri* (fort. *haud mediocri*) *complectatur, & in amicitiam plane intimam recipiat... Hi sunt nobis ornandi & diligendi. Crassos quosdam ac Midas numquam omnino nostra meliores oratione faciemus. quin ita despiunt, ita ipsi se ignorant, & ignorari ab omnibus putant; ut in sinu sibi gratulentur, quasi sint, quos esse fingimus; cum nos ea ipsa, quae desideramus in illis, ad cohortandum, non ad laudandum, colligamus. Habes meam sententiam, quos vites, quos deligas. nominare praeterea multos possem, sed incerta ratio est: & illi duo excellunt.* Exstat ejusdem Manutii lib. XI. epistola 3. Kalendis novembr. an. 1571. Mediolano Bononiam ad Camillum Palaeottum, data;

ta; in qua, *Interea*, inquit, *sum in hac urbe*, *&*, *ut video*, *diutius ero*, *quam putabam*, *non tam quia propter anni tempus discedere vix jam licet*, *cum & imbres assidui vias corruperint*, *& ego is sim*, *qui vel levissimis frangar incommodis*, *quam quia duorum virorum*, *omni laude ac virtute circumfluentium*, *Bartholomaei Caprae*, *hospitis mei*, *& Octaviani Ferrarii*, *veterrima mihi necessitudine conjunctissimi*, *singulari doctrina*, *humanitate*, *benevolentia perfruor*. In epistola autem ejusdem libri quarta, ad eumdem Paleottum Kal. febr. an. 1572. indidem data, *Ego*, inquit, *propter frigoris magnitudinem domo pedem efferre adhuc non audeo*. *itaque paucis utor*. *Capra hospes meus*, *& Ferrarius*, *ille quotidie*, *praesertim vespertinis horis*, *hic*, *quantum ei vel a philosophiae studio*, *vel ab amicorum negotiis vacat*, *tantum fere mecum est*. *horum virtus humanitasque facit*, *ut & paucos & pauca desiderem*.

(c) Non alius est hic Crucius, quam Hannibal ille *Crucejus*, ad quem Paulli Manutii epistola 42. libri IV. Venetiis data, exstat, cujus initium est: *Amoris in Octavianum Ferrarium mei caussae sunt veteres sane multae*, *eaeque non leves*, *sed recens haec est gravissima*, *quod ejus opera video factum esse*, *ut me amares*. Est item ejusdem ad eumdem altera, libri XI. octava, Venetiis idib. maji an. 1572. data, cujus particulas aliquot heic describendas existimavi: *Infirmo adhuc corpore*, inquit Manutius, *ob recentem morbum*, *nec mente*, *ut vere dicam*, *satis tranquilla*, *feci tamen*, *ut haec ad te exararem*, *amore impulsus*, *quo te sum complexus ante multos annos*, *cui tu ne quid addi jam possit*, *humanitate tua*, *probitate*, *virtute perfecisti* .... *Ego de te tuorumque valetudine quam saepe quaesierim*, *Ferrarius noster optimus testis est* ... *Ego mihi largior*, *& hoc in prima amicitiae parte pono*, *ne quem coram ambitiosius*, *ne saepe domum eam*, *ne tempus inani sermone conteram*. *ne deducendi aut reducendi laborem & molestiam capiam*. *quae si mihi concedi volo*, *cur ea tibi vel aliis eripiam*? *At etiam purgas te de superiori tempore*, *quod sex amplius mensibus*, *idest quamdiu Mediolani mihi esse contigit*, *ter aut quater ad me veneris*. *Id quidem satis ab Hannibale Crucejo fuit*, *homine publicis muneribus assidue distento*, *domesticis etiam tricis impedito*, *quae nobis*, *qui liberos habere*, *& patres familias appellari pulchrum putavimus*, *negligenda non sunt* .... *Nullum ne munus*, *nullum ne privilegium habet virtus*? *ea vero habet & quidem maximum*, *ne vulgi legibus teneatur*, *ut sui juris arbitriique sit*, *ut se ipsa fruatur*, *ut otio interdum & solitudine gaudeat*. *sint igitur visitationes voluntariae*, *sint gratae semper & jucundae*, *ideo tamen rarae*, *quia perquam raro necessariae*. *facessant haec a nobis vulgaria*, *mi Crucei*, *in quibus non modo officium*, *verum etiam laudem quidam locant*. *ego inepta*, *vilia*, *putida censeo*, *minime digna iis artibus studiisque*, *quae colimus*. Valde optandum est, haec persuaderi iis, qui, otiosi ipsi quum sint, neque, quanta sit studiorum occupatio, sciant, studiosis hominibus non nisi putida ejusmodi officia molestissime praestant, eademque ab illis exigunt iniquissime. Audiant, post Paullum filium, Aldum etiam Manutium patrem in sua ad Andream Navagerium in Ciceronis *de arte rhetorica* libros praefatione: *At mihi*, inquit, *duo sunt*, *praeter sexcenta alia*, *quibus studia nostra assidua interpellatione impediuntur*, *crebrae scilicet literae virorum doctorum*, *quae undique ad me mittuntur*; *quibus si respondendum sit*, *dies totos ac noctes consumam scribendis epistolis*: *& ii*, *qui ad nos veniunt partim salutandi gratia*, *partim perscrutaturi si quid novi agatur*, *partim*, *quae longe major est turba*, *negotii inopia*.... *Mitto*, *qui veniunt recitaturi alii carmen*, *alii prosa oratione aliquid* .... *A quibus me coepi tandem permolestis interpellatoribus vindicare*. *nam iis*, qui

f g ciatum (*f*), & apud Pantagathum (*g*), Manutium, Gámba-
b ram (*h*), aliosque nonnullos & doctos homines & bonos viros saepissime gratias egi, omniaque de vobis honorifica praedicavi; ut, etiamsi magni vos propriis animi atque ingenii laudibus, tamen sitis etiam mea praedicatione clariores. quare, cum ea praestiterim, quae mei arbitrii fuerunt, literas temporibus exclusas, puto, non desiderabis: quarum quae prima facultas fuit, non praetermisi: quinetiam, paululum nactus otii, indicabo tibi consilium meum reliqui temporis. ego, nescio quomodo captus suavitate consuetudinis morumque vestrorum, allectus praeterea istius & magnificentia urbis & liberalitate civitatis, com-
i motus vero etiam amore ac desiderio patriae (*i*), cujus videlicet

qui ad me scribunt, vel nihil respondeo, cum, quod scribitur, non magni intersit, vel, si intersit, laconice... Eos autem, qui vel salutandi vel quacunque alia causa ad nos veniunt, ne posthac molesti esse pergant, neve importuni interpellent labores & lucubrationes nostras, curavimus admonendos epigrammate, quod quasi aliquod edictum videre licet supra januam cubiculi nostri his verbis: QUISQUIS ES, ROGAT TE ALDUS ETIAM ATQUE ETIAM, UT, SI QUID EST, QUOD A SE VELIS, PERPAUCIS AGAS, DEINDE ACTUTUM ABEAS; NISI, TANQUAM HERCULES, DEFESSO ATLANTE, VENERIS SUPPOSITURUS HUMEROS. SEMPER ENIM ERIT, QUOD ET TU AGAS, ET QUOTQUOT HUC ATTULERINT PEDES.

(*f*) Francisci Alciati mediolanensis, & Guilhelmi Sirleti stilensis (de quo homine multa a nobis alibi commemorata sunt) cardinalium *Vitas* conjunctas habes in Ciacconii opere pag.972. & 974. quas vide. Eas ego quum nuper indicandi causa quaererem, forte in Simonis Pasquae cardinalis *Vitam* pag.962. incidi, de eoque illa legi: *Simon Pasqua, patritius genuensis, alias Simeon de Nigris... a Pio IV. romano pontifice, cui medicus inserviit, lunensis, & sarzanensis episcopus anno 1561. renunciatus, ejusdem pontificis jussu concilio tridentino interfuit.* Quod mihi quum tum primum innotuisset, errasse me quodam superioris voluminis loco animadverti. nam pag.259. illam concilii praesidum de card. Seripandi morbo litterarum ad card. Borromaeum particulam cum afferrem, *Il vescovo Pasqua, che ne ha un'amorevolissima, & diligentissima cura, dice &c.* dixi, pro *vescovo* suspicari me *medico* legendum esse; neque enim ullum episcopum, Pasquam nomine, tridentino concilio interfuisse, legere me usquam meminisse. Sane non legeram. nam in episcoporum, qui illi concilio interfuerant, catalogo sarzanensium episcopum Simonem quidem, at non *Pasquam*, sed *de Nigris* appellatum videram, nec, qui de *Nigris* esset, eumdem esse etiam *Pasquam* sciebam. nunc demum scio; & quae aliter olim scripsi, expuncta volo.

(*g*) De Octavio Pantagatho actum saepe a nobis est, praesertim pag.330. vol.III. Sed uberius agemus, ubi ad epist. *Recens* d. 11.oct. an. 1567. qui annus illi vitae supremus fuit, venerimus.

(*h*) De Laurentio Gámbara vide ejusdem Voluminis paginam 331. Infra in exemplari nostro fuit *honorifice*: pro quo edendum curavi *honorifica*.

(*i*) Sunam intellige: quod est oppidulum ad Verbanum lacum, quinquaginta passuum millibus Mediolano distans.

licet me non solum invitabat, sed paene ad se trahebat aspe-
ctus, maxime autem affectus satietate ac fastidio romanae cu-
jusdam operae in scribendo meae alieno arbitratu, abhorrentis
omnino ab ea ratione, quam a puero adamaram, invitus istinc
dolensque discessi. vidisti profecto tu animum in discessu meum,
cum, in cumulum tuae suavitatis, nos illa octo millia (*k*) pas- *k*
suum prosequi voluisti. quare postea in itinere cum de morte
Pii IV. (*l*) pontificis max. nuncium accepissem, in dolore lae- *l*
tatus sum, datum mihi aliquando esse tempus obsequendi ani-
mo ac studiis meis. itaque vos ego spectabam, vobiscum jam
vehementius esse cupiebam. ac, pontifice hoc max. renun-
ciato (*m*), proficiscenteque (*n*) & me istuc liberaliter invitante *m n*
Carolo Borromaeo cardinale, juvenem istum (*o*) veteris plane (*p*) *o p*
sanctitatis secutus essem. sed, dum paro profectionem, ecce tibi
significatio principum (*q*) voluntatis, me ut revocem ad pri- *q*
stinum munus scribendi meum (*r*); ejusque laboris, quae bien- *r*

(*k*) *mille* exempl. Gratianus emendavit. ego autem, pro exemplaris *invitarat*, proxime emendavi *invitabat*.

(*l*) Decesserat Pius IV. die 9. dec. an. 1565.

(*m*) Renunciatus pontifex max. Pius V. fuerat die 7. jan. an. 1566.

(*n*) In exemplari sic erat, *proficiscentique... invitante... cardinali*. Gratianus, in media voce subesse mendum existimans, ex ea fecit *invitanti*. eam ego retinendam, & primam in *proficiscenteque*, ultimam autem in *cardinale* mutandam duxi: hac sententia: „ Et cum, Pio V. pontifice max. jam creato, Carolus Borromaeus cardinalis profecturus ex urbe esset, ut sese Mediolanum ad suum archiepiscopatum referret, meque, ut secum irem, liberaliter invitaret &c „. Reliquerat autem Borromaeus urbem die 29. mart. an. 1566. Mediolanumque intra octiduum, nonis videlicet aprilis, quae illo anno in diem Veneris inciderunt, pervenerat. *Anno salutis* (inquit Rubeus in *Vita S. Caroli Borromei* Mediolani an. 1751. edita, lib. I. cap. 13.) *millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, septimo Calendas* (corr. *Idus*) *januarii Michaël Ghislerius ... pontifex maximus renunciatur ... Pium in primis appellari se voluit, tanquam Borromeo mortui nuper avunculi benevolentiam ipso nomine desponderet .... Electum ita pontificem non destitit statim admonere Carolus de gravissimis rebus .... Digressum inde paranti obsistere mandata pontificis, aegre ferentis, initia regiminis sui tanti viri ope destitui ... Non antea desiit preces iterare, quam sibi discedendi facultas concederetur ... Mediolanum reversus nonis aprilis ... civitatem universam adventu suo recreavit*. Octiduum autem in eo itinere Borromaeum consumsisse, docet Cl. Oltrocchius in sua ad hunc ipsum locum adnotatione.

(*o*) Eumdem Borromaeum significat, octavum & vicesimum aetatis annum tum agentem.

(*p*) *sanctitatis plane secutus &c.* exempl. Verborum ordinem, quem perturbatum a librario credidi, revocavi.

(*q*) Pontificis maximi, & eorum cardinalium, quibus pontificatus administris ille utebatur.

(*r*) Scribendi scilicet litteras cardinalium, concilii tridentini interpre-

tum,

f nio nulla fuerat, ſatis ampla, ut in his rerum anguſtiis (f),
t merces conſtituta. verum nihil tanti eſt, quo (t) multam ſalutem dicam ei & lectioni & ſcriptioni, ſine qua ne ſalus quidem ipſa mihi eſſet jucunda. ſed parendum neceſſitati fuit, quae quanta ſit vel in nutu eorum, qui potiuntur, non ignoras. nunc, migratione impedita, multo etiam acrior eſt cupiditas itineris, ut, niſi ſit reliqua ſpes non ita longo intervallo viſendi vos, deſiderio conficiar, neceſſe ſit. itaque tuae partes erunt
u x (ſi modo idem (u) in me eſſe volueris) videre, ut (x) in urbe tuus

tum, itemque card. Bonelli, qui Borromaeo in ſumma reip. adminiſtratione, Pio V. pontifice, ſucceſſerat, nomine.

(f) Aerarium pontificium paene exhauſtum Pius IV. moriens reliquerat. Stanislaus Clodinius in litteris ad Hoſium die 15. dec. an. 1565. Roma in Poloniam datis, *Summum*, inquit, *pontificem* (Pium IV.) *ſpatio ſex dierum febri continua ac* δυσπνοίᾳ *jactatum, quinto idus menſis decembris, hora vigeſima tertia, magno ſui apud omnes bonos relicto deſiderio, ex hac vita deceſſiſſe, puto ad te per extraordinarios tabellarios perſcriptum eſſe... Pridie ejus diei, quo mortuus eſt, convocatis omnibus cardinalibus, praeter alia, optimo paſtore digna, etiam propinquos ſuos diligenter commendavit, ac ab eis petiit, ut Annibali Emps, nepoti ſuo, centum millia aureorum, nepti ex fratre quadraginta, fratri ſuo decem millia, cardinalibus, quibus parva res eſt familiaris, viginti duo millia, Gabrieli Cerbelloni* (corr. *Serbelloni*) *mediolanenſi decem millia, legatarum nomine, relinquere permittant. quod tum ab omnibus cardinalibus conceſſum fuit: nam ſperabant, magnam pecuniae ſummam in aerario eſſe. ſed, poſtquam cognoviſſent, non niſi ducenta & tredecim millia in aerario extare, omnes, etiam Borromaeo ſuffragante, inſtant, ne legata exequantur. iniquum enim exiſtimant, aerarium omni prorſus pecunia ſpoliari.*

(t) Videtur Pogianus ita ſcribens habuiſſe ante oculos Bruti illud ad Ciceronem in epiſtola, quae eſt inter Ciceronis epiſtolas ad M. Brutum decimaſexta: *Sed nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram & libertatem*, hoc eſt, nullis utilitatibus commodiſque propoſitis adduci potuimus, ut fidem & libertatem venderemus. Similiter Pogianus ait, nequaquam ſe tanti ullam laborum ſuorum mercedem aeſtimare, ut ejus cauſa diutius velit aliorum litteris ſcribendis operam dare, & a jucundiſſima & legendi & ſcribendi ſuo arbitratu conſuetudine abeſſe. Caeterum τῷ *non tanti* non modo *quo*, verum etiam *ut*, idque frequentius, latine reſpondet. Cicero *pro Q. Roſcio Comoedo* cap. 22. *Nam tibi, M. Perpenna, C. Piſo, certe tanti non fuiſſent, ut ſocium fraudaretis.* Coelius lib. VIII. *Famil.* epiſt. 14. *Tanti non fuit Arſacen capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quae hic geſtae ſunt, ſpectaculo careres.* Cornelius Gallus in pernobili illa Elegia ab Aldo Manuccio *e tenebris*, quemadmodum ipſe ait, *primum eruta*, & Florentiae Georgii Mareſcotti typis anno 1588. edita:

Non fuit Arſacidum tanti expugnare Seleucen,
Italaque ultori ſigna referre Jovi,
Ut deſiderio noſtri curaque Lycoris
Heu! jaceat menſes paene ſepulta novem.

(u) Idem videlicet, quem te mihi adhuc in amicitia praebuiſti.

(x) *aut* exempl. Gratianus emendavit.

tuus & Caprae vicinus eſſe poſſim, in ſuburbanis etiam Crucii.
&, niſi forte (*y*) communem hortorum conductionem renun- y
ciaſtis (*z*), fac, quaeſo, mihi ut ſit in triente locus. Cogno- z
ſce nunc res romanas. habemus eum pontificem (*aa*), quo, ſi aa
perpetuae ſalutis, quam exiguae cujuſdam ſalubritatis, cupidio-
res ſimus, nihil nobis contingere potuit optatius. verum, ut,
qui (*bb*) diu quidem, ſed leviter aegroti, morbum potius fe- bb
runt, in quo nec cibo aut potu abſtinendum ſit, nec ulla ju-
cunditate temperandum, quam ut ſemel ſalutarem medicinae
vim experiri velint, ſic ſuperiorum temporum licentia depra-
vati permulti, quaſi titillantem quandam peſtem mordicus te-
nere malunt inſtitutum impudentiſſimi quaeſtus, quam, omiſſa
iniqua conditione pecuniae, tanquam corrupti ſanguinis detra-
ctione ſanari. quare hunc ſacrarum legum tutorem ac vindi-
cem, tanquam ſeveriorem quendam medicum, multorum per-
verſitas ferre non poteſt. ergo deſeritur urbs, jacent pretia ur-
banarum & aedium & rationum, quibus diu nihil fructuoſius
fuit; ut plerique Romae ſolitudinem, praeſertim ab externis
hominibus, brevi fore confirment. utinam ſentina urbis exhau-
riatur! ut aliquando Romae ſit, ſicuti debet, domicilium vir-
tutis atque doctrinae. cujus rei equidem magnam ſpem pono
in hoc Pio V. pontifice max. quem cum illis pontificibus facile
comparo, quos ex faſtis (*cc*) admiramur. quod ſi quid praeterea cc
ſit, quo in urbe delecter, in magna felicitatis parte numerem,
quod in hujus optimi pontificis tempus inciderim. ſed, prae-
ter ea, quae dixi, alia ſunt odioſa ſexcenta: in quibus neſcio
quid mihi recens eſt oneris impoſitum, multorum quidem opi-
nione honorificum, ſed, ut ego ſentio, graviſſimum: quod re-
ceptum iniquiſſimo animo fero, aequiſſimo deponam, vel certe
abjiciam libentiſſimo. ſed difficile eſt loqui (*dd*). coram igitur, dd
ſi licuerit, &, ut liceat, enitar: ſi non contigerit, cupiam ta-
men manere apud te, cujus & amorem & judicium plurimi
P 2 facio,

(*y*) *fortaſſe* exempl. Emendavi. emendationis cauſam alibi attuli.

(*z*) Hortos neſcio quos Ferrarium & Capram collata pecunia conduxiſſe, quo animi convictuſque cauſa divertere certis anni temporibus poſſent, Pogianus, Mediolani cum eſſet, cognorat. nunc idem, romanae urbis pertaeſus, Mediolanumque cogitans, ait, valde ſe cupere, eoſdem illos ſibi quoque pro tertia parte hortos conduci, ſi modo illa conductio nondum ab Ferrario Capraque renunciata atque reſciſſa ſit.

(*aa*) Pium V.

(*bb*) Videtur, aut *qui* abundare, aut infra, poſt *aegroti*, deſiderari *fuerint*, vel *fuerunt*.

(*cc*) *faſtis* exempl. Emendavi.

(*dd*) At multo difficilius eſt divinare, quodnam tam grave *onus* ſibi nuper *impoſitum* Pogianus proxime dixerit.

facio, hanc testificationem studii & consilii mei. Onuphrius
ee Panvinus (*ee*), sodalis augustinianus, de rege, ut opinor, Pi-
pini patre, tibi gratias agit; de quo etiam diligentiae & humanitati tuae daturum se testimonium pollicetur. Tu salutabis mihi Capram & Crucium, & valebis. Roma. XII. Kal. augu-
ff sti. M. D. LXVI. (*ff*)

(*ee*) De Panvinio vide adnot. *a* ad epist. *Quanta esset* d. 10. oct. 1565.

(*ff*) 1562. Cod. vatic. Mendose.

Respondit hisce Pogiani litteris Ferrarius sequenti epistola: quam, itemque tres ejusdem Ferrarii reliquas, ex codice barberiniano descriptas, suo quamque loco, uti supra polliciti sumus, proferemus. dolendum est autem, illas a nobis non nisi in uno eo codice, valde negligenter scripto, multumque mendoso, reperiri potuisse. mendas nos quidem eas dumtaxat sustulimus, quae & manifestae essent & non magna verborum aut additione aut detractione aut immutatione corrigi posse viderentur. quae majoris cujusdam opis indigerent, in iis vel noluimus ingeniosiores esse, quam fortasse veritas & nostra certe natura in alienis scriptis tractandis pateretur, vel eum ingenii fructum, si quis est, integrum aliis reservari maluimus.

Tuis incommodis ego vero dolui, & nunc etiam, si quid est ejusmodi, quod te urgeat, aeque ut antea doleo vehementer. nisi enim adversas res bonorum aegre feram, sim in eos invidus; in te autem, a quo diligar unice, & ingratus & injurius, idemque non amicus. quibus quidem vitiis cum nihil pejus oderim, dubitare nequaquam debes, quin mihi cordi sit, de rebus amicorum, quoquo modo se habeant, si minus ex ipsorum literis, at ex aliorum certe sermonibus cognoscere. neque te praeterit, doctrinae hominem exquisitae judiciique perpoliti, in terris nihil esse perpetuum, ferri humana secundo cursu interdum, errore incerto nonnunquam fluctuare, alias veluti a saxo frangi: itaque, in dispari rerum varietate, varie item commoveri nos animo, laetari, dolere, discruciari. Antehac igitur de te, quod nihil ad me scripseris, veritus, ne quid ex eo molestiae caperem, fecisti amice tu quidem, ut alia omnia, sed parum profecisti. mortuum enim pontificem simul atque audivi, illico tibi male timui. quod praeceperam cogitatione, tristis exitus haud ita multo post approbavit. ergo ex eo jactari te a fortuna atque adeo affligi saepius, non desino in dies magis ac magis conqueri. Quod vero excusas inopiam otii; putabam equidem homo simplex, negotia non habere diem definitam impediendi; aut, si haberent, non esse semestrem, idque eo facilius, quod tuas epistolas, ad familiares missas ab urbe, multo prius, quam ad me scriberes, circumferri a nescio quo sciebam. atque hoec non eam in partem disputo, ut rationes, prudenter a te collectas, refellam (longe enim absum ab isto concertandi genere odioso), verum potius, uti doceam, si tu ante hoc tempus nihil dedisti literarum, quia per occupationes non licuit, me tamen desiderasse aliquid, quia longo in spatio, ut ita facerem, persuasit amicitia. atque utinam caeteris in rebus possem idem, quod in hac praestiti. Nobilitasti me tua praedicatione apud homines, cum dignitate, tum doctrina & virtute longe praestantissimos. hoc, quicquid est, quod honoris causa dedisti, carius debere, quam quanti vulgo est aurum, aestimari video equidem. quibus autem rationibus te remunerer, & obscurum & incertum est. etenim, ut acceptum bene-

beneficium memoria teneam etiam in perpetuum, hac re nihil plus assequar, quam ut sim memor. quod etsi aliquid est, tamen, ut sim gratus (id, quod praeter caetera expeto), non efficiam. neque enim adduci possum, ut iis assentiar in reddenda gratia, qui officio satisfieri putant, si se quis gratum habere tantum ostenderit. nam quid est hoc aliud, obsecro, quam, a quo acceperis, ei debere beneficium? qui autem alicui quid debet, is eo ipso, quod debet, certe non reddit. virtutis magister Aristoteles, grati hominis remunerationem docet esse maxime propriam: tuum igitur factum verbis ornabimus, officioque consimili parem tibi gratiam referemus. at hujus rei studium non mihi deest, non voluntas summa. Sirletus deest atque Alciatus cardinales, aliique, quibuscum haec agam, antiquae virtutis exempla, Pantagathus, Manutius, Gambara: quorum tu copia ut abundas, sic ipse inopia laboro. genus enim est ejusmodi, ut rem vides, vulgare nusquam gentium, Romae etiam rarum, Mediolani prorsus nullum, hac quidem hominum aetate. quamobrem erga te ut sim gratus, quae mea potestas est, optare possum. Dices: Nihil ne reliquum est, de quo possis appellari? immo multum. tibi enim & nunc omnis summa debetur hoc nomine; cujus exigendi diem usque eo profer; si me amas, quoad detur aliqua dissolvendi facultas; quae si, qualem exopto, contigerit, cum homine tibi rem fuisse profecto senties, ad retribuenda officia non modo non lento & restricto, sed sine cunctatione prompto etiam & cumulate liberali. atque haec sunt ad priorem tuae partem epistolae. Quod autem flagrare te scribis desiderio exeundi urbe, ut ad nos venias: quanquam tuo adventu nihil nobis optabilius, tamen, ut nunc est, cum ego in earum rerum genere numero, quarum, quia fieri nequeunt, ea re desperatur eventus. itaque, in tui consilii explicatione mirifica, praeter amorem in nos omnes singularem, nihil magnopere fuit, quod me delectaret. Recessus & nostra in suburbano commoratia pessime cecidit. in eo enim pater mihi decessit; uxor & filius periculose ac diu aegrotarunt; ancillae & servi omnes alius alio morbo tentati, & quidem uno tempore. nec vero me domi solum, sed foris etiam attigit calamitas. nam ex amicis, quos aeque ac me ipsum amo, in tertianam primum, dein in quartanam Capra incidit; torserunt Crassum magni articulorum dolores; alius ex intestini morbo periit: ipse unus, totos menses quatuor gravi animi cura, & labore corporis diuturno afflictatus, convalui, verum ita, ut interim nihil, ne legere quidem, nedum scribere, potuerim. quare, cum haec vera sint, est cur mihi ignoscas, apud te si quid offendi, quia non, pro eo ac debui, respondi celerius. In vita enim, ut aliae res incommodae, sic amicorum delicta, invite commissa praesertim, ferenda sunt aequiore animo. Joanni Tonso, qui sui negotii causa Romae fuit (istinc enim discessisse opinantur ejus familiares), ut tecum de problematis Aristotelis ageret, mandavi. amabo te, mi Juli, rem totam suscipe; & librum, sicunde potes, erue. aliis in rebus facile sumptui tempero, in libris coëmendis, maxime qui ad philosophiam pertinent, cupide equidem, nec tamen praeter quam res patitur mea, insanio. facies igitur me certiorem proxima epistola, quantum opus sit: tantum enim pecuniae curabitur, ut sit, unde vel pretium venditori, vel librario merces, si usus venerit, persolvatur. A Crucejo & Capra salvebis. Filius meus, annos quinque natus, ex me saepius quaesivit, ubi esses, quid ageres, quam longe urbs hinc abesset. nunc hoc amplius, suis verbis tibi jubet adscribi salutem. Vale. Mediolani. pridie nonas martii M. D. LXVII.

VI.

V I.

Julius Pogianus Othoni Truchses Card. Augustano, *Pii V. pont. max. sanctas atque admirandas actiones commemorat.*

11. sept. 1566.

ETSI scio, te res romanas, praesertim eas, quae ad aedificandam remp. pertinent, propter ardens earum studium tuum, nemini ignotum, ex multorum literis & sermone cognoscere, facit tamen officium & pietas erga te mea, ut existimem, meis quoque literis de eisdem rebus te certiorem fieri debere. scio enim, nihil eo in genere molestum tibi esse posse; cujus animus nulla re magis, quam ejusmodi nunciis, pasci soleat. quod autem maturius non scripserim; factum est non solum occupationibus, sed etiam infirmitate valetudinis meae ex molestissima aliquot noctium vigilia. itaque, quae prima facultas mihi data est, eam non praetermisi. Igitur Pius V. pontifex max. indictis, pro victoria (a) Maximiliani imperatoris

(a) Non quidem relata, sed a Deo iis supplicationibus contra Solimanum, turcarum immanissimum imperatorem, impetranda: qui Solimanus cum quartum & octogesimum aetatis annum ageret, *renovare* (Gratiani verba sunt lib. IX. *de scriptis inv. Min.* pag. 257.) *intermissum aliquot jam annis ungaricum bellum, & proficisci ipse in eam expeditionem, ne quis aetatem suam sperneret, statuit, nihil castrenses labores, nihil incommoda tam longinqui itineris veritus: &, veluti supremum vitae conatum editurus, quantas nunquam antea, copias sub signis habuit. Maximilianus caesar ad famam tanti apparatus, coactis undique auxiliis, ad maenia Javarini, in Austriae finibus, munitis in castris consedit, hic opperiturus hostem, & sua, si posset, defensurus. at Solimanus ex itinere oppugnare Sigbetum instituit... Hic incepta oppugnatione, Solimanus, seu mutatione caeli, seu aestu ac labore itineris, seu senio fessus, levi contracto morbo, supremum diem clausit* (prid. non. sept. 1566.). *Mehemetes Bassa, penes quem, secundum regem, summa in exercitu erat auctoritas... mortem regis occultam habuit, tanto quidem studio curaque, ut ejus ne suspicio quidem emanaret, & exercitus, esse se sine imperatore, plane non sentiret: &, quod novi & haud scio an unici exempli videri potest, perfractis late Sigbeti muris... oppidum vi expugnavit: vicitque miles, dum ignorat, desisse esse, cui vinceret. interim Mehemetes celerrimis nunciis Selimum, Solimani filium, qui Amasiae praeerat, de patris morte certiorem facit: qui cum Byzantium statim advolasset, prius sedem imperii occupavit, quam decessisse regem, homines suspicarentur. nec Mehemetes ante a Sigbeto movit, quam Selimum potentem paterni regni esse accepit: & exercitus tum demum orbatum imperatore se rescivit, cum alterius imperio teneri se intellexit. Maximilianus caesar, cum non ita longe a castris turcarum castra haberet, mirabatur quidem, hostem, post victoriam, diutius, quam ratio*

ris contra christiani nominis hostes; tribus supplicationum diebus, v. Kal. augusti, Kal. & III. non., facta semper re divina in aede divi Marci diluculo (*b*); inde primo die ad lateranensem basilicam, altero ad aedem divae Mariae majoris, tertio ad Aram caeli profectus est; praeeuntibus atque assectantibus frequentissimis cardinalibus, & qui in urbe erant, episcopis, antecedentibus sacris collegiis & sodalitatibus, omnium praeterea ordi-

ratio belli exposcere videretur, ad Sighetum, per causam reficiendi oppidi moenia munitionesque, sedere. sed de Selimani morte non nisi triginta post dies ex literis, Venetiis allatis, & simul de novo rege, obviam exercitui progressa, cognovit. a quo paulo post octo annorum induciis impetratis, onerosi atque ancipitis belli cura est levatus. Hic igitur hujus belli exitus fuit; pro cujus belli victoria impetranda, aut certe pro tanti belli periculo depellendo, supplicationes, de quibus hoc epistolae loco a Pogiano agitur, indictae extremo mense julio a Pio V. fuerant. qui quidem Pius non modo supplicationibus religiose indicendis, verum etiam pecunia Maximiliano caesari liberaliter suppeditanda, bello feliciter gerendo subsidia ministrarat. *Del soccorso*, inquit card. Commendonus in litteris ad card. Reomanum Augusta die 20. apr. 1566. Romam datis, *che sua santità ha deliberato di dare per la guerra d'Ungheria, spero, che questa maestà & tutti questi principi resteranno molto satisfatti: & il modo di sborsarlo & il deposito è veramente stato ben considerato, & è cosa degna de la sapientia di sua beatitudine. io ne parlai con sua maestà il dì di Pasqua* (14. apr.) *dopo la messa in chiesa, communicandole quello, che V. S. illustrissima con le precedenti mi haveva scritto. hora farò l'offitio di nuovo, & particolarmente gli darò conto di questi cinquanta mila scudi, & del buon animo di sua beatitudine, secondo che la mi commette*.

(*b*) Joannes Antonius Gabutius *Vitam* Pii V. latine atque eleganter scripsit, Romaeque anno 1605. Paulo V. pontifici max. nuncupatam vulgavit. illum vidisse hanc & sequentem Pogiani epistolam, necesse est. ex utraque enim aliquot locos in suam historiam totidem fere verbis transtulit; non certe orationis, quae homini disertissimo deesse non poterat, inopia, verum, ut opinor, quod elegantius dici a se eadem illa posse, ut erat modestissimus, non putaret. & fortasse, illos cum locos exscriberet, habuit in animo id ipsum alicubi, velut in operis calce, testificari; sed, animo in alia atque alia deinceps intento, scribendarumque rerum cum copia tum varietate distracto, id eum facere in posterum fugit. Jam Pogiani hic locus sic apud eum libro II. cap. 3. legitur: *Nam a se diluculo facta re divina in aede S. Marci, inde primo die ad lateranensem basilicam, altero ad S. Mariae majoris, tertio, ad Arae caeli templum pedes processit. omnino magna opinio erat, trecentis abhinc annis nullum extitisse pontificem, qui majore frequentia, alacritate, ac pietate sacrum ejusmodi supplicationum munus obierit ... Denique in eo celeberrimo comitatu tantum pontifex excitavit studium pietatis, ut in omnibus imaginem verae fidei, quam olim apostolus in romanis hominibus extulit laudibus, se intueri plerique testarentur. Auxit etiam religionem certa nefariorum spirituum ex aliquot notissimis feminis ejectio, haud obscura pontificis sanctimoniae significatione. qua de re infra commodius suo loco scribemus*. Scribit vero, idque libr. VI. cap. 17. neque tamen Pogiani, sed plane suis, aeque bonis, verbis utens.

ordinum ac ſocietatum ſecerdotibus & clericis ſubſequentibus, tanta denique multitudine omnis aetatis, ſexus & generis proſequente, quanta pedibus ire poterat. omnino magna opinio eſt, intra ducentos annos nullum extitiſſe pontificem, qui, majori frequentia, alacritate ac pietate omnium, ſacrum illud ſupplicationum munus obierit. nemo aegrotavit, ne defatigatus quidem eſt periculoſo illo, in urbe praeſertim, anni tempore. vicit tamen ipſe omnium ſtudia Pius pontifex, qui recens atque integer, perpetuoque (*c*) in modum orantis conjunctis manibus, eo ore ac vultu procedebat, ut vere cauſam chriſtianae eccleſiae apud eum, cujus ipſe eſt vicarius, agere videretur: immovero in illo celeberrimo comitatu tantum excitavit pietatis ſtudium, ut in omnibus eam verae fidei imaginem intueri videremur, quam olim apoſtolus (*d*) in romanis hominibus extulit laudibus. auxit vero etiam religionem certa nefariorum ſpirituum ejectio ex aliquot notiſſimis faeminis. audiebantur enim, appropinquante pontifice, clamores horribiles, violenti ac perverſiſſimi motus, incredibileſque diſtorſiones cernebantur; quo praeſente, & ſtola ipſas attingente mulieres, mira afflictatio conſequebatur, & repentini caſus ad terram fiebant, ita, ut diu illae jacerent, non ſecus ac mortuae, omnis motus ac ſenſus expertes. ex eo die ad ſanitatem rediere, ut in nullam poſtea ejus generis perturbationem inciderint. notae ſunt omnibus, ut dixi, mulieres, a nefariis ſpiritibus ereptae, noti parentes, propinqui; ut nemo jure dubitare poſſit. Accidit etiam per eos dies, ut navis longa nobilis piratae, quam, propter firmitatem & celeritatem, Falconem appellabant, a comite Altamirae ad montem argentarium caperetur, in qua chriſtiani homines captivi eſſent octoginta, qui amplius decem annos ſerviſſent acerbiſſimam ſervitutem. hos Romam miſſos perbenigne accepit Pius pontifex, & veſtibus, pecunia, ſacris etiam & ſalutaribus muneribus eſt proſecutus. in idem ſupplicationum tempus inciderunt illuſtres permulti galli milites, ex Melita inſula redeuntes (*e*), qui tanta religione mirifice commoti ſunt, ut ex

(*c*) *perpetuiſque* exempl. Emendavi.

(*d*) In epiſt. ad Rom. cap. 1. v. 8. *Primum quidem*, inquit, *gratias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum pro omnibus vobis: quia fides veſtra annuntiatur in univerſo mundo.*

(*e*) Idem Solimanus, antequam hungaricum bellum, de quo ſupra dictum eſt, appararet, *non contentus*, ut ait eodem illo loco Gratianus, *equites hieroſolymitanos Rhodo, veteri eorum ſede, expuliſſe, etiam Melitam, inſulam inter Africam & Siciliam ſitam, in quam illi, poſt amiſſam Rhodum, fortunas ſuas & magiſtri domicilium transtulerant, eripere iis tentavit: unde ſibi*

ex iis fuerint, qui Pium pontificem usque eo venerarentur, ut ad exosculandos ejus pedes, qui esset in extrema aula divi Marci, a limine ipsius aulae flexis genibus accederent. Mira quotidie fit multorum impurae vitae commutatio, neque id tam metu suppliciorum, cum nihil sit pontifice lentius (*f*), quam ejus exemplo virtutis, & firma opinione egregiae cujusdam sanctitatis. Arbitror, hoc pontifice, amplius centum judaeos homines Jesu Christo nomen dedisse, & ex illis ditissimum & doctissimum quenque (*g*). transeunt ad christianam religionem viri f g

sibi propinquum ad invadendam Siciliam gradum faceret. classi copiisque praefuere Mustafa, Pialejus, & Dragutbes pirata; a quibus creberrima ingentium tormentorum verberatione ita strata omnia & solo aequata sunt, ut non hominibus modo armatis & equis, sed onustis quoque plaustris via per maenia fossasque pateret: sed pro maenibus pectora sua equites non turcis modo invadentibus, sed tormentorum ictibus objiciebant. cum igitur certarent hinc constantia atque consilium magistri (is erat Joannes Valletta gallus), hinc vel ultro appetens mortis, pro gloria susceptae militiae, equitum virtus, defensa insula est, magna turcarum contumelia. Ex hac Melitae insulae defensione redierant illustres hi galli milites, quos Pogianus commemorat: de quibus haec etiam habe a Gabutio l.II. cap.2. *Sub idem tempus centum & amplius equites galli primariae nobilitatis, quos ingens suae gentis hominum numerus comitabatur, ex insula Melita a turcarum obsidione liberanda profecti, in patriam revertentes, Pii sacros pedes osculandi causa Romam diverterunt: quos ipse, singulari pietate a limine aulae S. Marci, ubi tum residebat, genibus prorepentes ad sacri pedis oscula, benigne excepit, singulisque benedixit. mox Gulielmo Sangalletto, intimo quaestori, ut ex aerario pontificio decem aureorum millia illis distribueret, imperavit; ratus, exteros homines, e salutari expeditione profectos, longoque itinere afflictos, pecuniarum egere subsidio. horum principes erant comes Brisacius & Philippus Strotius: qui una cum aliis egregiam pontificis liberalitatem admirati, ad eumque colendum impensius propensi, pecuniam, qua se non indigere profitebantur, pro sua modestia recusarunt. sed immortales Pio gratias agentes, ac magno se illi beneficio devinctos agnoscentes, ad Anconam urbem praesidio communiendam, cui a turcarum classe periculum imminebat, sponte profecti, inde, donec tuta res esset, discedere noluerunt.*

(*f*) ad irroganda supplicia. Quid si non *lentius*, sed *lenius* Pogianus scripsit? *Nella città di Roma*, inquit in Pii V. *Vita* Caraccius cap.7. *molti temevano; per esser tenuto Pio molto severo. il che essendogli riferito, disse: „ Speriamo nel signore, nelle cui mani habbiamo riposta ogni nostra attione, che questa città debba sentir maggior dolore della morte nostra, che hora non sente della nostra assontione „. come poi fu in effetto.*

(*g*) *Inter quos,*ait Oldoinius in suis *Additionibus* ad Ciacconium, *praecipuus fuit Elias quidam, Eliae levitae, doctrina praestantis, filius, qui a Pio saepius, dum adhuc esset cardinalis, ad fidem christianam suscipiendam excitatus, cum ille per jocum respondisset, se tunc christianae religioni nomen daturum, cum is pontifex esset, Pius ad Petri sedem subvectus, promissionem Eliae in memoriam revocavit. qui post paululum sacri baptismi gratiam petiit, & cum tribus filiis ac nepote totaque fami-*

viri cum conjugibus & liberis, neque urbani modo, sed pro-
vinciales & externi. ut autem catechumeni domicilium in urbe
habeant, emit pontifex magnificentissimas eas aedes, quas Co-
rinottus, homo gallus, ad radices ejus collis extruxerat, in quo
templum est sanctissimae Trinitatis; quibus etiam non mediocre
b vectigal assignavit (*b*). o misericordem & plane benignum pon-
tificem! occupavit extremo augusto ad hanc diem periculosus
morbus magnam civitatis partem, maxime autem eos, qui la-
bore & manu victum quaeritarent: totae ut multis locis fami-
liae jacerent in lecto, graviter laborantes. quare misit singulis
aegrotis pecuniam pontifex, attribuit omnibus decem medicos,
praeposuit quatuor cives, qui inspicerent, an recte omnia age-
i rentur, & una cum illis Florebellum episcopum. lanienas (*i*)
etiam illis attribuit, & tabernas, partim medicamentis, partim
cibariis instructissimas, dato negotio sodalibus jesuitis, ut adsint
k ipsi semper aegrorum administri (*k*): quanquam matronae, ci-
vitatis

familia, magna celebritate feria tertia post pentecostem, pridie idus junii anni 1566. in vaticana basilica, nonnullis cardinalibus susceptorum munere fungentibus, ab ipso Pio accepit, Michaëlis ei nomine indicto (corr. *indito*), *& cum suis in Ghisleriorum gentem adoptatus: cujus exemplo plusquam trecenti sacro baptismate initiati sunt.*

(*b*) Idem Oldoinius ibid. *Catechumenis*, inquit, *& neophytis, cum multi ejus opera christianam religionem susciperent, ut jam antiqua domicilia eis a Paulo III. parata non sufficerent, laxiores & commodiores aedes coëmit, quibus & non mediocre vectigal attribuit.*

(*i*) *lanienes* exempl. Emendavi.

(*k*) De hac tota re audiendus Daniel Bartolus in S. Francisci Borgiae *Vita*, Romae anno 1681. edita, libro III. cap.7. *Sul dar*, inquit, *la volta la state del primo anno del suo pontificato una non poca parte di Roma, ciò è quanto ve n' ha da piazza Colonna fino alla porta del Popolo, fu compresa da un morbo somigliantissimo a pestilenza, in quanto n'erano disertate le famiglie intere, senza haver niuna differenza fra nobili e plebei, fino a non rimanere nelle più d'esse pure un solo per casa, che, sano esso, potesse ajutar gl'infermi, e lor proveder di cibo per vivere, non che di rimedj bisognevoli per non morire. il concorde giudicio de' medici fu, che una tale infezione e mortalità, tanto largamente distesa, provenisse dall'aria, e più ancora dall'acque, avvelenate per fin quelle de' pozzi dall' essersi trasfuse in esse e trapelate per le vene di sotterra le ree qualità di certi lagumi d'acquacce stagnanti già da gran tempo, e corrottesi ne' bassi fondi de gli orti, che allora erano massimamente d'attorno a S. Andrea, che chiamano delle Fratte. Ma qual che se ne fosse la cagion vera, il morbo, oltre a mortale per la sua stessa natura, l'era forse ancor più per l'abbandonamento, in che rimanevano gli ammalati; sì fattamente, che, commesso dal S. P. Francesco a due padri di visitarli, e saper di veduta lo stato, in che si trovavano quegl' infermi, si avvennero in case, dove tra moribondi e vicini ad esserlo, non v'havea chi nè pur si affacciasse al picchiarne l'uscio, molto meno farsi ad aprirlo. Certificato dunque il santo generale esser-*

vitatis nobilissimae, summam aegrotis assiduitatem & utilitatem praebent. nemini denique, vel locupletissimo, tam suppetunt omnia, quam hujusmodi egentibus. In hac summa in pauperes liberalitate, tamen est restrictior in suos; qui quidem nulla re magis propinqui pontificis cognoscuntur, quam pietatis & christianae humilitatis exemplo, maximeque juvenis hic cardinalis Alexandrinus (*l*), quem majoris (*m*) avunculi sui itineribus *l m*
euntem, omnes amant & admirantur. Disciplina (*n*) clericorum *n*
fere est restituta, & ratio divini cultus, sacrarumque aedium administratio ad probatum veterum morem paene perducta. urbs purgata est flagitiis & facinoribus, famosis praeterea mu-

esserne del pari all' estremo il bisogno delle anime e de' corpi, fu subitamente a significarlo al beato Pio, e offerirgli quanto egli, e seco tutti i suoi figliuoli potrebbono operare in sovvenimento di quei miseri abbandonati. il santissimo padre godè inesplicabilmente, vedendo d'haver nel suo P. Borgia chi vegliava per lui, e ben volentieri commise alle sue mani tutta l' amministrazione di quel grande ufficio di carità. oltre dunque a due spedali, che si apersero, l'uno agli huomini, l'altro alle donne, trenta nostri sacerdoti, a ciò deputati, si divifer fra sè quella parte di Roma in quindici contrade, e due di loro a ciascuna d'esse in ajuto spirituale dell' anime, e seco dodici huomini in servigio de' corpi. e bello era il veder che dava l'uscire ognidì due volte queste quindici comitive, con a ciascuna i suoi medici, e i dodici di servigio, a portare dal collegio romano e dal germanico le medicine e i cibi, somministrati liberalissimamente dal popolo romano, e inviarsi e dividersi ciascuna muta verso la contrada commessale, e i trenta nostri sacerdoti con essi: e il vederli allettava e traeva ancor altri, eziandio nobili, ad accompagnarsi con essi, singolarmente i padri di S. Girolamo della carità. Gli alunni del collegio germanico si acquistarono gran merito e gran lode nel servigio de' vivi, i convittori del seminario romano altrettanto nella cura de' morti; le cui esequie, il cui sotterramento era spontanea mercè della lor pietà, e opera delle lor mani.

(*l*) Michaël Bonell. s. *Alexandrini* cognomen Pio ipsi V. cum cardinalis esset, inditum vulgo fuerat, quod Boschum, agri *Alexandrini* in Insubria oppidulum, patriam haberet. idem cognomen Michaëli huic Bonello, Gardinae sororis suae nepoti, Pius ipse, cum eum cardinalem creasset, esse voluit. *juvenem* autem Pogianus eumdem hunc cardinalem appellavit, quod natus tum esset annos non nisi quinque & viginti.

(*m*) Immo *magni*. Pii V. soror Gardina avia cardinalis Alexandrini fuit. aviae autem fratres, non *majores*, sed *magni* nepotum *avunculi* latine dicuntur.

(*n*) Gabutius lib. I. cap. 10. *Clericorum*, inquit, *disciplinam* (vidisses) *sancte restitutam, sacrarum aedium administrationem ad probatum veterum morem pene perductam: purgatam urbem flagitiis, sublatas calumnias: res ac rationes inique contractas rescindi: nullam foenoris iniquam conditionem esse permissam: non extrahi lites, sed maturo judicio dirimi: nam ipse audire, cognoscere, videre volebat omnia Pius pontifex, & eorum, quibus utebatur actionum administris, relationem omnem repellebat, in qua vel minima nota subesset odii, amoris, cupiditatis.*

o lieribus e medio remotis (o); nulla in Deum, nulla in ſanctos maledicta audiuntur: ſublatae ſunt calumniae: res ac rationes, injuſte contractae, reſcinduntur: nulla cuiquam foenoris iniqua conditio permittitur: non extrahuntur lites, ſed maturo judicio dirimuntur: ipſe vult audire, videre, cognoſcere omnia Pius pontifex. quinetiam omnem eorum relationem, quibus utitur actionum miniſtris, repellit, in qua vel minima nota ſit odii, amoris, cupiditatis; ſimplicem tantummodo veritatem requirit. in his curis & actionibus, urbi & eccleſiae Dei ſalutaribus, multus eſt in oratione & jejunio, etſi perpetuus ejus vi-
p ctus vera eſt regula temperantiae (p). quotidie rem divinam facit; ut propterea boni ac prudentes viri dicant, minime fieri poſſe, ut is quicquam conſilii capiat, niſi utile, niſi ſalutare reip. qui nullum diem praetermittat, quo non hoſpitem, & tanquam ſui conſilii auctorem, Deum recipiat. immovero tantum tribuunt vehementibus ejus precibus, quas Deo facere non intermittit, ut maximam in illis ſpem ponant meliorum rerum; atque eo provehuntur admiratione praeſtantium ejus laudum, ut confidant, hoc pontifice, ejus rei cupidiſſimo, ſacrum bel-
q lum illatum iri contra turcas (q), illiuſque immaniſſimi tyranni

(o) De hac re Oldoinius in *Additionibus* ad Ciacconium: *Meretricum colluviem edicto graviſſimo ab urbe atque ab omni ditione pontificia expulit. cumque triumviri urbis conſervatores acriter obſiſterent ob locandarum aedium detrimenta, Pius illico ſilentium impoſuit, dicens: „ Ergo ne romani ſenatus erit mulierculas haſce tueri, & impudicitiae favere? atqui, niſi illae Roma diſcedant, nos cum univerſa curia diſcedemus „. Diſceſſerunt plurimae: nonnullas, ut pejora vitarentur, tolerare neceſſe fuit; quae in unum urbis angulum rejectae, ac remoto ignobilique loco concluſae ſunt.* Paullo ſupra pro exemplaris *producta* edidi *perducta*.

(p) *Non oſtante la vecchiezza*, ait in Pii V. *Vita* Caraccius cap. 8. *& fiacchezza ſua per le continue fatiche, oſſervò ſempre la quareſima, non ſolo quanto alla qualità de' cibi, ma anco quanto al continuo digiuno. Così faceva anco l'avvento del ſignore, & tutt'i giorni di digiuno, che occorrono per l'anno: il che haveva ſempre oſſervato in tutta la vita ſua. Non mangiava carne più di trè volte la ſettimana... Era parco aſſai nel mangiare e nel bere: e, quando digiunava, era il ſuo cibo quaſi ſempre d'erbe amare, condite ſolo con ſale & oglio; non volendo condimento alcuno di ſpecierie & aromatici. Non beveva più di tre volte al paſto con un bicchiere piccolo di vino bene adacquato.*

(q) Spes homines non fefellit. nam foedus inter Pium, Philippum II. & venetam remp. contra turcas 13. Kal. jun. an. 1571. coram ipſo Pio & cardinalium collegio ſancitum eſt; neque multo poſt, die nempe 7. idus octobr. ejuſdem anni, memorabilis illa de turcica claſſe apud Echinadas inſulas victoria relata: qua barbarorum opes fractae ac prope deletae ſunt, hoſtium triginta millibus caeſis, decem millibus in poteſtatem redactis, triremibus centum & octoginta captis, nonaginta demerſis, denique chriſtianorum quindecim millibus a ſervitute liberatis.

ni opes non ita multo tempore ruituras. Nulla hic aetas, nullus ordo, nullus sexus non gestat cereas divini agni imagines (*r*), ab hoc pontifice consecratas. nam, etsi vim illam salutarem, cereis imaginibus divinitus adjunctam, a pontificia potestate proficisci intelligunt, tamen, propter singularem Pii quinti pontificis max. integritatem ac religionem, nescio quomodo his divini agni simulacris, ab hoc, quam a caeteris pontificibus, confectis, se in periculis tutiores fore arbitrantur. Dies me deficiat (*ſ*), & volumine, non epistola, praesertim scripta raptim, opus sit, si Pii pontificis max. divinas actiones persequi voluero. quare finem faciam; &, quia hoc officium saepe facturus sum, reservabo reliquis meis literis (*t*) novum semper aliquod hujus generis argumentum, quod mihi uberrimum ab hujus Pii quinti pontificis max. sapientia ac bonitate deesse non potest. interea Deum precabor, ut tibi pro tuis curis & cogitationibus, in catholicae fidei defensione & propagatione defixis, salutarem prosperitatem largiatur. Roma. XI. Kal. octobris. M. D. LXVI.

(*r*) De cereis divini agni imaginibus vide, quae voluminis III. pag. 108. & 109. diximus.

(*ſ*) *deficiant* exempl. Emendavi.

(*t*) Atqui non nisi unae Pogiani de eodem argumento reliquae litterae ad nos pervenerunt, eae, quae proxime sequuntur.

VII.

Julius Pogianus Othoni Truchses Card. Augustano.

Idem argumentum.

novemb. 1566.

UTrunque (*a*) Dei in nos singulari beneficio factum est, ut & sacri tridentini concilii praescripto intelligeremus, quales esse deberent christianae religionis antistites, &, non multo post, eum, qui a concilio requiritur, pontificem maximum haberemus. nullum enim finem facit Pius pontifex, & praeceptis & exemplis, non solum restituendae vitae ac morum disciplinae, sed etiam revocandi ad veterum patrum consuetudinem divini cultus & ceremoniarum rationes. adivit ipse majora urbis templa, & ad singula eorum collegia habuit orationem, omnesque ad

(*a*) Gabutius lib. I. cap. 11. *Ac magna, inquit, piaque laetitia perfusi principes viri per litteras invicem gratulabantur, utrumque Dei in nos singulari beneficio factum esse, ut sacri tridentini concilii praescripto intelligerent homines, quales esse deberent christianae religionis antistites, & non multo post, eum, qui a concilio requiritur, pontificem maximum haberent.*

ad sui muneris functionem vehementer est cohortatus : quare ex eo die mirifica facta est accessio pietatis & assiduitatis in divinis officiis. convocata postea sua familia (*b*), quid a quoque praestandum esset demonstravit, egitque gravissimis verbis cum ea, ut esset caeteris documentum modestiae, religionis ac pietatis. tum accersiti sunt magistratus (*c*), & judices omnes urbani, adhibitis etiam iis cardinalibus, quicunque aliquam partem publicae jurisdictionis vel administrationis attingerent; quibus praescripsit legem & rationem cognoscendi, disceptandi & explicandi causas: ut facile appareret, divino instinctu illam haberi orationem, *Vos enim*, inquit, *cardinales, nullius causam, nisi illis verbis* QUANTUM PATITUR JUSTITIA, *commendate. vos, judices, si quis extra hanc formulam vobis commendatus fuerit, illum nullam causam habere existimate. itaque justitiae directum iter tenete, cujus flectendi nemo meorum auctor vobis aut suasor fuerit.* Editum deinde est edictum de vestitu ac domicilio, deque reliqua vita clericorum (*d*), quod ad te missum puto. ludi (*e*), comessationes, fabulae, ludicra certamina obsoleverunt: divina vero coluntur officia, frequentantur conciones sacrae, visuntur domus

(*b*) Lombardus Hosio die 6. octobr. hujus anni scribens, *Curat*, inquit, *prae caeteris* (Pius V.) *ut familia sua* (*jam nudius tertius habuit ad eam sermonem per horam*) *honeste sancteque vivat, ut decet ministros ministrorum Dei*.

(*c*) Gabutius lib.I. cap.10. *Advocari porro jussit magistratus & judices omnes urbanos, adhibitis etiam cardinalibus, qui aliquam publicae jurisdictionis vel administrationis partem attingerent; quibus legem praescripsit & rationem cognoscendi & explicandi caussas, ut divino instinctu illam haberi orationem plerique testarentur*.

(*d*) Hoc epistolae hujus, nulla in exemplari nostro neque in vaticano codice temporis nota insignitae, loco admonitus, eam novembri mense anni 1566. fuisse datam statui; qui viderem, in ea Pii V. *de vestitu ac domicilio deque reliqua vita clericorum* edictum illud idem commemorari, de quo in Polanci ad Hosium litteris, Roma die 2. ejusdem mensis eodemque anno datis, agitur his verbis: *Paucis abhinc diebus scripsi D. V. Ill. & misi apertas litteras de rebus summi pontificis. nunc autem edicta quaedam, ad cleri romani reformationem pertinentia, quae hac hebdomada emanarunt, mitto*.

(*e*) *ludus* exempl. Malui *ludi* pluraliter, ut est in Gabutio, hunc quoque locum prope ad verbum exscribente. ait enim lib.I. c.10. *Nam vidisses interea, ludos, comessationes, fabulas, ludicra certamina, ac ceteras scelerum occasiones obsolescere, divina vero diligentius officia coli, frequentari conciones sacras, visitari hospitales pauperum domos, sacrosanctam tum confessionem tum communionem tota urbe majori frequentia celebrari: vectigalia ac portoria partim sublata, partim remissa, omnemque ejectam esse in rebus sacris pecuniae conditionem: nullum ferme potentiae vel gratiae locum relictum: spectatae religioni ac virtuti omnia tribui: episcopatus, dignitates, & sacerdotia considerate ac prudenter conferri: ornari viris ecclesias, non hominibus aut pensionibus onerari*.

domus hospitales, confessio & communio tota urbe celebrantur: vectigalia ac portoria partim sublata, partim remissa sunt: omnis ejecta est, praesertim in beneficiis ecclesiasticis, pecuniae conditio: nullus potentiae, nullus gratiae locus: spectatae religioni ac virtuti omnia tribuuntur. quam considerate, quam prudenter nunc dentur episcopatus, qui vident, facile judicant, longe meliori loco futurum fuisse reipublicae statum, si eadem ratio deferendi sacrum illud & grave munus superioribus temporibus esset adhibita. ornantur a Pio pontifice viris (*f*) sacerdotia, non hominibus aut pensionibus onerantur. nullus dies a senatu vel conciliis, vel a signatura (*g*), vel ab aliquo publico munere vacuus est. quae singula obit ipse semper Pius pontifex. veterem consuetudinem faciendi rem divinam in aede principis apostolorum, & in Sixti (*b*) Paulique pontificum sacellis ita revocavit,

(*f*) *& a viris* exempl. Gratianus emendavit.

(*g*) Quam *signaturam*, minus quidem latino, verumtamen admodum usitato Romae vocabulo Pogianus dicat; ex illo Oldoinii, in *nova* ad Ciacconium *additione*, loco disces: *Super omnia justitiam coluit* (Pius V.) *atque ut illa sancte & incorrupte exerceretur, omnem operam adhibuit. pontifex lectus, cum in rebus omnibus, praesertim vero in gravissimo, quod vocant* utriusque signaturae, *hoc est tum gratiae tum justitiae, consistorio seu tribunali, integerrimum se praestitit. si quis enim pauper, vidua pupillusve praepotentem aut divitem haberet adversarium, Pius causa cognita pauperis patronum agebat: cumque nihil clientibus perniciosius, quam lites extrahi, certum diem cujusque mensis indixit, quo miserabilium quarumvis personarum causis & petitionibus cognoscendis atque examinandis vacabat.*

(*b*) Sixtus IV. & Paullus III. duo magnificentissima sacella in vaticanis aedibus excitarunt.

Nunc Pogiani orationem, quam Petri Barzii, a Sigismundo Augusto, Poloniae rege, ad Pium V. gratulationis obsequiique causa legati, rogatu scripsit, exhibebimus, inter Gratiani mss. collectanea a nobis repertam. eam tribus primis Pii V. pontificatus mensibus haberi non potuisse, mihi exploratum est. nam die 25. martii an. 1566. orator, e Polonia a Sigismundo Augusto ad illam rem missus, nondum ullus advenerat: quo die Stanislaus Clodinius Roma in Poloniam ad Hosium illa scribebat: *Ex Polonia nihil ad nos affertur; nec scimus, quam cito sacra regia majestas oratorem suum huc missura sit; qua de re quidam cardinales me saepius rogitant.* Sed, si non primis illis tribus mensibus habita est, at certe intra primum hunc Pii V. pontificatus annum habitam, Oldoinii illa in suis ad Ciacconium *additionibus* docent: *Primo sui pontificatus anno... Ferdinandum Menesium, Sebastiani Portugalliae regis, ac Petrum Borzium* (corr. *Barzium*), *polonum senatorem, & Sigismundi, Poloniae regis, oratores, benigne excepit, eosque in aula regia dictorum regum nomine orantes, ac obedientiam praestantes audiit.* Verum certiore conjectura ad ejus habitae tempus accedemus, si de ejusdem Pii V. epistola, die 13. jan. an. 1567. ad eumdem Sigismundum Augustum data, & a Francisco Goubau an. 1640. Antuerpiae una cum illius pontificis reliquis edita, cogitarimus;

cujus

vit, ut illa assiduitate & cardinales & reliquos sacerdotes ad eam sacri officii diligentiam valde incenderit. Precemur modo Deum, ut optimum hunc suae potestatis & benignitatis vicarium reipublicae salvum & incolumem servet. Vale. Roma.

Petri

cujus hoc est initium: *Ex obedientia, quamper dilectum filium, nobilem virum, Petrum Barzaeum* (corr. *Barzium*), *oratorem tuum, nobis & apostolicae sedi, more institutoque omnium catholicorum regum, reverenter admodum praestitisti, libentissime agnovimus devotionem ac pietatem, qua majorum tuorum piae memoriae regum exemplo sanctam hanc sedem prosequeris, ac tale officium grato, perinde ac debuimus, animo accepimus &c.* Scripsit etiam ejusdem Petri Barzii rogatu luculentam sane orationem M. Antonius Muretus; quae quidem edita circumfertur hoc titulo: *Pro Sigismundo Augusto, rege Poloniae, ad Pium V. pont. max. Oratio, habita Romae* XIII. *Kal. febr. anno* M.D.LXVII. cujus orationis omne argumentum ex illis exordii, non longe ab initio, verbis intelligitur: *Potentissimus enim idemque religiosissimus princeps Sigismundus Augustus, rex Poloniae, quam jucundus & exoptatus sibi suisque populis ejus rei nuncius acciderit, testari cupiens, ea de causa legavit huc illustrem virum Petrum Barzium, senatorem regni, ex quo haec omnia non minus certo cognoscere, quam si regis ipsius non os modo intueri & sermonem audire, verumetiam penitus perspicere intimos sensus animi posses. is cum mihi mandaverit, ut hodie apud te, in hoc dignitatis majestatisque plenissimo coetu, & de regni antiquitate atque amplitudine, & de rebus, quas multis abhinc saeculis polonorum reges ad christiani imperii fines tum tuendos tum propagandos sine ulla propemodum intermissione gesserunt, & de ipsius Sigismundi Augusti regis pietate, animi magnitudine, fortitudine ac constantia, deque quotidianis pro christiana rep. laboribus ac periculis dicerem; quaeso obtestorque te, beatissime pater, tribue mihi hoc beneficium, ut, dum haec summatim persequor, orationis meae cursus aura lenitatis ac facilitatis tuae adjuvetur.* Et de Barzii legatione & de Mureti ad Pium V. oratione haec Patavium ad Nicolaum Tomickium, polonum adolescentem, scripsisse Roma Gratianum in iis litteris, quas habeo apud me manu scriptas, reperio. Die 7. dec. an. 1566. *Barzius*, inquit, *regis legatus, ad urbem est. ingressum tamen suum differt certis de causis: qui quidem ingressus splendidissime apparatur.* Die 4. jan. 1567. *Barzius*, inquit, *urbem inibit sexto idus; tertio dabitur ei senatus. utriusque diei pompam perscribet ad te Staricovius, qui in ipsius legati domum migravit, atque omnibus rebus intererit. id ego ab eo petii. Orationem legati nomine habebit M. Antonius Muretus, vir in hoc dicendi genere magna semper cum laude versatus. eam orationem, ubi fuerit habita, scriptam ad te mittam.* Die denique 25. ejusdem mensis januarii, *Orationem*, inquit, *de obedientia, pontifici max. a rege Poloniae delata, mitto ad te, habitam a M. Antonio Mureto, erudito homine & in dicendo exercitato. luculenta sane est. amplitudinem vestri regni, mores atque instituta gentis; & res a vobis gestas ita copiose complectitur, ut historiam condere, quam ad rem dicere maluisse videatur. De legati regii ingressu in urbem, ac de celebritate ejus diei, quo illi senatus datus est, scribendi ad te negotium Staricovio dederam, cum essem ipse occupatior &c.* Sed jam ad Pogiani orationem, quam dixisse Barzium eo ipso die, quo illi senatum dandum fore Gratianus scripserat, nempe undecimo januarii, admodum credibile est, veniamus.

Petri Barzii, Sigismundi Augusti, Poloniae regis, ad Pium V. pont. max. Legati, Oratio, ab Julio Pogiano scripta.

Sigismundus Augustus, Poloniae rex (*a*), me interprete, suoque ad sanctitatem tuam & ad hanc sanctam sedem legato, solemne ac debitum fidei, obedientiae, & gratulationis officium tibi, Pie quinte pontifex maxime, tanto libentius ac studiosius praestat, quanto pietas tua ac religio singularis, divina plane manu in Jesu Christi vicarii sede collocata, majorem spem ostendit, fore, ut, quae multis locis misere perturbata est, catholicae fidei ratio, tua in primis cura ac virtute restituta, propagetur. nec vero rex serenissimus florentissimi regni (*b*) mala apud sanctitatem tuam, cujus curae & cogitationes, pro paterna tua charitate, non sine dolore, ad nostra incommoda saepissime referuntur, aut astute dissimulari, aut dolentius de-

(*a*) De hoc Sigismundo Augusto, Poloniae rege, vide Vol.III. pag.124. 175. 176. 237. 239. 240.

(*b*) Poloniae. sed, praeter Poloniam, aliis etiam provinciis, in quibus, aeque atque in ipsa Polonia, res catholica in summum erat adducta discrimen, rex hic Sigismundus Augustus imperitabat. eae provinciae quae fuerint, cardinalem Borromaeum Commendonus, in Poloniam pontificius nuncius proficiscens, litteris ad eum die 30. oct. an.1563. ex oppido S.Viti datis, docuerat: *L' altro hieri*, inquit, *incontrai per viaggio il signor Michele Zalinski, fratello del palatino culmense, il quale partì di Polonia al principio di questo; & lo tenni meco una sera, per intender da lui qualche cosa di certo & del rè, & de la dieta, & de lo stato di Polonia... De la dieta mi ha detto, che non si comincierà prima che a li 20. di novembre, & che il primo articolo, che vi si tratti, sarà de l'unione de la Lithuania, Prussia, & Samogitia, stati paterni & hereditarij del rè, a la corona di Polonia: sì che per l' avvenire siano stati elettivi & non hereditarii, & qualunche eletto rè di Polonia sia insieme duca di Lithuania, Prussia, & Samogitia. la qual' unione fu promessa fin da l'attavo* (atqui non *atavus* Sigismundi Augusti, sed *proavus* fuit is, de quo heic agitur, Jagello, sive alio nomine Venceslaus) *del presente rè, quando di gentile, che era, battezzatosi fu eletto & coronato rè di Polonia nel 1386. nè però in tanti anni questa unione è stata mai esseguita; cercando i rè di conservar quelle provincie hereditarie a' loro figliuoli, & con esse ottener tanto più facilmente una perpetua elettione & quasi successione de i figliuoli a la corona. hora, essendo il duca di Moscovia fatto signore di buona parte di Livonia & altri paesi, che confinano con la Lithuania, & havendo corsa & soggiogata gran parte de la Lithuania stessa, nè volendo i poloni andare a la difesa di quello stato, se il rè prima non pone ad effetto questa unione: il rè non si dimostra molto difficile, parte per il sudetto pericolo, che gli soprasta di perdere queste provincie, & parte per ritrovarsi senza figliuoli, & con poca speranza di haverne. onde si giudica, che non vi debba essere altra difficultà, che ne le conditioni de l'unione. &c.*

plorari voluit. notissimi sunt sanctitati tuae & huic sacro collegio turbulenti haeresum fluctus, quibus Polonia tot annos miserabiliter jactata permiscetur (c). sensit enim & ipsa, nec declinare

(c) De catholicae religionis calamitoso per illa tempora in Polonia statu sunt illa Gratiani in Commendoni *Vita* lib.II. c.7. & 9. *Caeterum dum discordant ipsi* (Sigismundus Augustus rex, & ejus mater Bona Sfortia) *regia vis hebetatur, & impunitas & licentia dominatur. ita regnum brevi, ex levissimi cujusque libidine, peregrinis sacris institutisque & opinionibus novis oppletur, dispergentibus late virus multis novitatis doctoribus: ut nunquam desunt, quibus captae errore mentes emolumento sunt. nec secreto atque intra privatos postes christiani ritus contemnuntur; sed in publico etiam ac palam novarum disciplinarum rationes ac praecepta traduntur. coetus, concionesque mixtae hominum mulierumque turbae habentur: novis ritibus res divinae precationesque fiunt: vetus a majoribus sancte culta religio eluditur irrisuique habetur, incestoque ore ac maledictis incessitur, ac multis passim locis aboletur: templa invaduntur: bona ecclesiarum ab alienis dominis occupantur, fortunae diripiuntur, sacerdotes sedibus suis pelluntur: omnes denique ceremoniae, omnia pietatis jura confunduntur. principes quoque viri, &, serpente latius quotidie malo, pars magna senatus ea contacti labe habebantur; validiorque factio erat, quam ut leges aut regem timeret.... Patebat eo tempore Polonia non civium modo, sed exterorum quoque licentiae; quorum erat omnium mira impunitas. quicunque, aut ob noxam malumque in religione sensum, patria pulsus, aut, ne sub legibus viveret, sponte profugus, in Poloniam se, veluti in asylum, conferebat. ibi nemini deerat ex nobilium numero aliquis, qui in fidem acceptos tegeret foveretque. alii insita vanitate ingenii, alii rerum ipsarum novitate illiciebantur. ex Germania, Gallia, Italia corruptores aderant, ac, prohibente nemine, & inanissimo quoque dictis applaudente, sua quisque somnia venditans, coetus aemulantium studia profligatae doctrinae habebant, & licentia linguae grassabantur. eodem Bernardinus quidam Ochinus confugerat, & praeter caeteros magno concursu & assensu audiebatur. &c.* Sed, praeter Ochinum, alios plurimos pestilentium doctrinarum magistros, qui in Poloniam undique convenerant, Commendonus, pontificius ibi tum nuncius, in suis ad card. Borromaeum litteris passim commemorat. unam ejus epistolam, sive epistolae potius particulam proferam, die 28. febr. an. 1565. Petricovia datam, in qua extrema quinque omnino nominantur: *Gli heretici*, inquit, *di questo regno, vedendosi fra loro così divisi, per far prova, se possono in qualche modo ridursi tutti sotto una setta, & unirsi insieme contra gli catholici, hieri & hoggi ne le case di tre principali heretici hanno fatto tre conventiculi di confessionisti, di sacramentarij, & di trinitarij, &, come s'intende, hanno concluso di far instantia al rè per la rivocatione di quell'ultimo mandato, fatto contra di loro. ma, vedendosi oppugnoti & perseguitati da tutte l'altre sette, mutarono proposito, & hanno preso partito di tentar prima, se possono anch' essi per qualche via accordarsi con gli altri. io da un di loro, il quale vacilla alquanto, & suole venir da me tal volta, ho inteso, come la state passata essi trinitarij havevano risoluto di far un conciliabulo generale in Polonia. al qual fine erano venuti a Cracovia di Transilvania il Brandata, di Moravia l'Alciato, il Statorio & il Gentile, & di Germania l'Occhino.*

ma

nare aut repellere potuit horribiles impetus potentiſſimi illius

R 2 tyran-

ma da gli editti, che ſi fecero in Parzovv, fu poi interrotto queſto loro diſſegno: & i ſopradetti furno coſtretti fuggirſi fuori del regno; eccetto l' Occhino, il quale fu intrattenuto ſecretamente, come ſcriſſi a V. S. illuſtriſſima: finchè, uſcendo anch'eſſo ultimamente dal regno, ſe n'è morto in Sleſia &c. Quo autem magis religionis in Polonia perturbatio, quique ejus praecipue auctores ac principes fuerint, intelligatur, aliam Commendoni ad eumdem Borromaeum epiſtolam afferam, die 6.jul. an.1564. Heilsperga datam: *Havendo*, inquit, *già ricevuto con una lettera di V.S. illuſtriſſima di 24. di marzo cinque tomi del concilio, & altrettanti volumi de gl' indici de' libri prohibiti, partirò di qua la ſettimana ſequente, & me n'andarò diritto a la corte, che a queſt' hora crediamo eſſere in Parzovv, & preſentarò al rè un di queſti tomi del concilio, per dubbio di non tardar troppo aſpettando quello de la ſeconda ſtampa; maſſime eſſendo già molti giorni comparſe in queſto regno varie ſtampe del concilio di Trento. con queſta io ne rimandarò a Cracovia uno de' tomi mandatimi da V.S. illuſtriſs. acciochè quivi ſi ſtampi conforme alla correttione di Roma ... Di Cracovia habbiamo nuova, come il caſtellano di Sandomiria, ch'è capitano di Cracovia, & fautore & capo principale de la ſetta calviniana in queſto regno, ha voluto mettere in prigione un Gregorio Paulo, miniſtro & predicatore de' trinitarij: ma non l' ha potuto haver ne le mani. il che ha acceſo aſſai gli odij fra queſte due ſette; l'una & l'altra de le quali ha fautori grandi in queſto regno. A l' incontro il palatino di Vilna, ch' è ſupremo capo de' trinitarij, ha cacciato de lo ſtato ſuo & altri luoghi tutt' i miniſtri calviniani, che non hanno voluto conſentire a li dogmi ſuoi contro la ſantiſſima Trinità ... E' ſtato a queſti giorni ſtampato & ſparſo un libro in lingua polacca d'un Sarniſchi, miniſtro calviniano; nel quale prima cerca di far ravvedere i trinitarij, che con le conteſe ſuſcitate da loro aprano la via al papato, eſſortandoli con molte parole ad imitare almeno le chieſe de' Svizzeri, dove ſe bene ſono molti, che hanno opinioni differenti in molti dogmi, & ſpetialmente circa la Trinità, tuttavia, diſſimulando le conteſe, ſi conſervano uniti inſieme. & però li riprende de la troppa fretta, che hanno havuto a publicare queſta nuova dottrina: dicendo fra l'altre coſe, che il ſignor Dio non volſe, che ſi circonciderſſero i bambini il dì, ch' erano nati, per eſſere troppo teneri, ma volſe, che s'aſpettaſſe l'ottavo giorno: inferendo & dichiarando appreſſo, che i trinitarij non dovean toccare queſti miſterij inanzi, che fuſſe ben ſtabilito il calviniſmo, dal quale eſſi trinitarij ſono uſciti: & moſtra quaſi, che ne' calviniani è la medeſima opinione, ma che la differenza ſtia ſolamente nel tempo di queſta circonciſione. In così fatte pazzie s'occupa queſta miſera età, & con eſſe conducono a gran paſſi gli popoli, & ſpetialmente di queſto regno, a l'infedeltà & mahomettiſmo. il principio del ſopradetto libro del Sarniſchi ha come per tema di tutto il trattato le parole di Sanſone ne' libri de' Giudici, dove dice* Niſi in vitula mea araſſetis, *con aperta confeſſione, che con la dottrina & principij de' calviniſti gli trinitarij habbiano ritrovati queſti nuovi dogmi & impietà loro. Di queſto Sarniſchi ſcrivono di Cracovia, com'egli procurava, che le decime di quelle chieſe, de le quali ſono ſtati cacciati i ſacerdoti catholici, & occupate da gli heretici, foſſero date a sè & a gli altri miniſtri calviniani ... Monſignor illuſtriſs. Varmienſe hebbe hieri avviſo di Poſnania, che lì s'intendeva per lettere de l'archidiacono di*

Cra-

d tyranni, quem super omnem munitionem ludere (*d*), cujus escas

Cracovia, come frà Bernardino Occhino era venuto in Cracovia, & che apertamente s'era accostato a' trinitarij, & che apportava di più non so che altro dogma di polygamia &c. Nemo tamen in toto Poloniae regno acerbior catholicorum hostis *fuit*, nemo gravioribus incommodis ac detrimentis catholicam religionem affecit, quam palatinus vilnensis ille, qui *supremum trinitariorum caput* paullo ante dictus est: de quo idem Commendonus in suis ad eumdem Borromaeum litteris, die 4. jun. an. 1565. Petricovia datis, *E' venuto*, inquit, *di Lithuania con molta diligentia avviso, che il palatino di Vilna, essendo cruciato da dolori di tutto il corpo, s'era untato di suo capriccio d'argento vivo, & ch'era però stato ventiquattro hore morto: & se ben havea poi dato segno d'esser vivo, nondimeno era del tutto disperata la salute sua da' medici. Il signor Dio gli conceda gratia in questo estremo d'un pentimento eguale a li peccati suoi gravissimi; essendo egli stato quello, che con incredibile studio ha introdotte & stabilite tutte le heresie in queste parti. non ha forse havuto la religione catholica maggior persecutore a' nostri tempi di lui & in questo regno & fuori: tanti commercij & tante pratiche ha tenute in ogni corte & con ogni setta. Fra due o tre giorni se ne haverà l'avviso certo.* Ac sane biduo post ita ad eumdem scripsit: *E' gionto l'avviso certo de la morte del palatino di Vilna de l'infermità, de la quale scrissi l'altro hieri a V. S. illustrissima. il signor Dio ha levato di vita quasi in un medesimo tempo tre principali capi di heretici & persecutori de la religione catholica in questo regno: prima il castellano di Cracovia, & per ricchezze & per dignità il primo signor di Polonia: poi il palatino di Mariemburgh, persono di ricchezze, di seguito, & di grande autorità in Prussia: & hora il palatino di Vilna, huomo potentissimo non solo in Lithuania, ma in tutte queste bande.* Denique die ejusdem mensis junii decimo certiora quaedam de mortis etiam genere eidem his verbis nunciavit: *Al qual proposito, quasi inferendomi l'impedimento, che hora gli era tolto dinanzi per la morte del palatino di Vilna, mi ricontò* (il rè Sigismondo Augusto) *molti particolari de la vita & attioni di detto palatino, & de la morte, che hora egli ha fatto, in vero horribile, & d'un evidentissimo essempio de la giustitia di Dio. Havea già alquanti anni questo palatino la gotta, la quale da poco tempo in quà lo tormentava grandemente, tanto che il mese passato vinto da li dolori, & condotto da' suoi peccati, egli stesso s'ha voluto torre la vita. percioché, havendo inteso, che un suo servitore era guarito di certe doglie, che per altra infermità pativa, con ungersi d'argento vivo, commandò, che gli fusse fatto di questa untione, & ciò contra la protestatione, non che la volunta di tutti li medici, & di quel medesimo, che haveva guarito il detto suo servitore. ma egli ostinato in punir sè stesso, ricusando i medici d'ungerlo, s'unse da sè medesimo, & non pur le gionture & i polsi, ma le tempia & la testa. nè tardò molto, doppo una sì fatta untione, che se gli accrebbero i dolori, & lo cruciorno intollerabilmente tre continui giorni: sì che l'ultimo gli creporno prima gli occhi, le orecchie, & la bocca, & poi gli scoppiò il costato; & finalmente se gli spaccò la testa in due parti, & così, abbandonato da Dio* in adinventionibus suis, *con horribili urli fornì la vita, toltasi con le sue proprie mani.* cognoscitur Deus judicia faciens. in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. *Bestemmiò in vita, come Arrio, il figliuolo di Dio: & ne ha havuto da Dio il castigo con non dissimile genere di morte.*

(*d*) Immo *ridere*. Sic enim in *Prophetia* Habacuc cap. 1. n. 10. scriptum est: *Ipse super omnem munitionem ridebit.*

escas (*e*) electas esse, sanctissimi viri memoriae prodiderunt. *e*
immo vero, quae (*f*) & multis, regni amplitudine atque omni *f*
genere nobilitatis, semper excelluit, & antiquitate, robore &
gloria christianae religionis, nemini unquam concessit, ea sempiterni hostis (*g*) acerrimis impressionibus aliquando labefactari *g*
coacta est, sed illius hostis, cujus viribus, & nostra & superiori
memoria, plurimae & illae quidem munitissimae fidei ac pietatis arces (*h*) saepe cesserunt. jactata est igitur Polonia septen- *h*
trionis illo atque occidentis turbine ac procella horum temporum, paene communi, veruntamen rege & majori ac meliori regni parte, in summa ventorum vi ac furore, firma semper
atque constante. Hujus nunc sedandae tempestatis serenissimo
regi nostro, in hoc laetissimo tui pontificatus nuncio, maxima
spes illuxit. tibi enim, haereticae impietatis antea semper speculatori ac vindici (*i*) vigilantissimo, cum primum summam *i*
in terris potestatem atque auctoritatem adjunctam cognovit,
facile sibi persuasit, hanc laudem revocandi veterem catholicae
fidei integritatem eidem tibi reservatam esse. videt huic aetati,
Dei beneficio singulari, datam sacri concilii regulam (*k*), qua *k*
salu-

(*e*) Ib. num. 16. *Et cibus ejus electus*. Quae omnia de populo chaldaeo, qui judaeos in suam potestatem redacturus erat, proprie dicta sunt.

(*f*) Poloniam intellige.

(*g*) Malum daemonem significat.

(*h*) Haec de Germania, Anglia, Galliaque dicuntur.

(*i*) *Novocomensis inquisitor*, inquit in Pii V. *Vita* Ciacconius, *in rhetios ac Bergomum a S. R. E. cardinalibus, qui officio sanctae inquisitionis praeerant, bis missus, sub Julio papa III. inquisitionis in urbe commissarius .... ac demum summus haereticae pravitatis inquisitor*.

(*k*) Sacri concilii tridentini hanc *regulam* Sigismundus Augustus rex atque universus Poloniae regni senatus, a Commendono, Pii IV. pontificis maximi nuncio, exhibitam atque oblatam, unanimi consensu, die mensis augusti septimo, anno 1564. in parzoviensibus comitiis acceperant, & servari sanctamque in toto regno haberi jusserant. Rem, admodum memorandam, & omnium cognitione dignissimam, iis ipsis verbis exponam, quibus eam Commendonus in suis ad card. Borromaeum litteris, postridie Parzovia datis, perscripsit: *Gionto*, inquit, *in corte, & inteso quali senatori si trovavano qui presenti ne la dieta, stetti molto dubbioso circa il modo di presentar il detto libro del concilio: parendomi da l'un canto, che non convenisse, & che fusse ancho per giovar poco, il presentarlo al rè solo. da l'altro, vedendo, che quì era maggiore il numero de li senatori heretici, & fra questi li principali capì loro, temeva, che, presentandolo nel senato, o non fusse accettato, o se ne riportasse qualche sinistra risposta. & però hieri ne parlai lungamente col rè solo, cercando d'intenderne bene la mente sua, & d'ovviare a li sudetti contrarij. sua maestà, non si risolvendo da sè, mi pregò, che io l'aspettassi alquanto in camera sua; che tosto tornarebbe: &, andatosene ne la sala del senato, fece subito convocare tutti i senatori; con i qua-*

salutaris doctrinae consuetudo depravata dirigatur. videt, te christianae religionis antistite, eum, qui a sacro concilio paene depi-

i quali stato un gran pezzo mandò a dirmi per il vicecancellieri, ch'ei m'aspettava allhora in senato con tutti i senatori, dove desiderava, ch'io parlassi & presentassi il libro del concilio. Io mandai subito per il libro: & entrato in senato, secondo che il signor Dio m'inspirò, parlai lungamente & di questo concilio di Trento & in genere di tutti li concilij, & de la necessità di un supremo tribunale quì in terra, & di un giudice certo circa le cose de la religione; & come sin coloro, che rifiutano il vero & legitimo magistrato de la sede del principe de gli apostoli, per il quale nostro signore Jesu Christo pregò ne deficeret fides sua, & ut aliquando conversus confirmaret fratres suos, *dopo haver suscitate tante seditioni ne la chiesa, erano stati finalmente condotti da la necessità a crear suoi nuovi & falsi pontificati, qual' in Ginevra, qual' in Vittemberga, & qual'altrove, & far loro conciliaboli, loro decreti, & loro anathemi, per estirpare quei disordini, che havea prodotti & tuttavia produceea questa prima loro fallacia, & pretesto, che la scrittura sola debba esser giudice: & comparai questo disordine a la confusione, che succederebbe in questo regno, quando si rifiutasse il giudicio di sua maestà & del senato, nè si accettasse altro giudice, che gli statuti stessi, i quali poi ciascuno volesse interpretare a modo suo. Mi dolsi di due bestemmie & gravissime ingiurie, che facevano costoro a nostro signor Jesu Christo: la prima, credendo & dicendo, che sua divina maestà habbia instituita la chiesa sua senza capo, senza giudice, & senza ordine o certezza alcuna: con che non si vergognano di notare la sapientia eterna di tale imprudentia, quale in nessuno legislatore di qualunche più barbara republica potrebbe essere tollerata: la seconda, che con questa loro dottrina cercano di mostrare, che da la bontà de la vita dipende l'authorità del magistrato; quasi che questa celeste & supranaturale potestà habbia o haver possa principio da noi & non da Dio, nè sia collocata in noi* tanquam in vasis fictilibus, *come dice l'apostolo. con il che, oltre il resto, vengono a contradire ancho apertamente a sè stessi, i quali niente attribuendo a le opere nostre, concedono nondimeno in cosa sì grave, & principalissima sopra tutte l'altre, tanta parte, anzi il tutto, a' meriti nostri soli. Dissi del salvocondotto dato dal concilio di Trento a gli heretici, de l'impossibilità, non che impertinentia de le conditioni dimandate da loro, & come con esse confessavano apertamente di non voler vedere fine di questi disordini, & come di tutto ciò erano authori li loro ministri & predicatori, li quali per interessi loro niuna cosa più abhorrivano, che la pace christiana & il ritorno a l' unione de la chiesa. Raccontai molti inconvenienti così circa la religione come circa le cose politiche, i quali io stesso con gli occhi miei dissi haver veduto in Germania, in Francia, & in Inghilterra: & rappresentai & comparai lo stato di questo regno con gli altri, concludendo in somma, che li mali presenti overo non havevano alcun riparo (il che però in una religione rivelata, & instituita dal figliuolo di Dio, non si poteva credere) overo havevano questo solo del concilio universale, con tanta carità, con tanta spesa, in tanto tempo, procurato da nostro signore, per pace & tranquillità di tutte le provincie christiane, come sola & salutare & necessaria medicina, non altrimente, che suol fare un padre amorevole ne le infirmità de' figliuoli. di che io particolarmente per li viaggi da me fatti inanzi il concilio, & per il concilio, & dopo il concilio, era*

depictus est pontifex maximus, ecclesiae Dei contigisse (*l*). regis autem, beatissime pater, summa est catholicae fidei observantia, summum in sanctam hanc sedem pietatis atque obedientiae studium (*m*). neque enim magis successione regiae pote- *l* *m*

era tenuto di rendere testimonio a tutti quei signori, sì per haver havuti da loro in tutta questa mia legatione singulari segni d'amore, & sì per non cedere io a loro stessi in desiderare, &, per quanto io posso, procurare la pace & felicità di questo regno. & chiamai di ciò testimonio il rè & loro stessi. Et quì presentai il concilio, dicendo, come per nome del vicario di Jesu Christo, & pastore de la chiesa universale, al quale il signor Dio havea detto Pasce agnos meos: Pasce oves meas: & tibi dabo claves regni caelorum &c., *dava publicamente a sua maestà & a tutto il regno quel libro, dal quale solo si poteva cavare la medicina da sanar le presenti piaghe; & che nel tremendo dì del giuditio io harrei dato testimonio & replicato a sua maestà & a tutti loro in conspetto di Dio, che per sua santità non era restato di porgere ajuto, & dimostrar la via de la salute a tutto questo regno. A le quali parole come io veramente mi commossi, così parve, che sua maestà & molti senatori si commovessero, dandone segno fin con le lacrime. Fornito di dire, volendo io uscire per dar luogo a la consulta, sua maestà & gli senatori non volsero, ma mi pregorno a fermarmi: & essi si ristrinsero tutti appresso il rè. Il parere de l'arcivescovo (*Jacopo Uchanski, arcivescovo di Gnesna, e primate del regno*), che disse prima, come ancho esso mi ha poi riferito, fu, che essendo ciò cosa di tanto momento, mi si rispondesse per hora, che si vederebbe il libro, & poi mi si darebbe risposta. Gli altri catholici & heretici tutti furono di parere, che mi si rispondesse subito: &, consultata la risposta, il rè, al quale nel fine de' voti tocca il concludere, disse, che essendo io stato chiamato a l'improviso da sua maestà, non poteva credere, se non che lo spirito santo mi havesse inspirato quanto io haveva detto per benefitio di questo regno; & che però determinaria, che mi si rispondesse accettando il concilio, & consentendo a quanto sua santità essortava. Al che non fu persona, che replicasse o contradicesse. & così monsignore vicecancellieri fece la risposta con molte parole, & molto riverenti verso nostro signore & la sede apostolica, ringratiando sua santità de la paterna cura, che haveva del gregge universale commessole, & spetialmente di questo regno; & che sua maestà accettava il libro & quanto era stato decretato* in sacrosancto oecumenico concilio tridentino; *& ch'era per fare ogni opera, acciochè in tutto il regno & stati suoi fusse essequito. Io, laudata grandemente la risposta, mi congratulai con sua maestà & col senato di questa pia voluntà inspiratale dal signor Dio, & l'essortai di nuovo a provedere a tanti mali: & con questo presi licentia. &c.*

(*l*) Eamdem sententiam transtulit Pogianus in suam ad card. Truchsesium epistolam, quam haud ita multo ante attulimus. ait enim: *Vtrunque, Dei in nos singulari beneficio factum est, ut & sacri tridentini concilii praescripto intelligeremus, quales esse deberent christianae religionis antistites, &, non multo post, eum, qui a concilio requiritur, pontificem maximum haberemus.*

(*m*) Sigismundi Augusti hujus, Poloniae regis, pietas & catholicae religionis sive retinendae sive revocandae studium plurimis Commendoni ad card. Borromaeum litteris declaratur. die junii tertio an. 1565. Petricovia scribens, *Io*, inquit, *spesse volte ho cercato di scoprir l'animo suo circa questo particola-*

potestatis Wladislai illius, proavi sui, quam pietatis & christianae fidei imitatione gloriatur; in cujus Wladislai regio splendore atque auctoritate sacerdotalis & plane pastoralis animus eo tempore luxit orbi terrarum; qui, ut reliqua praeteream, barba-

colare: & sua maestà, oltre l'havermi detto più volte in generale, che, come prima Dio le faccia gratia di finir la presente guerra & questi due negotij de l'unione di Lithuania & de' beni de la corona, vuole in ogni modo restituire & stabilire nel suo regno la religione catholica, pochi dì sono ragionando a a tal proposito, m'ha mostrato molto desiderio, che si emendino gli abusi secondo i decreti di Trento, & particolarmente questo de pluralitate & residentia, *affermando d' havere scritto così non per altro, se non perchè non vede, come si possano per hora torre questi due abusi senza molto romore: ma che spera, che fra qualche anno si potranno emendar & questi & gli altri.* Die autem ejusdem mensis 18. *Oltre quello*, inquit, *che ho scritto con l'allegata lettera di hoggi, ho fatto nuovo offitio col rè per il capitanato di Posnania, per la regina, & in universale per le cose de la religione. Sua maestà con molto affetto & asseverantia chiamò Dio in testimonio de l'animo suo & del desiderio, che haveva di riparare a li presenti disordini, nati principalmente per cagion de l'heresia, fin con pregare sua divina maestà, se questo non era veramente il desiderio suo, gli desse ogni infelicità, & soggionse: „Monsignor, io vo, come vedete, a la guerra, de la quale Dio sà il successo, & se io ne debbo ritornare, o no. mi conviene andare apparecchiato a render conto a Dio: & siate certo, che, se gli piacerà liberarmi da questi travagli, son per fare ogni sforzo di restituire intieramente, & stabilire la religione catholica „.* Cujus consilii atque propositi adjuvandi causa cogitabat jam tum, idque postea perfecit, collegium societatis Jesu Vilnae in Lithuania instituere, &, ut alia alibi in Polonia instituerentur, vehementer optabat. Utrumque Commendonus hisce litteris, die ejusdem mensis quinto & vicesimo Pultovia datis, card. Borromaeo significavit: *Son venuto per il giorno del corpo di Christo a Pultovia, terra del vescovo di Plozca, per vedere il luogo deputato al collegio de' jesuiti, & per ragionare di diverse cose col vescovo: il qual spetialmente desiderava il parer mio circa questo collegio, se lo doveva collocar quì in Pultovia, secondo il primo dissegno, overo in Plozca, dov' è la chiesa cathedrale del vescovado. io riputava più atto al servitio publico & ancho a la commodità di quei padri il luogo di Plozca, massime promettendomi il vescovo di fabricar loro stanze sufficienti. ma siamo rimasti, che li jesuiti medesimi, come vengano, s'eleggano di questi due luoghi qual più loro piacerà: che ne l'uno & ne l'altro saranno ben proveduti dal vescovo. resta solo, che vengano tosto: che già, come io spero, sono in camino. il signor Dio gli conduca felici, & conceda loro gratia di far quel frutto, che si aspetta da loro in questi paesi. In Varzovia ho parlato di nuovo col rè de l'instituire un collegio in Vilna, poichè il palatino di quella città, potentissimo adversario de la religione, è morto. sua maestà afferma di volerlo fare in ogni modo, & fabricarli un loco non solo per un collegio, ma, come già scrissi a V. S. illustrissima, per una universtà di molte letture, le quali tutte vorrà che siano di questi padri; & ne mostra d'haver hora così buona opinione, che, ragionando io con sua maestà ad altro proposito del vescovo di Posnania, mi disse, ch' egli farebbe bene a fare un collegio di detti padri*

barbaras tum atque efferatas gentes ac nationes, quae immensis illis Lithuaniae spatiis continentur, Jesu Christo peperit & educavit (*n*). nec vero Sigismundi patris Sigismundus Augustus

padri ne la sua chiesa, dove sarebbe molto utile. io, havendone parlato già più mesi col detto vescovo, glie ne ho scritto di nuovo; & passando, nel ritorno mio in Italia, per Posnania, ne farò offitio a bocca. perchè in vero è un luogo, ove si sarebbe gran frutto per tutta la Polonia maggiore &c. Litterae autem, quibus scripsisse se jam antea ad Borromaeum de eodem Sigismundi regis vilnense collegium instituendi consilio, Petricovia datae die 12. jan. an. 1565. hujusmodi sunt: *Hoggi è venuto a trovarmi il vescovo di Posnania, & poco poi è venuto ancho l'arcivescovo di Gnesna ... Col rè io ho fatto più volte offitio, che procurasse d'haver alquanti collegij di jesuiti, & collocarli come presidij de la religione in alcuni luoghi principali del regno, & fra gli altri a Vilna in Lithuania. hora, quanto a Vilna, è finalmente il negotio condotto tant'oltre, che sua maestà mi ha detto, che io ne scriva al Padre Laynes, & gli offerisca in quella città un luogo proprio di sua maestà molto commodo & grande, & lo preghi a mandar quì un collegio intiero, ciò è lettore di theologia, philosophia, mathematica, & altre professioni inferiori. il che succedendo potrà senza dubio essere di grande ajuto a tutto quel paese; il quale non ha nè lettere, nè preti, se non tolti di Polonia, & vi vanno solamente coloro, che non hanno quì recapito, persone per lo più senza dottrina & senza costumi: talchè parimente i putti de la nobiltà sono pessimamente disciplinati: dal che nasce poi quel disordine, & quegli inconvenienti, che in quella provincia si veggono, & tuttavia crescono in infinito. V.S. illustrissima essorti il P.Laynes ad accettar quest'impresa, & a provedere di buoni lettori & predicatori: perchè quel collegio sarà come una università di tutta la Lithuania. io attenderò a procurare, che sua maestà ne stabilisca ancho de gli altri: perchè in vero io non veggo miglior rimedio di questo per ajutare la religione catholica; & n'ho veduto in più luoghi il frutto, che fanno. così havessero que' buoni padri maggior copia d'huomini da supplire al bisogno commune di tutta la christianità: al qual fine pare, che il signor Dio gli habbia chiamati & eletti in sì miseri tempi. &c.*

(*n*) Ad hunc totum locum illustrandum describam ea, quae Gratianus libro XVI. *de script. inv. Min.* edit. flor. an.1746. pag.144. memoriae prodidit. *Mortuo*, inquit, *sine virili stirpe Ludovico, Vngariae & Poloniae rege, circa annum 1382. poloni, nihil a majorum more discedentes, raro regnum, si superstes aliquis e regum suorum sanguine sit, ad alienos deferendi, alteram e filiabus ejus Heduigim, jam nubilem annis, reginam sibi asciverunt cum eo, ut ipsi virum, cui nuberet, ut visum e re eorum publica esset, deligerent ... Ab Jagellone (quem postea Wladislaum dixerunt) Lithuanorum principe, quem ipsi Magnum Ducem, more a finitimis moschis accepto, appellant, legati, reginae nuptias petentes, & magna, & quae amplificando regno erant, ultro pollicentes, venerant: cum quibus poloni, spreto ac fugato Guilelmo, transegere, pacti, ut Jagello christiano ritu baptismi sacro expiaretur, & christianae religionis fidem coleret; idem populi omnes, imperio ejus parentes, facerent; & gens universa, Poloniae regno adjuncta, Poloniae regibus subderetur; polonosque captivos, qui servitutem apud lithuanos serviebant, quorum erat ingens numerus, omnes redderet. Jagello, fratresque*

gustus filius oblivisci potest, cujus, in admirabili temperantia, & prudentia administrandae polonicae reipublicae, parem catholicae fidei integritatem atque apostolicae sedis pietatem admi-
o rari omnes, pauci assequi potuerunt (*o*). latissimus sane campus patriae

tresque ejus, & popularium principes, cum Cracoviam venissent, baptismo procurati omnes sunt, & regina, ut convenerat, matrimonio Jagelloni est juncta; celebratisque regia opulentia nuptiis, una in Lithuaniam concessere: ubi, hortante & jubente rege, & saepe doctoris, saepe interpretis officia obeunte, populi omnes christianae fidei rudimentis eruditi, & baptismo affecti sunt.

(*o*) In Sigismundi patris funere orationem habuit Samuel Macieiovvuskius, cracoviensium episcopus, ac regni Poloniae vicecancellarius, a Stanislao Hosio, regio per illa tempora secretario, scriptam: quae in tom. II. ejusdem Hosii operum edita est p. 462. edit. colon. an. 1584. Ex ea pauca quaedam, laudes tanto illi regi hoc loco tributas confirmantia, delibabo. *Quod gnidem regnum* (Poloniae) *per hunc* (Sigismundum I.) *potissimum illustratum est & celebrius factum, quam fuit unquam antea. ipse splendorem in hoc regnum, ipse politiam primus invexit, ipse gentis nostrae nomen clarius reddidit, cum inter barbaros antea numerati fuissemus. Fuit ergo rex noster magno & excelso animo in rerum externarum despicientia, sed non minore in perferendis doloribus & adversis tolerandis, quibus nequaquam animus ejus frangebatur. nam, sive a Deo immittebantur aliqua, ut morbi & gravissimi totius corporis cruciatus, quos saepe sustinebat, non sine quadam admiratione, beati Job in eo patientiam videre licuit. non modo murmurare contra Deum auditus non est, sed ne verbum quidem contra quenquam asperius aliquod proferre visus est. sive etiam Sathanoe insidiis tentaretur, forti atque infracto animo, confisus in eo, qui vicit mundum, qui conculcavit leonem & draconem, omnia tela nequissimi ignea scuto fidei pro virili sua extinguere conatus est, Deo conatum ejus adjuvante. sive homines etiam aliquando persequerentur, maledictis, injuriis, contumeliis incesserent, non alio animo tulit haec, quam tulerat olim David Semei, sibi maledicentem... neque aliud majus & honestius vindictae genus esse persuasum habebat, quam ignoscere... Cujus quae fuerit verecundia, quanta honestas, meministis omnes. non in factis ea modo, verum etiam in sermone relucebat; qui nihil indecorum resonabat, nihil scurrile, nihil ineptum... Abstinentia vero fuit singulari. cujus rei argumentum est, quod, sicut ille in utero sanctificatus, vinum & siceram non bibit... sed, cum ingravescente aetate suaderent medici, ut suae valetudini consulendo vinum biberet, dedit locum eorum consiliis, sed non ita, ut vel in sinistram declinaret, & bibendo modum excederet, qui nunquam in vita sua ebriut visus est... Jejunia ab ecclesia indicta sancte observabat... Qua cum abstinentia fuerit, nihil mirum est, si fuit apud eum honorabile connubium, thorus immaculatus.... Habuit uxores duas, unam Stephani, comitis Scepusiensis, filiam, Joannis, Hungariae regis, sororem, Barbaram nomine, sanctissimam faeminam: alteram, quae superstes illi est, Bonam, Joannis Galeacii Sfortiae, ducis mediolanensis, & Isabellae Aragoniae filiam. cum utraque ita vixit, ut, praeter eas, faeminam agnosceret nullam... Nihil sibi juris vendicabat in Dei ministros, neque aut de moribus eorum, aut de fidei caussis cognitio-*

patriae laudis & gloriae, in quo filii excurrere suo jure posset oratio. sed tua, beatissime pater, atque amplissimi collegii scientia fretus, & parentis sui, cujus recentissima sunt merita, & reliquorum regum, majorum suorum, cum rebus gestis tum catholica fide praestantium, omissis laudibus, me internuncio, ita de se profitetur: etsi repellendis barbararum atque impiarum gentium continentibus bellis, quibus, quasi perpetuum quoddam christianae fidei propugnaculum, Polonia divinitus objecta fuit, assidue exerceatur, tamen ei hanc primam esse cogitationem, hoc officium antiquissimum, tuendae ac sanandae catholicae religionis. quare longe majoris lucri spem in illo regni capite (*p*) collocare tuo jure potes, quam quantum ex perditis quibusdam provinciae membris detrimentum acceptum esse videatur. sed, quoniam sanctitas tua, cujus vita & actio efficax eloquentia est, facta magis, quam orationem, requirit, vicissim serenissimus rex meus, re potius, quam verbis satisfacere cupiens, omnem animi ac voluntatis suae expositionem ad eam summam, quam initio attigi, referri jussit. ergo Sigismundus Augustus, Poloniae rex, studio & observantia erga hanc sanctam sedem vel majorum suorum vel aliorum regum nemini cedens, primum tibi de isto, christianae ecclesiae salutari, pontificatus tui honore, ex animo gratulatur, teque, summa cum obedientia, verum Jesu Christi vicarium meo ore ac legatione veneratur: deinde omnes amplissimi regni opes, omnes animi sui facultates atque adeo robustas illas reliquias (*q*), quae ante Baal genua non curvaverunt (*r*), non minus lorica fidei,

S 2 quam

gnitionem sibi usurpabat... Judex fuit incorruptus, ut qui ab odio, ira, amicitia, & omni cupiditate vacuus esset... Totis interdum octo horis, & amplius etiam, sicut ipsi meministis, cognoscendis causis praesidebat... Non vacillavit fides ejus, non passus est ille, se transferri ab eo, per quem vocatus erat in gratiam, in aliud euangelium... non passus est abduci se doctrinis variis & peregrinis. ab iis, juxta Pauli praeceptum, declinabat, qui facerent dissensiones & offendicula, praeter doctrinam, quam didicimus... permanebat in fide fundatus & stabilis & immobilis a spe euangelii, quod audiverat... Nullum diem intermisit rex noster, quo non unam aut alteram horam sacris, & orationibus vacaret. verum id majore cura festis diebus faciebat, quibus caeremonias omnes diligenter obibat, non sine magna animi sui delectatione. omnes ecclesiae ritus & precationes, aeque ut ipsi sacerdotes, tenere visus est... Vixit annis octoginta & uno, mensibus tribus: regnavit annis quadraginta & uno, mensibus duobus. &c. Obiit autem mense sive aprili sive majo anni 1548.

(*p*) Sigismundum ipsum Augustum, Poloniae regem, intellige.

(*q*) Eos significat, qui a catholica religione in Polonia non defecerant.

(*r*) S. Paullus in epist. ad Rom. c. XI. v. 4. *Qui non curvaverunt genua ante Baal.*

quam corporis atque animi virtute invictas, ad reſtituendam catholicae religionis diſciplinam libentiſſime pollicetur. Poloniam vero, non magis ſua culpa, quam eorum cauſa, qui longinquas, & ab oculis remotiores reipublicae partes neglexerunt, pravis interdum haereſum opinionibus laborantem, eximiae charitati tuae praecipue commendat; &, ad ſanctitatis tuae benignitatem accurrentem ut tua pietate & gratia complectare, a te Poloniae rex, tuus atque hujus ſanctae ſedis obſequentiſſimus filius, omnibus precibus orat atque contendit.



JULII



JULII POGIANI
EPISTOLAE
ANNO M. D. LXVII. SCRIPTAE.

I.
Michaël Bonellus Card. Alexandrinus (a) Othoni Truchses Card. Augustano. a

Brevia apostolica, ad Halberstadiensium canonicorum collegium & collegii decanum de idoneo episcopo postulando transmittenda, mittit. 31. jan. 1567.



UM primum sanctissimus dominus noster certior factus est, vacare ecclesiam halberstadiensem, pro suo pastoris & parentis universalis officio, gregem illum eo majori cura & sollicitudine complexus est, quo gravius ei periculum imminere intelligit, ne finitimorum & undique frementium luporum hianti crudelitate devoretur. quae igitur proxima visa est isti malo occurrendi via, ea

(a) Haec, & quae cardinalis hujus Alexandrini, Michaëlis nimirum Bonelli, & Pii V. pont. max. a Pogiano scriptae deinceps sequentur epistolae, depromtae a me sunt pleraeque ex ms. barberinianae bibliothecae codice 3289. nonnullae vero etiam ex altero vaticanae bibliothecae ms. item codice 3432. Barberiniani codicis sunt eae, quarum heic exhibemus initia, reliquae sunt vaticani.

Accepimus literas & mandata
Accepit SS. D. N. literas
Accepto nuncio de episcopi
Adjacensem episcopum
Antonium Wrametium
Cognitis iis, quae scripsisti
Cognitis iis, quae tuis literis
Commendatio tua dupliciter
Confirmarunt eam, quam
Cum ex pastoris universalis
Cum primum SS. D. N. certior

Cum

ea ingrediendum exiſtimavit, ut, quam optime ac celerrime
b poſſet, vacuae eccleſiae (*b*) epiſcopus praeficeretur. qua de re
duo brevia ſcribi juſſit, alterum ad decanum & capitulum hal-
c d e berſtadienſe (*c*), quo (*d*) eos communiter hortatur, ut in (*e*)
illo poſtulando, qui tantae illius eccleſiae neceſſitati ſubvenire
poſſit, eum nominent virum, quem ſua ſanctitas legitime ac
libenter confirmare debeat; alterum ad capitulum ſeparatim,
quo item ſuadet eis, ut, quoniam decanum eam verae & ca-
tholi-

Cum ſuperioribus diebus
Delectatus eſt SS.D.N.
Ego vero illuſtriſſimam amplitudinem
Ego vero vellem pro mea
Egregia virtutis
Et gravi teſtimonio
Etſi minime nova
Etſi non dubitat SS.D.N.
Ex literis tuis ad SS.D.N.
Ex literis veſtris VII. *idus jul.*
Fidelis & diligentis
Grati animi ſignificatio
Gratiſſima fuit ſalus
Graviter ſane ac dolenter
Guilhelmum Eyſengrenium
Haerent paſtoralis
In cogitatione ſubſidii
Ingraveſcit in dies
In maximo dolore
Intelligentes quantam
Ita mihi honeſtum
Jubet te SS.D.N.
Jucunda felicitatis recordatio
Juſſu ac nomine SS.D.N.
Juſtitiae ſimul & charitatis
Laetati ſumus mirabiliter
Licet tuis literis
Literae veſtrae ſtudii
Literas tuas XIV. *ſept.*
Literas veſtras idib. jul.
Magnam nobis admirationem
Magna ſui animi voluntate
Magnum SS.D.N. dolorem
Nefaria flagitii indignitate
Nemo unquam egregium
Non facile dixerim
Nos vero tanto majore
Nullius commendatio
Pius & utilis labor
Provinciale concilium
Quae Laurentius Stradeus
Quae mea eſt erga amplitudinem
Quae mihi tardius
Qua voluntate eſt
Quemadmodum pro animi
Quem dilecto filio
Quem dolorem SS.D.N.
Quia cum inferiore
Quo diutius ſancta mater
Quod per me petiiſti
Quod SS.D.N. fratres
Quos ad SS.D.N.
Religio veſtra ac pietas
Uberem in domino

Harum ipſarum barberiniani codicis epiſtolarum nonnullae reperiuntur etiam in illo ipſo vaticano codice 3432. Plurimarum autem utriuſque codicis exempla, ſi non autographa, at certe ex autographis per pontificios librarios deſcripta, in apoſtolico ſanctiore tabulario adſervantur: quorum ſubſidio ſane multos utriuſque exemplaris depravatos locos emendavi, operam mihi ſuam ad ejuſmodi locorum recognitionem humaniſſime praebente Cl. V. Joſepho Garampio, baſilicae S. Petri canonico, & ejuſdem tabularii praefecto. hanc autem, quam prae manibus habemus, epiſtolam non niſi in barberiniana bibliotheca, & in *Congregationis concilii* tabulario reperi pagina 91. ejus voluminis, de quo alibi dicam, perſcriptam.

(*b*) Halberſtadienſi.

(*c*) *halberſtadienſem* Uterque codex. Emendavi.

(*d*) *queiſos communiter &c.* Cod. barb.

(*e*) Omittit uterque codex. Addendum putavi.

tholicae fidei vitaeque probatae opinionem tueri ſperat (*f*), *f*
qua ſanctitati (*g*) ſuae fuit multo antea commendatus, ipſum *g*
deligant epiſcopum. quod vero exploratum eſt ſanctiſſimo do-
mino noſtro, quanto ſtudio flagret amplitudo veſtra illuſtriſſi-
ma & Dei gloriae & ſalutis animarum, juſſit, me has (*h*) ad *h*
eam literas dare una cum pontificiis brevibus, ut primo quo-
que tempore, quibus inſcripta ſunt, illa curet perferenda, hoc
tamen poſito, ut decanus halberſtadienſis manſerit ille pius &
catholicus, quem graves (*i*) viri a ſe cognitum jam eſſe, te- *i*
ſtati ſunt. nam, ſi ſecus poſtea de illo forte eſſe cognoverit
(quod Deus omen (*k*) avertat), tamen, ſi deſciviſſet a catho- *k*
licae religionis integritate (quod ei pro ſua (*l*) prudentia mi- *l*
nime ignotum fore confidimus), neque commune neque priva-
tum breve decano aut capitulo reddi vult ſua ſanctitas. ſin
vero conſervat decanus integram fidei & morum laudem (quod
de eo optandum ſperandumque eſt), proſequetur amplitudo ve-
ſtra illuſtriſſima haec ſanctiſſimi domini noſtri brevia ad illos
omnes ſuis etiam literis; quibus eo vehementius aget, & cum
capitulo, ut inſiſtat decanum eligere epiſcopum, & cum ipſo
decano, ne tanta ſibi conſenſione oblatum epiſcopale munus
defugiat: quod neſcio quid rumoris eſt, eum ſibi delatum a
capitulo epiſcopatum recuſaſſe. Accedit praeterea fama (quod,
quia omnino a ratione abhorret, credi minime poteſt), ſed
tamen fama de puero, ac paene infante (*m*) Julii ducis branſvvi- *m*
cenſis filio, epiſcopo poſtulato. quae res quanto opere flagitet,
ut decanus, ſi modo a nobis & a ſe non diſceſſit, fiat epiſco-
pus, optime novit amplitudo veſtra illuſtriſſima. habet igitur
quid, ſalvis decani rebus (*n*), fieri jubeat ſua ſanctitas. Quod *n*
ſi rem, aut iſtius branſvvicenſis pueri cauſa, aut decani vel
culpa vel aliquo impedimento, aut alio nomine, in (*o*) apertum *o*
diſcrimen adductam viderit, quominus (*p*) decanus aut omni- *p*
no

(*f*) *ſperet* Cod. barb.
(*g*) *ei fuit &c.* Id.
(*h*) Omitt. Id. (*i*) Omitt. Id.
(*k*) Omitt. Cod. Congr. concil.
(*l*) *pia ſua* Id.
(*m*) *infanti* Uterque cod. Dicitur autem *paene infans* hic Henricus Julius (Julii branſvvicenſis, ſive brunſvvicenſis, ducis filius, Henrici nepos, qui ad halberſtadienſem epiſcopatum a canonicorum collegio poſtulabatur) propterea quod non niſi quartum aut quintum aetatis annum tum agebat.

(*n*) Hoc eſt, dummodo decani res ſalvae atque incolumes ſint: nempe, dummodo decanus, quemadmodum ſupra dictum eſt, *manſerit ille pius & catholicus, quem graves viri a ſe cognitum iam eſſe, teſtati ſunt.*

(*o*) Haec mihi ſic videntur refingenda: *in ejuſmodi locum adductam viderit, ut decanus &c.*

(*p*) Omnino vitioſum eſt hoc *quominus*, quum ſequantur illa *nollet aut non*

no nollet, aut non deberet deligi episcopus, excitabit ipsa & studiose hortabitur reverendissimum archiepiscopum maguntinum (q), ut, quia metropolitanus est, suscipiat ipse, quemadmo-

non deberet. Pro eo aut *quamobrem*, aut *ita ut*, aut ejusmodi aliquid reponendum.

(q) *moguntinum* Cod. Congr. concil. Sed utrumque rectum est. nam non minus usitate *Maguntia*, unde hoc nomen derivatum est, quam *Moguntia* dicitur.

Porro, quantae curae halberstadiense hoc negocium Pio V. fuerit, ex trinis ejus litteris magis magisque intelligi potest, quas, huic ipsi epistolae magnam lucem allaturas, exhibendas hoc loco existimavi. eas cum aliis multis Joannes Antonius Gabutius, Cl.Reg. S. Paulli, collegerat, &, editurum se aliquando, promiserat in calce *Vitae* Pii V. a se latine atque eleganter conscriptae: neque ipse tamen, sed Franciscus Goubau anno demum 1640. antuerpiensibus Balthasaris Moreti typis edidit hac inscriptione: *Apostolicarum Pii V. pont. max. Epistolarum libri quinque, primum in lucem editi opera & cura Francisci Goubau*. Jam libri I. epistolae XIV. & XV. ac libri II. epistola III. ad rem nostram pertinentes, sunt hujusmodi.

I. „ Dilectis filiis praeposito, decano, & reliquo capitulo ecclesiae halberstadiensis.

„ Dilecti filii, salutem & apostolicam benedictionem. Postquam, lectis litteris vestris, & postulatione vestra cognita, nobiscum de ea re cogitare coepimus, non potuimus non admirari, his tam calamitosis temporibus ad ejusmodi vos consilium descendisse. Attendimus quidem, quae vos rationes impulerint: sed ea in re videmus, vos plus necessitatem ecclesiae, quoad temporalia attinet, quam quoad spiritualia, respexisse. Brunsvvicensem ducem amamus nos, ut principem catholicae religionis studio & erga sanctam sedem apostolicam observantia excellentem; omni a nobis eum honore dignum esse scimus; favemus ejus nepoti; eumque tali avo dignum evadere cupimus. sed ita eos diligimus, ut conscientiam nostram, & existimationem hujus sanctae sedis minime laedendam esse putemus. nimis absurdum, nimis alienum ab instituto pontificatus nostri foret, nimis non catholicos modo, sed etiam ecclesiae adversarios & hujus sanctae sedis inimicos offensurum, si puero illa aetate ecclesia ista nobis approbantibus committeretur. quam Deo rationem in tremendo judicii die facti nostri reddere possemus? quid non modo catholici, sed ii etiam, qui ab ecclesia recesserunt, dicturi essent, si potestate, nobis ad aedificationem data a Deo, abuteremur? requisivimus hac in re sane prudentiam vestram. illud tamen probavimus, quod vestri officii memores postulationem vestram, postquam ejus rationem reddidistis, arbitrio nostro permisistis. sed vellemus, vos oculos potius ad spiritualia, quam ad temporalia intendisse. cum dilectus filius, nobilis puer, Henricus Julius, Deo dante, adoleverit, tum, quos illi honores apostolica sedes, pro dignitate illius familiae, & pro avi sui meritis habere poterit, habebit. numquam haec sedes benignitatem suam & gratam voluntatem erga benemeritos principes desiderari passa est. hoc autem tempore consulendum est summae istius ecclesiae necessitati. proinde hortamur vos, & pro nostro officio auctoritate apostolica monemus, ut nihil, nisi Dei honorem & ecclesiae utilitatem, „ respi-

admodum debet in tanto periculo, curam episcopatus halberstadiensis interea, dum, quid agendum sit, hinc scribatur. qua in re amplitudo vestra illustrissima, si ei opportunum videbi-

„ respicientes, maturo judicio eligatis in demortui episcopi locum talem virum, qualem tam calamitosa tempora efflagitant; qui catholicus sit, qui & vitae honestate, & litterarum scientia tanto muneri aptus sit atque idoneus. agitur conscientia vestra, agitur ipsius ecclesiae salus. quid prodest consulere temporalibus, si spiritualia negligantur? at vero si ecclesiae in spiritualibus praecipue provisum fuerit, si vir ad ea tuenda idoneus deligetur, Deo favente, is temporalia quoque conservabit atque tuebitur. sed eum a vobis deligi oportet, qui morum, ut diximus, honestate commendetur, cujus vita sit ad imitandum omnibus, quibus praesit, proposita, cujus ad mores, tamquam ad normam quamdam, clerus mores suos corrigat ac reformet. quam nos certissimam rationem esse reprimendarum haeresum judicamus, sicut eis excitandis & augendis, & bonis ecclesiarum temporalibus amittendis, praelatorum & aliorum ecclesiasticorum pravos mores praecipuam caussam dedisse constat. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die XXI. martii M.D.LXVII. pontificatus nostri anno secundo.

II. „ Dilecto filio, nobili viro, Henrico Juniori Duci Brunsvvicensi.

„ Dilecte fili, nobilis vir, salutem & apostolicam benedictionem. Acceptis litteris tuis super negotio halberstadiensis ecclesiae, recordati continuo sumus, quanta & quam insignis & quam multis rebus testata fuerit tua in catholica fide constantia, & erga apostolicam sedem pietas atque observantia. quo nomine te & ante pontificatum singulari studio prosecuti fuimus, &, postquam hujus servitutis onus, Deo ita disponente, suscepimus, omnigeno honore, quatenus nostra & hujus sanctae sedis dignitas pateretur, dignum judicamus. ceterum, quo pluris te facimus, & quo propensiore erga te voluntate sumus, eo molestius ferimus, non esse hanc rem hujusmodi, in qua desiderio tuo, ac nostro erga te studio satisfacere possimus. qua in re nobilitatem tuam rogamus, ut secum diligentius consideret, quid officium nostrum requirat, quid haec tempora postulent, quid halberstadiensis ecclesiae necessitas poscat, quanto & quam gravi scandalo non catholicos modo, sed etiam ecclesiae inimicos offensuri essemus, si puero illius aetatis, auctoritate nostra, ecclesia committeretur. certe non sine pudore & rubore possemus de hac re verba cum fratribus nostris facere. cogitemus, dilecte fili, utrumque nostrum Deo rationem reddere debere, quamquam es tu multo senior etiam, quam nos. quam, quaesumus, in tremendo illo judicio rationem reddere possemus promotionis adeo immaturae, adeo contra sacros omnes canones factae? cum in nepote tuo, praeter generis nobilitatem, nulla prorsus earum rerum inesse per aetatem possit, quae ab ipsis canonibus requiruntur. speramus quidem de eo illa, quae sunt speranda de puero tali genere nato: sed expectanda est maturitas aetatis, aut, si dispensatione aliqua super aetate opus fuerit, expectandum saltem est tempus, dum adolescat; ut certius suscipiendi oneris magnitudinem, & quid professurus, quibusque se legibus obstricturus sit, intelligere possit. cum ad talem aeta-

„ tem,

tur, non quia hoc habeat mandatum, sed per se poterit ostendere spem archiepiscopo agendi cum sanctissimo domino nostro, ut illi administratio episcopatus detur ad tempus. Plura ne

„ tem, Deo dante, pervenerit, tum, „ si apparebit, eum majorum suorum, „ tuique in primis, avi sui, tam catholici principis, imitatorem fore, „ confidere potes, sanctam hanc sedem „ quoscumque poterit honores, pro „ vestrae familiae dignitate ac pro tuis „ erga religionem catholicam meritis, „ illi habituram esse. quocirca hortamur & petimus, ut haec tecum diligenter perpendens desistas id a nobis petere, quod nec nos sine gravissima Dei & hominum offensione „ concedere, nec tu sine animae tuae „ periculo impetrare posses, quodque „ non modo ecclesiae illi, sed ne ipsi „ quidem nepoti tuo expedit. illud „ multo magis pietate erga Deum tua „ dignum est, ut, dilectis filiis capitulo halberstadiensis ecclesiae gratiis „ actis pro studio, quod erga te & nepotem tuum declararunt, eos horteris, ut ecclesiae suae necessitati „ consulant, aliquo catholico viro, & „ vitae honestate ac litterarum scientia praedito, quae a sacris canonibus requiritur, ad ecclesiae suae regimen in demortui episcopi locum „ sufficiendo. ad quod nos quoque „ pro officio nostro diligenter eos hortamur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die XXI. „ martii, M.D.LXVII. pontificatus nostri anno secundo.

III. „ Dilectis filiis Decano & „ Capitulo ecclesiae halberstadiensis.

„ Dilecti filii, salutem & apostolicam benedictionem. Post acceptas „ litteras vestras, & auditum benigne „ nuntium, qui eas attulerat, etsi consideravimus diligenter nobiscum ea, „ quae proposuistis, nullo tamen pacto inducere animum potuimus puero quinque vel sex annorum administrationem istius ecclesiae committere, nimis repugnante conscientia „ nostra, nimisque gravi scandalo totam Germaniam offensuri, neque eos „ modo, qui nunc sunt, sed etiam posteros, si memoriae proderetur, puerum, in quo nulla per aetatem esse „ potest earum rerum, quae a sacris „ canonibus requiruntur, designatum, „ nobis postulationem vestram admittentibus, esse pastorem & episcopum „ ecclesiae, contra omnes canones, „ contra decreta conciliorum. quam „ possemus rationem hujus rei reddere „ aeterno illi judici in tremendo judicii die? scimus quidem, avum pueri „ principem esse catholicum: scimus, „ quoad viveret, non defuturum ei „ ecclesiae, ad defendendum ejus bona, illius auxilium ac patrocinium. „ sed, qua jam aetate sit, nostis. is „ praeterea puer unicus illi nepos est. „ ne illius quidem domui expedit, „ nepotem suum unicum temporalium „ ecclesiae illius bonorum caussa (cum „ nec ipse intelligat quid agat, nec „ quisquam hominum divinare possit „ quid acturus sit, si, Deo dante, ad „ annos adolescentiae pervenerit) rebus ecclesiasticis immisceri, non sine „ Dei omnipotentis, ut verendum est, „ indignatione. Cum autem jamdiu „ ipsa ecclesia vacet, nec sine magno „ ejus detrimento differri possit diutius electio novi episcopi in locum „ demortui; etsi pro nostro jure, postquam vos, prioribus nostris litteris „ moniti, tamdiu cessastis eligere seu „ postulare personam idoneam, possemus, quem nobis placeret, episcopum & pastorem illi praeficere, „ tamen, benignius vobiscum agere volentes, vos iterum hortandos duximus ac monendos, ut, diligenter „ attendentes periculum, in quo ecclesia versatur, officii vestri memores,

ne scribam in hanc rationem, facit illustrissimae amplitudinis vestrae pietas & prudentia, quae pro re, pro tempore, recte

T 2 rem

„ res, omni excusatione omissa, ea „ qua debetis concordia, Deum tantum prae oculis habentes, eligatis „ vel postuletis aliquem secundum sacros canones aetatis legitimae, vita „ & fide atque usu rerum idoneum ad „ ipsius ecclesiae regimen. ad quem „ eligendum vel postulandum vobis, „ postquam has litteras acceperitis, „ praefigimus spatium trium mensium „ pro termino peremptorio. intra quod „ tempus si eligere vel postulare neglexeritis, nos jure nostro utemur, „ ac, sicut Deus nobis inspiraverit, „ ipsi ecclesiae providebimus; & conscientiam nostram, quae longiorem „ moram ferre non potest, exonerare „ curabimus. proinde, dum etiam „ nunc vobis permittitur, officio vestro fungimini, & de divino cultu „ atque animarum salute praecipue soliciti, de temporalibus vero bonis „ solicitudinem in Deum projicientes, „ sperate, etiam ad ipsa bona temporalia tuenda non modo divinam „ opem adfuturam, sed ne humanum „ quidem auxilium vobis defuturum. „ Datum Romae apud S. Petrum sub „ annulo piscatoris die III. februarii, „ M. D. LXVIII. pontificatus nostri anno tertio.

Superiores Pii V. tres epistolas, itemque reliquas illas a Gabutio collectas, a Goubau autem editas, quis scripserit, usque adeo scire mihi olim videbar, ut in adnotatione 42. ad Gratiani nuncupatoriam epistolam illa scribere non dubitarim pag. LVIII. *Antonius Florebellus... vir prudens ac doctus, & latine scribendi admodum peritus: id quod ejus epistolarum volumen, Pii V. nomine scriptarum, a Francisco Goubau anno* 1640. *Antuerpiae vulgatum ... declarat*. Acquieram enim eruditissimi hominis mihique amicissimi auctoritati, apud quem de Florebello scriptum ita legeram pagina cujusdam operis sui 256. *S. Pii V. Pont. Max. hunc secretarium fuisse constat ex libris quinque epistolarum ejusdem pontificis, quas Franciscus Goubau Antuerpiae emisit in manus hominum anno* 1640. Volumen ipsum non satis diligenter omnique ex parte consideraram, illa cum scribebam. postea animadverti, libris primis ejus voluminis duobus epistolas contineri tribus prioribus Pii V. pontificatus annis scriptas, reliquis autem tribus libris eas, quae reliquo ejusdem pontificatus tempore scriptae sunt: ac secundi quidem libri postremam ultimo decembris die anno 1568. datam reperiebam. Atqui duobus minimum ante hoc tempus mensibus jam se Florebellus a scribendis pontificiis epistolis removerat, ac Mutinam, relicta urbe, in otiumque secesserat. quam rem Gratianus in suis ad Nicolaum Tomickium litteris, eo ipso anno 1568. postridie Kal. decembr. datis, memoriae prodidit hisce verbis: *Quid mihi nunc Pogiani morte inopinatius poterat accidere, de illius honore nuncios quotidie expectanti? cum enim Florebellus episcopus, pontificis ab epistolis, jam gravis senio, ab urbe in patriam atque otium secessisset, ei pontifex Pogianum substituebat*. Ante Pogiani igitur mortem, quae in nonas novembris an. 1568. incidit, discesserat jam Roma Florebellus: ut propterea eas epistolas, quae duobus anni 1568. postremis mensibus, quaeque praeterea reliquis Pii V. pontificatus annis datae in eo volumine conspiciuntur, ab eo scribi non potuisse, perspicuum fit. relinquitur, ut eas solum potuerit scribere, quae ante novembrem anni 1568. datae sunt, quaeque primo & altero totius voluminis libro continentur, non amplius octo & quadraginta; quum reliquarum numerus summam

prope

rem gubernabit. cui ego ſtudium & operam meam deferens & caeleſtium & terrenarum rerum felicitatem precor. Romae. prid. Kal. februarii M. D. LXVII.

prope triplo majorem conficiat. verum, ut illas ipſas primi & alterius libri ſcribere Florebellus potuerit, re ipſa tamen ab eo ſcriptas, praeſtare quis poſſit? quas ſi quis cum reliquis poſteriorum librorum cómparet, eamdem in omnibus manum mentemque agnoſcere ſibi videbitur. itaque aut nullae illius voluminis epiſtolae a Florebello ſunt, aut non ſunt ab eo certe pleraeque. A quo igitur ſive omnes, ſive earum pars maxima? a Caeſare Glorierio, opinor; quem Pio V. aliiſque etiam pontificibus maximis in ſcribendis latinis litteris dediſſe operam, & luculentum ſcriptorem fuiſſe, conſtat. de quo homine Pogianus ad Alexandrum, ejus filium, IV. id. ſept. an. 1567. ſcribens, *Tibi*, inquit, *magis eo etiam colendum eſt hoc eloquentiae ſtudium, quod ſuſtines magnam expectationem paterni inſtituti ac muneris, qui cum magnis illuſtribuſque laboribus vobis ad honores viam munierit, te profecto, praeſertim iſto pudore, iſta morum ſuavitate, iſta religione adoleſcentem, latine ſcribendi facultas multum adjuvabit*.

II.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Archiepiſcopo Lugdunenſi. (a)

a

9. mart. 1567. *De ſtudio tuendae ac propagandae religionis. De jeſuitarum collegio adjuvando.*

b EX literis tuis ad ſanctiſſimum dominum noſtrum idibus januarii datis, quibus tuum ac tuorum (b) ardens paſtorum catholicorum ſtudium profiteris tuendae ac propagandae fidei veritatis, ſummam voluptatem cepit ſua ſanctitas; voſque per viſcera miſericordiae Chriſti domini vehementer hortatur, ut in iſtud officium, tam neceſſario veſtrae provinciae tempore, omnem curam ac diligentiam veſtram conferatis. Ad reliqua vero

(a) Is erat *Antonius d'Albon*, *perilluſtri* (quemadmodum legitur in *Gallia Chriſtiana* tom. IIII. col. 186. edit. pariſ. an. 1728.) *genere natus in caſtro S. Ferreoli* 1507. *patre Guillelmo d'Albon, S. Ferreoli dynaſta ... Datus ei arelatenſis archiepiſcopatus an.* 1561. ... *Tranſiit ad lugdunenſem an.* 1562. ... *Religionis acerrimus propugnator mala, a calviniſtis perpetrata, reparare curavit ... Piiſſima pro ſua dioeceſi ſtatuta conſcripſit, atque in dioeceſana ſynodo publicavit anno* 1565. *quo tempore in muniis epiſcopalibus ſuffraganeum habebat Johannem Henrici, damaſcenum in partibus epiſcopum, theologicae facultatis pariſienſis doctorem &c.*

(b) Eos, opinor, epiſcopos ſignificat, qui lugdunenſi metropolitae ſuberant, nempe auguſtodunenſem (*d'Autun*), cabilonenſem (*di Chalon*), lingonenſem (*di Langres*), matiſconenſem (*di Mâcon*).

vero etiam, quae scribis, tibi sic responderi jussit. Si Montis regii (c) episcopus (d) adducitur, ut duobus illis prioratibus cede- c d

(c) *Mons regius*, sive *regalis*, urbs est in subalpinis, vulgo *Mondovì*.

(d) Vincentius Laureus, qui per haec tempora a Pio V. apostolicus nuncius in Scotiam ad Mariam reginam, Henrico Stuardo nuptam, missus fuerat, duobus e societate Jesu comitibus additis, quorum consilio atque opera in illa legatione uteretur. Prioratibus, de quibus hoc hujus epistolae loco agitur, eum libenter lugdunensi collegio cessisse, tanta Pii V. ejus rei voluntate declarata, valde credibile est; qui nostrorum hominum non modo perstudiosus ipse esset, sed aliorum erga eosdem studii ac beneficentiae mirificus conciliator. id quod in collegii turnoniensis institutione maxime apparuit. *Habebat* (inquit Sacchinius in *Lainio* lib.4. n.85. de cardinale Turnonio, ad Franciscum II. Galliarum regem a Pio IV. pont. max. legato, agens) *in comitatu praestantes virtute ac sapientia viros prae caeteris duos, Petrum Villarium condriensem, qui postea episcopatum ecclesiae mirapisensis gessit, & Vincentium Laureum, qui episcopus Montis regalis in subalpinis, ac demum cardinalis fuit. Hi aegro animi Turnonio cardinali autores sunt, ut semel in perpetuum cura se collegii ejus exoneret, eademque opera tum conservationi ejus tum orthodoxae juventutis institutioni consulat: id in proclivi fore, si patrum societatis curae permittat. tum alia, quae visa sunt, addentes, ita permovere, ut, probato consilio, ipsummet juberet Laureum cardinalis continuo ad Lainium super ea re litteras dare: & earum exemplum litterarum, Kalendis octobris* (an.1560.) *datarum, est tale*: „„ *Incolumis, Dei gratia, cardinalis Turnonius in Gallias venit, sed, cum magno animi sui dolore, religionis res ita perturbatas invenit, nullus ut prope in hoc regno sit locus, quem non aliqua ex parte haeretica lues contaminarit. cum vero adventu suo partim seditiones graves vel jam ardentes extinxerit, vel orientes oppresserit, partim christianissimo regi per litteras malorum remedia viasque ad vim ac fraudes seditiosae hujus & consceleratae sectae repellendas proposuerit, nequaquam deesse Turnoni vult, solo suo natali. id cum oppidum sit octingentis circiter domiciliis frequens, ad Rhodanum situm, ac sapientiae studiosos non pauciores mille ducentis habeat, propter opportunitatem collegii, quod suis ibi impensis cardinalis aedificavit, proxime ab tetrae hujus pestis periculo abest; quam ad id loci nequaquam effugisset, nisi & popularium adversus cardinalem amor eximius & observantia defendisset, & vigil prudensque fratris filii* (Justi Turnonii) *custodia, qui, turnoniae domus generosa stirps, vel cum vitae discrimine majorum suorum premens vestigia, nova haec pietatis inventa eorumque fautores propulsare & oppugnare nunquam destitit: adeo ut ab inimicis fidei ad contumeliam, ut ipsi rentur, monstretur digito, & papista vocitetur. Jam vero cardinalis, pro optima opinione, quam semper de sanctimonia vitae, doctrinaeque integritate sacratissimae societatis Jesu habuit, persuadet sibi, suam hanc patriam contra impetum quemvis fraudemque tartaream reddere inexpugnabilem posse, si praesidium ei de vestris hominibus imponat, suumque collegium custodiae societatis fidae sanctaeque committat: neque uni tantum oppido, sed toti regno sperat se ingens commodum allaturum. etenim collegium peropportunum cum sit tum situ & opulentia oppidi tum aedium magnificentia, & bis mille francorum annuo vectigali, praeterquam quod discendi cupidos, eo ut commeent, allicit, potest etiam multos e societate praestantes*

e cedere velit collegio (e) jesuitarum, ejus sanctitatem summa sua

stantes enutrire viros, quos, per Gallias sparsos, certa spes est, ubique innocentia vitae ac Dei verbo ejecturos jugulaturosque catholicae fidei hostes, & in pristinum religionis splendorem regnum omne restituturos. nec leve erit commodum, tam multos adolescentes; ex quibus deinde antistites, religiosi viri, magni cancellarii, praesides, consiliarii, senatores, ac caeteri magistratus regnique administri creantur, a primis annis in sancto Dei timore educari, & catholicae custodia pietatis, atque adeo haud mentiar, si hujus mali originem ab talibus personis affirmem esse. fecisset Deus, ut in omni Gallia societatis extructa collegia essent! non ita laborandum pontifici summo esset ad populum, olim pietate inclytum, in sanctae sedis obsequio, & matris ecclesiae gremio retinendum. id adeo experimentum aperte monstrat, quod Biliomum & Apamiae, gallicanae urbes, quamvis regionibus, vitio contactis, undique obsideantur, tamen & se & multas circa oras ab infanda contagione liberas servaverunt. hujus rei gratia quivis fidelis Christi cultor divinae bonitati gratias debet agere, quod in summis hisce calamitatibus quasi e caelo demittere ad nos hanc vere caelestem societatem dignata est. cui cum tu, pater summe observande, merito praesis, cujus magnam incorruptamque sapientiam, prudentiam & sanctos mores cognitos habet, plurimique, ut debet, facit cardinalis (Turnonius), *tanto acrius confirmat suum honestum hoc votum atque inflammat. ideoque jussit, me tibi nomine suo* (*quod his litteris facio*) *significare, mentem hanc ejus esse, ut suum illud collegium sanctae hujus societatis sit*,,,. Hactenus Laureus. cujus hominis virtuti testimonium, a S. Carolo Borromaeo quibusdam ad card. Sirletum litteris (quas ex autographo, in vaticanae bibliothecae codice 6189. pag. 274. prostante, descripsi) datum, non praetermittam.

All'illustrissimo, & reverendissimo signor, mio osservandissimo, il signor cardinale Sirleto. A Roma.

Illustrissimo & reverendissimo signor mio osservandiss. A l'hora, ch'io era in sul partirmi di Milano & pieno di molte occupationi, hebbi la lettera di V.S. illustrissima: & havendo inteso il disegno del signor cardinale Alessandrino sopra la persona di messer Vincenzo Lauro, mi parve, che la bontà & le virtù sue lo facessero molto degno del vescovato di Mondevì, come quello, che potrebbe reggere quella chiesa con grandissima satisfattione di nostro signore, del cardinale stesso, & de le medesime persone, ch'havesse a curare & indrizzare ne la strada de la pietà & religione. Ma l'officio, che non ho potuto far per lui col signor duca di Savoja, mi riservo a far poi più commodamente & con maggior efficacia, quando io sia ritornato a Roma: il che sarà in brieve, piacendo a nostro signore Dio. De le altre cose, che V.S. illustrissima discorre meco con molta amorevolezza & giudicio, la ringratio sommamente; & la prego a continuar questo officio, se lo può far senza incommodo: perchè meno mi spiacerà d'esserle lontano, quando io habbia tanta parte de i suoi ricordi, & spesso riceva de le sue lettere. & con questo fine a V.S. illustrissima bacio humilissimamente le mani. Di Brescia a 16. di novembre del 1565.

Di V.S. illustriss. & reverendiss.
Humill. servitore
C. card. Borromeo.

(e) Collegii lugdunensis rationibus ac commodis archiepiscopus hic Antonius d'Albon non suis modo, verum etiam aliorum opibus prospicere studiosissime contendebat. susceptum ab homine hujusmodi patrocinium Petrus Joannes Perpinianus in oratione IX. habi-

sua voluntate eam unionem confirmaturam esse: quae majorem etiam sibi facultatem dari valde cuperet bene merendi de isto collegio, & pio & vestris regionibus pernecessario (*f*). quam occasio-

habita ad lugdunenses v. non. octobr. an. 1565. sermone ad eum converso, hisce verbis commemoravit: *Tu, pater amplissime, sacrorum in hac urbe custos, praeses, propugnator, perge, ut jam olim coepisti, veterem solamque veram religionem omni ratione defendere ac tueri, & hoc collegium, auctoritate tua, beneficio civitatis institutum atque fundatum, cujus tu patrocinium tam alacri animo sponte suscepisti, solito favore complecti ac fovere. quantam vim ad conservandam pietatem obtineat educatio institutioque puerilis, tu minime omnium ignoras. hic, hic una cum litteris, una cum artibus ingenuis & bonis moribus, & salutaribus disciplinae veteris institutis & praeceptis juventus lugdunensis, quantum erit in nobis, imbuetur. haec erit arx, hoc propugnaculum sincerae fidei, omnibus istis euangelii recentis importunis doctoribus oppositum & objectum, si tu, pater amplissime, studio & auctoritate tua, ut facis, nostros conatus adjuvabis.*

(*f*) Quantum praesidii in hujusmodi collegiis catholicae religioni constitutum esse SS. pontifex Pius V. existimaret, non modo ex hoc hujus epistolae loco, verum etiam ex illo alterius ad Jacobum Ukangium, gnesnensium archiepiscopum, & Poloniae primatem, a nobis in III. vol. pag. 250. allato, intelligimus: *Illud etiam*, inquit, *nobis valde placeret, institui in isto regno aliquot societatis Jesu collegia: quod te quoque cupere intelleximus &c.* Idem autem (quemadmodum Andreas Mendius in *Crisi de soc. Jesu* §. III. n. 14. scriptum reliquit) in litteris ad coloniensem antistitem datis, *fortunatas* ait *esse eas urbes, quibus habere collegium societatis Jesu contingit, praesertim ubicumque dominatur haeresis, adversus quam novissimos operarios instituit divina providentia, indeque ab episcopis in primis perquirendos esse hujusmodi administros.* Idemque Pius, cum ei narraretur, Avenione conspirasse hugonotos, ut homines societatis Jesu ex ea urbe ejicerentur, exclamavit: *Vae Avenioni, ejectis inde jesuitis.* In qua jesuitarum collegia, ad ingentes populorum, Deo adjuvante, utilitates, propagandi cura tam diu vir sanctissimus fuit, quam diu vixit. habeo cardinalis Commendoni ad Stephanum Bathorium, Transilvaniae tum regulum, Poloniae paucis post annis regem, litteras, id ipsum valde perspicue declarantes, Varsavia pridie Kal. apr. an. 1572. hoc est non nisi triginta ante Pii obitum diebus, datas, hujusmodi: *Pius, pontifex maximus, de tuo praeclaro studio in catholicam religionem, deque pio consilio accersendi in provinciam istam sacerdotes societatis Jesu certior factus, cum singularem ex ea re voluptatem cepisset, amplexus te animo, ne continere quidem se potuit, quin susceptam ex tam salutari coepto paternam erga te voluntatem eidem tibi per literas declararet. quemadmodum enim, pro ea persona, quam communis omnium pastoris parentisque Deus illi imposuit, summo dolore afficiebatur, nobilissimam istam provinciam, tot jam annos, fraude adversarii humani generis, magnis involutam errorum tenebris teneri, ita summopere est laetatus, novo isto divinae benignitatis munere, quo is ei princeps datus est, qui nationibus istis clarissimum verae pietatis & religionis lumen ad aeternam salutem praeferat, & populorum animos ad catholicae ecclesiae, omnium matris, gremium revocet. quam ad rem (quod tu sapienter intellexisti) magno tibi adjumento futuri sunt sacerdotes societatis Jesu; quorum*

casionem, oblatam sibi, semper libentissime complectetur. Interea tibi felix sanctae benedictionis munus impertit; cui ego quoque a Deo salutem felicitatemque precor. Romae. v. (g) non. mart. M. D. LXVII.

III.

quorum ea instituta & sacrarum doctrinarum studia sunt, ea vitae, pie ac religiose agendae, disciplina, ut a magnis principibus saepe jam ad curandos populorum morbos, haereticorum scelere invectos, salutariter illi medici adhibiti sint. nam juventutem probis moribus literisque diligenter instituunt, populum concionibus cum avocant a vitiis tum ad virtutem accendunt, & salutaribus praeceptis, haustis ex divinarum literarum fontibus, ad verae religionis cultum erudiunt: quod aliis tradunt, ipsi re praestant: templa Dei sanctissime eximioque studio culta habent, & summa religione sacra administrant; & praeterea, magnis saepe in rebus, eorum fideli diligentique opera magni etiam reges usi sunt. quae a me commemorata sunt non tam ea causa, ut te ad complectendam eam familiam hortarer, quam ut consilio tuo accersendi eam istuc magis laeteris. Ego, cum ad Maximilianum caesarem, & ad Augustum regem, de societate ac foedere jungendo adversus communem hostem, pontificis missu, venerim, cum hac ipsa laude religionis & catholicae pietatis tuae, tum reliquarum fama virtutum, ita studio tui accensus sum, ut nihil sit, quod mihi gratius aut optatius accidere possit, quam ut navare aliqua re tibi possim operam & studium meum, quod tibi ex animo polliceor ac defero: & Deum precor, ut ad istius provinciae salutem salvum te & incolumem diutissime conservet ac tueatur. Varsavia. prid. Kal. apr. 1572.
Incidi nuper in quamdam Pii V. epistolam, ad socios duacenses datam, id ipsum sanctissimi pontificis judicium studiumque declarantem; quam heic subjicio: *Dilecti filii &c. Quia societatis vestrae collegia, quae apud multas variarum provinciarum civitates constituta reperiuntur, animarum saluti fideique catholicae tum propagandae, tum conservandae, tum restituendae magnopere utilia accommodataque esse intelligimus, idcirco collegium vestrae societatis, sumptibus monasterii aquicinctensis (* Ord. S. Benedicti *) ejusque abbatis nuper istic institutum esse cognoscentes, & magna ex ea re laetitia affecti sumus, & monachorum eorum, qui in opere tam egregio perficiendo de religione quamoptime meruerunt, pietatem, caritatem, devotionem vehementer in domino commendavimus. ejus enim opera non solum eadem animarum lucra, domino adjuvante, proventura speramus, quae ex reliquis ejusdem societatis collegiis & antea provenisse, & nunc quammaxime provenire compertum habemus, sed etiam universitati ipsi, in ista civitate nuper institutae, magnum ornamentum utilitatemque allaturam esse judicavimus. a cujus quidem universitatis jurisdictione praedictum collegium, quod ex viris religiosis constat, non solum quoad ipsorum personas & bona, sed etiam quoad scholas sive grammaticae, sive humanarum literarum, sive rhetoricae aliarumque liberalium artium, liberum, immune, exemptumque esse volumus, & harum tenore literarum apostolica auctoritate decernimus atque statuimus ..... Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die* III. *novembr.* M. D. LXVIII. *pontificatus nostri anno quarto* (aut heic reponendum est *tertio* pro *quarto*, aut proxime M. D. LXIX pro M. D. LXVIII.).

Thomas Aldobrandinus.

(g) III. *Kal. febr.* cod. barber. In hisce temporum notationibus tabularii vaticani auctoritatem sequar; aliorum codicum, si qui fuerint, lectiones exhibere non omittam.

III.

Julius Pogianus Octaviano Ferrario.

Ex ejus ad se litteris quaedam amplectitur, quaedam refellit.. 20.mar. 1567.

LIterarum officium, quod antea abs te requirere, tali tuo tempore (*a*), & parum pudentis (*b*) nec te ipsum amantis fuisset, tua sponte mihi aliquando cumulate reddidisti, uberi in primis elegantique epistola (*c*); in qua primum declaratio tui sensus in amicorum incommodis etsi ad me necessaria non fuit, qui tuae humanitatis sum maxime conscius, tamen, quia a te est, non potest mihi non esse perjucunda. consolatio autem, quam amice cum mea laude conjungis, sapiens est illa quidem & plane philosophi, veruntamen, quae ei potius mederi videatur, qui laboret ex rerum commutatione meliorum, quam defesso mihi diuturna exercitatione accommodandi studia mea ad alienam voluntatem, non modo nulla oblectatione, sed perpetua molestia animi mei. quod ut pluribus fortasse, quam oportuerit, questus sum superioribus literis, sic vereor, ne non satis idoneam literarum tarditatis excusationem attulerim, siquidem occupationes meas refellere videris. me incautum! qui vel in probabiliori causa non delituerim, vel certe non providerim, ne iste, quemadmodum scribis, familiaris meus palam meas proferret literas, quibus mendacii a te festive coarguor. quanquam, quod tibi, simplici videlicet homini, vix probatur, me sex menses ipsos negotiis adeo distentum fuisse, ut eo ad te literarum officio fungi minime potuerim, mihi, id jandiu noctes diesque cogitanti, adhuc ne contigit quidem, acute ut invenirem, quomodo per otium arbitratu meo aliquid scriberem, impedita semper opera, vel certe animo occupato meo. At nostrae istic circumferuntur epistolae. Primum quot illae & quales? non enim opinor, plures una, & de qua non facile statuas, utrum brevius scripta sit, an negligentius. deinde non eadem causa est non rescribendi semel saltem iis, a quibus non

 semel

(*a*) Multis incommodis ac molestiis Ferrarius proxime laborarat. Vide ejus ad Pogianum litteras, quarum initium est *Tuis incommodis*, quasque supra pag.116. post epistolam *Certum consilium* d.21.jul. 1566. attulimus.

(*b*) *prudentis* exempl. Gratianus emendavit.

(*c*) Illa ipsa Ferrarii epistola est, de qua modo dixi, omnino legenda ei, qui volet Pogiani hanc responsionem probe intelligere.

ſemel ſis ipſe provocatus, & non laceſſendi alios literis. aequi alterum ſuperbiae aſſignent, communi humanitati remittant alterum non iniqui. non vero epiſtolarum nomine a te hic arbitror intelligi literas, communi lingua conſcriptas, quas de noſtris vel de eorum rebus quotidie ad amicos mittimus; quo munere interdum ipſi vel aliud agentes, ſaepius pueri opera defungimur. ſed nimirum amor noſtri, unde iſtud etiam extitit literarum deſiderium, & iſtam in partem tibi argumenta ſuppeditat, & facit, ut non ſolum uberiora videantur, ſed etiam gratiora ſint ea, quibus a me magis datum eſt teſtimonium veritati, quam benevolentiae tributum praeconium. quae cum a te & mirabiliter ornata ſint, & diſputata ſubtiliter, vix tamen ipſe conſtituo, utrum magis Ariſtoteli tuo in referenda gratia
d e Cicero cedat (*d*), an eloquentia tua meum (*e*) de te factum augeatur. quorum in altero pàtere, me a magiſtro iſto virtutis (ſic enim appellas) diſſentire, ſi minus ut Ciceroni aſſentiar, certe ut audiam virtutis ipſius, & communis omnium
f ſalutis parentem (*f*), qui promptae vel ſine effectu voluntati praemium caeleſtis vitae propoſuit; ab altero (niſi forte id agis, ut opprimar onere officii; quod profecto ab aequitate tua eſt alienum), quaeſo, remove te, ut exiſtimes, mihi te quicquam propterea debere, quod, commendatione mea, doctrinae morumque tuorum elegantia Romae ſit illuſtrior. eſto: quibuſdam notior ſit mea opera virtus tua. an tu, cum habeat teſtificatio mea officii neceſſitatem, praetermiſſio autem ſcelus coarguat, a me

(*d*) Ferrarius ita ſcripſerat: *Neque enim adduci poſſum, ut iis aſſentiar in reddenda gratia, qui officio ſotis fieri putant, ſi ſe quis gratiam bobere tantum oſtenderit. nam quid eſt boc allud, obſecro, quam, a quo acceperis, ei debere beneficium? qui autem olicui quid debet, in ea ipſo, quod debet, certe non reddit. virtutis magiſter Ariſtoteles, grati bominis remunerationem docet eſſe maxime propriam.* At Cicero in oratione *poſt red. ad Quir.* cap. 23. *Atque in officio*, inquit, *perſolvendo diſſimilis eſt ratio pecuniae debitae: propterea quod, pecuniam qui retinet, non diſſolvit; qui reddidit, non babet: gratiam, & qui retulit, babet, &, qui babet, diſſolvit.* & in orat. *pro Cn. Plancio* cap. 68. *Diſſimilis eſt*, inquit, *pecuniae debitio, & gratiae. nam, qui pecuniam diſſolvit, ſtatim non babet id, quod reddidit: qui autem debet, aes* (al. *is*) *retinet alienum. gratiam autem & qui refert babet, &, qui babet, in eo ipſo, quod babet, refert.* idemque lib. II *de offic.* cap. 69. *Commode autem*, inquit, *quicumque dixit, pecuniam qui babeat, non reddidiſſe; qui reddiderit, non babere: gratiam autem, & qui retulerit, babere, &, qui babeat, retuliſſe.*

(*e*) *mecum* exempl. Gratianus emendavit. Proxime in illis *utrum magis Ariſtoteli* abſuit a cod. barber. vocula *magis*.

(*f*) Jeſum Chriſtum per Paullum apoſtolum 2. *ad Corinth.* VIII. 12. *Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id, quod babet, accepta eſt, non ſecundum id, quod non babet.*

a me tuis laudibus responsum putas, hoc tribuendo honore verborum? equidem sic accipio, initam a te multis officiis gratiam ut tibi referre possim, majore studio conatuque mihi agendum esse, quam adhuc egerim. Quod autem scribis, summos viros Sirletum & Alciatum cardinales, caeterosque, quos commemoras, tibi deesse: ego vero non magis illos tibi, quam te illis, tum eorum, tum tua, tum denique mea causa, deesse doleo. quorum tamen ipsorum consuetudine sic raro mihi frui licet, ut videantur aeque interdum longe abesse, atque tu: quod, ad probandam tibi meam superioris epistolae moram, an aliquid habeat ponderis, velim cogites. hanc vero copiam talium virorum, quam ipse desideras, quod ad me attinet, istic non requiro; si modo tu sodalesque (*g*) tui amorem mihi vestrum conservatis. nam, qua illi parte vestri similes sunt, vel potius nihil est illis simile (*h*), ea me sane tenent; qua vero praestringunt aciem imperitae multitudinis (*i*), me omnino non movent. Profectionem istuc meam quod habes in desperatis rebus; vix mihi quoque, vel in summo amore patriae, spes relinquitur, verenti, ne quid tu ea in re cernas acutius, quam ego: quod tamen quale sit (*k*), ne illud quidem, quod, cum a studio erga vos meo discessisti, te minus delectat, non satis intelligo. Venio nunc ad graves casus, quibus te hoc anno varie fortuna

V 2 exer-

(*g*) Barptolemaeus praesertim Capra, & Hannibal Crucius, sive Crucejus: de quibus vide epist. *Certum consilium* d. 21. jul. 1566.

(*h*) Mendi notam contra hunc locum in margine sui exemplaris Gratianus adscripsit. ego mendum in scriptura nullum video; in sententia videor mihi mendosi aliquid videre. nam displicet illa correctio *vel potius nihil est illis simile*: qua quidem correctione laus illa, Ferrario reliquisque mediolanensibus illius aetatis doctis hominibus proxime tributa (quod nempe Sirleti, Alciati, caeterorumque urbis Romae summorum in omni doctrina virorum similes essent) prorsus obscuratur, ac tantum non in vituperationem contumeliamque convertitur. animadverti tamen, hanc totam correctionem a barberiniano codice abesse.

(*i*) Imperitorum vulgus in hominibus aestimandis, eorum dumtaxat divitiis, opibus, splendore, auctoritate, gratia ducitur. non ob hasce res magni se facere carosque habere Sirletum, Alciatum, caeteros eorum similes virtute atque doctrina viros, Pogianus affirmat.

(*k*) Contra hunc quoque locum consuetam mendi notam Gratianus adscripsit, recte meo quidem judicio. quid, si transposita verba sint, atque hoc modo collocanda? *quod tamen quale sit, non satis intelligo: ne illud quidem* (scil. *satis intelligo*) *quod, cum a studio erga vos meo discessisti, te minus delectat. Venio &c.* Scripserat enim Ferrarius sic: *in tui consilii explicatione mirifica, praeter amorem in nos omnes singularem, nihil magnopere fuit, quod me delectaret*. quam quidem sententiam cur se non intellexisse Pogianus affirmet, non equidem intelligo.

exercuit: in quibus si quid tibi impertiam, praeter dolorem, quem in adversis tuis rebus concedo nemini, Ferrario meo, tot doctrinarum praesidio munito, injuriam faciam. hortos quidem istos, quos vestra causa adamaram, siquidem facti sunt pestilentes, odi jam pejus eo coenaculo, unde tu me olim languentem deductum, apud te recreasti: qui cum me antea semper juveris, quid nunc tui dissimilis offendis excusatione tardioris epistolae? quam si, ut ne tibi succenserem, mihi misisti, nae tu aut quid tibi permiserim, non meministi, aut duriorem, quam par sit, conditionem statuis amicitiae. A Joanne Tonso, lectissimo viro, puto, jam accepisti, de problematis Aristotelis in re nihil esse, quo in praesentia studium tuum hinc possit adjuvari, in spe fortasse aliquid. sed nihil ausim prius affirmare,
l quam redierit (l) Sirletus cardinalis; qui, de sua episcopali provincia

(l) In card. Sirleti *Vita* apud Ciacconium illa sunt de *episcopali* ejus *provincia*, unde quamprimum rediturus a Pogiano heic dicitur: *S. Marci episcopus creatus anno 1566. cum reliquis omnibus, quae episcopum decent, commissum sibi gregem officiis regere, tum quotidiano verbi Dei pabulo, antiquorum patrum imitatione, pascere instituit*. Janus autem Nicius Erythraeus in *Pinacotheca* minus accurate & de Sirleti hoc episcopatu, & de aliis ejus honoribus illa prodidit: *Sed demum Pius IV. multis cumulatum honoribus ad eam amplitudinem perduxit, quae summae est proxima. nam & Protonotarii eum munere decoravit, & S. Marci primum, deinde Scyllaciensi ecclesiae episcopi jure praefecit: postremo in amplissimum cardinalium collegium adlegit*. Non nisi postremus hic cardinalatus honor Sirleto est a Pio IV. delatus, die 12. mart. an. 1565. Protonotariatum Paullus IV. illi, ante Pii IV. pontificatum, detulerat: episcopatus autem illos duos Pius V. Pii IV. successor, detulit. De protonotariatu habeo binas ex codice vat. 6189. litteras, ad eumdem Sirletum datas, alteras Hannibalis Cari pag. 55. alteras Sinulfi Saraceni pag. 529. Utrasque, dignas aliis etiam nominibus, quae hic legantur, profero. Cari quidem epistola hujusmodi est:

Signor mio osservandissimo &c. Non mi sono congratulato con V. S. del suo protonotariato, perchè non m'è mai bastato l'animo d'esprimer tanto con lettere l'allegrezza, che n'ho sentita, quanto so, ch'ella se l'imaginerà maggiore ne l'animo suo, sapendo, ch'io le son servitore di cuore e non a la cortigiana. oltre che havendo inteso, che il favore di sua santità verso di lei non era per fermarsi quì, aspettava dove fosse per parare, pensandosi che dovesse esser tanto presto, ch'io mi potessi avanzare la manifattura d'una lettera. E pure, havendole a scrivere a ogni modo, non voglio mancare, anchora che sia tardi, di dirnele il buon prò, così a la domestica; riserbandomi a farlo più profumatamente, quando sarà quel che si dice: che mi giova di crederlo, per l'affetto mio proprio, e lo debbo sperare, perchè so i suoi meriti, & perchè conosco la grandezza de l'animo di nostro signore. ma la principal cagione, che mi muove a scriverle questa, è più tosto per valermi del suo favore, che per rallegrarmi de la sua grandezza, essendo tanto fuor di tempo. io aspetto quì di corto Gio. Batista mio nipote, e creato di V. S. il quale s'addotto-

c ctitas, & deſiderio ſubveniendi vobis parem opem (*c*) poſſet afferre, non ſegnius vos re ipſa proſequeretur, quam praecipuo paternae miſericordiae & charitatis affectu complexa ſit. ſed, praeterquam quod exhauſtum pecunia ſolitiſque reditibus fiſcum
d apoſtolicum comperit (*d*), ſumptibus praeterea perpetuis opus
e eſt & uſitatis & extraordinariis (*e*), quibus in his temporum anguſtiis

ſuperant, & quidquid de ipſo a quovis dici poſſet, ſanctitatis tuae mens ſapientiaque late comprehendit, idcirco plura non afferam. &c.

(*b*) De hugonotis, Avenionem invadentibus, vide Vol.III. pag.386. de eorum in catholicos odio ac crudelitate pagg.196. 200. 201. 206. 207. 218. denique de nominis etymo pag.356.

(*c*) *opere* cod. barber. Emendavi ex eod tabul. vatic. pag.457.

(*d*) In adnotationibus ad epiſt. *Certum conſilium* d.21. jul.1566. diximus, mortuo Pio IV. cui Pius V. ſucceſſit, in aerario pontificio non niſi ducenta & tredecim aureorum millia fuiſſe reperta.

(*e*) Inter extraordinarios hos ſumtus recenſenda ſunt quinquaginta illa aureorum millia, ad Maximilianum imp. hungarici belli cauſa a Pio V. miſſa; de quibus egimus ad epiſt. *Etſi ſcio* d.21. ſept.1566. His adde, quos Oldoinius in *Additionibus* ad Ciacconii opus recenſuit: *Primo*, inquit, *ſui pontificatus anno, menſe auguſto cum gravis morbus almam urbem vexaret, adeoque late ſe ipſius vires diffunderent, ut pauperum praecipue & artificum ... familiae integrae jacerent in lectulis, Pius ſingulis aegrotis pecuniam miſit; eiſque decem medicos aſſignavit, ac omnibus Joannem Franciſcum Gambaram cardinalem, Florebellum epiſcopum, nec non duodecim delectos cives praepoſuit, qui, ut recte ſe haberent, diligenter inquirerent, providerentque, ne pharmaca aut alimenta deeſſent ... Tenuioris cenſus cardinalibus viginti aureorum millia, ſingulis ſacrae Rotae judicibus ducentos dedit ... Mariae, reginae Scotiae, anguſtiis vehementer condolens ... Vincentium Laureum, Montiſregalis in ſubalpinis epiſcopum, nuncium ſuum in Scotiam deſtinavit ... ſcriptis ad eam ... litteris propria manu 6.jul. an.1566. datiſque inſuper viginti millibus aureorum ad ſubveniendum reginae neceſſitatibus ... Epiſcopis, e ſedibus ſuis pulſis, pie ſubveniebat, iiſque, qui apoſtolicarum litterarum pretium ante conſecrationem ſolve-*

gustiis caput ipsum & reliqua hujus status membra tueri possit. qua tamen in cura de vobis quoque sollicitus sanctissimus dominus

solvere non possent, illud libenter condonabat. Ministris etiam utiliter pro ipsa ecclesia laborantibus ... praeter consueta stipendia, pro modo periculi & laboris, multa largiebatur identidem ... Nosocomio, quod a S. Spiritu cognominatur, viginti aureorum millia dono dedit, clericorum seminario sex, sodalitati beatae Virginis annunciatae quinque & plura in dotem puellarum, matrimonio collocandarum ... Catechumenis & neophytis ... laxiores & commodiores aedes coëmit, quibus & non mediocre vectigal attribuit ... Aquae virginis ductum restauravit. coenobium S. Dominici in regione montium aedificavit ... Fame quondam insolita Romam premente, tum ex Sicilia tum ex Gallia, camerae apostolicae sumptibus ad centum aureorum millia, ingentes tritici acervos collegit, quod etiam longe vilius vendi statuit, quam ementi sibi constitisset ... Lateranensis basilicae laquearia perfecit & inauravit: fabricae S. Petri structuram continuavit: sacellis & cubiculis pluribus vaticanum palatium auxit: templum Helvetiae militibus, pontificiae custodiae destinatis, erexit & attribuit: gymnasii romani, quod Sapientiam vocant, domum absolvit; in ea publice docentium numerum & stipendium auxit: SS. Thomae aquinatis & Bonaventurae opera luculentiore charactere in gratiam studiosorum magnis sumptibus excudi curavit: fontes deduxit: labantia moenia, sacras aedes, turres, pontes, aquae ductus, & alia vel extruxit vel instauravit. Foris vero apud Boschum, natalitium ejus oppidum, templum, coenobiumque sui ordinis praedicatorii conjunctum, erexit (de quo coenobio haec Archangelus Caraccia O.P. in *Vita* Pii V. cap. 14. memoriae prodidit: „ Gli diede titolo di S. Croce, e di tutti i Santi ... con entrate da mantenere fino a settanta overo ottanta frati, come pur mantiene, anzi tal volta sono stati vicino a cento: dove mandò paramenti preciosi per la sagristia, calici d'oro & altri vasi sacri di gran prezzo ... dove ha speso tra fabriche & ornamento la somma di trecento mila scudi „) ... *In ticinensi etiam academia gymnasium aedificavit, quod Ghisleriorum dici voluit: Anconam urbem propugnaculis, unde ad mare prospectus est, communivit: Centumcellarum quoque portum ac munitionem absolvit. &c.* Sed audiendus est ipse Pius in litteris ad Ludovicum Gonzagam, nivernensium ducem, die 16. oct. hujus ejusdem anni 1567. datis: *Evasisse*, inquit, *christianissimum regem impias haereticorum manus, maximopere laetamur; & Deo, qui in tanto eum periculo protexit, gratias agimus. te vero, quod ad ferendum ei auxilium adjungaris, maxima laude prosequimur, &, ut, quantam maximam potes, celeritatem adhibeas, hortamur. Quod hortatus es nos ad eum tam necessario tempore pecunia juvandum, scito, venisse ad nos ab ipso rege nuntium, cui, eadem de re nobiscum agenti, polliciti sumus, nos regi minime defuturos, dummodo religionis causa serio agatur, non ut ante hoc tempus acta fuit. Sed, cum pecuniae facultatem in praesentia non habeamus (quia, quidquid habuimus, absumpsimus in juvando imperatorem electum illo gravissimo bello turcico, & Scotiae reginam, & S. Joannis milites ad insulam Melitam muniendam, multisque aliis praeterea necessariis sumptibus) cogimur aliquod onus populis nostrae & S. romanae ecclesiae ditionis, imponere, omnino contra voluntatem & institutum nostrum. sed, quod ob nostras ipsorum & domus nostrae necessitates ut faceremus, in animum inducere non potuissemus, statuimus id majestatis suae causa facere. Sed, ut nostra pecunia hac*

nus noster aget cum praelatis istius provinciae, ut vobis, tali in tempore & discrimine, pro virili parte opitulari studeant. interea Dei benignitate confidit, fore, ut & communibus & privatis piorum incommodis atque calamitatibus divinitus aliquod
f remedium afferatur. Valete in domino. Romae. XVIII. (*f*) Kal. maj. M. D. LXVII.

hac via non ita cito expediri potest, tamen rationem inibimus ejus, quam celerrime fieri poterit, exigendae, & necessitati regis vel pecuniae vel militum auxilio, prout magis expedire visum fuerit, etiam supra vires nostras subveniemus &c.

(*f*) V. *id. apr.* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 457.

IX.

Michaël Bonellus card. Alexandrinus
a Fratri Melchiori. (*a*)

16. apr. 1567.

Religionis in eo studium, pontificis max. nomine, commendat.

PIus & utilis labor tuus in vinea domini eo est gratior sanctissimo domino nostro, eo tibi etiam apud omnipotentem Deum fructuosior, quo, in tanta difficultate libentius a te susceptus, fortius toleratur. qua in re si major etiam tempestas commo-

(*a*) Non alium esse fratrem hunc Melchiorem puto, quam eum, cui Commendonus, pontificius apud Sigismundum Augustum, Poloniae regem, nuncius, perhonorificum pietatis atque doctrinae testimonium dedit litteris, ad card. Borromaeum die 24. jan. 1564. Varsavia Romam datis: *Ne la chiesa*, inquit, *maggiore di questa terra predica un padre Melchiòr, provinciale de' domenicani, con molto concorso: & dicono, che fa buon frutto. egli hebbe licentia da monsignor di Camerino di leggere i libri de gli heretici, & ha richiesto me anchora del medesimo. io non ho questa facultà; ma gli ho promesso di scriverne a V.S. illustrissima: & la supplico a fargliene havere la licentia; perchè è di molta bontà & dottrina: & quì è necessario, che persone tali habbiano facultà di leggere i libri de gli adversarij*. Rursusque in aliis litteris, die 6. jul. ejusdem anni Heilsperga ad eumdem datis, *Predica*, inquit, *hora in Posnania un padre Melchiòr, provinciale domenicano, con molto concorso & molto frutto, per essere veramente persona religiosa, dotta, & eloquente: ad instantia del quale & d'altri confessori io scrissi di Varzavia a V.S. illustrissima &c.* Quod si forte Melchior hic, de quo Commendonus agit, alius est ab eo, ad quem Bonellus scribit, fatebor equidem, me, hic alter quis fuerit, ignorare: at idem tamen, adeo praeclara de altero illo testimonia, tamque universo praedicatorum ordini honorifica ἀνέκδοτα proferendi hanc mihi occasionem fuisse oblatam, valde laetabor; idque ob eam etiam causam, quod ante aliquot menses R. P. F. Vincentius Maria Dinellius ejusdem ordinis, collato quorumdam sodalium suorum studio, admodum

commoveatur, si vehementius fremat perditorum spirituum furor, nihil timere, nihil remittere debes, illius ope confisus, qui & mari & ventis imperat. Quod scribis, enitendum esse, ut docti fidelesque pastores gallico gregi praeficiantur, admonitio tua non injucunda fuit ejus sanctitati; suave etiam testimonium, quod nobilissimo viro dedisti domino Jacobo de S. Felice: cujus ea habebitur ratio, quae & reliquis de causis haberi debet, & praecipue testificatione & commendatione tua. Interea elabora, sicuti soles, ut ex agro dominico pestifera zizaniae (*b*) b
semina evellantur; & valetudinem tuam tuere in domino. Romae. XVI. (*c*) Kal. maj. M. D. LXVII. c

X.

modum contumeliosam ad me contra me atque aliquot necessarios meos, honestissimos doctissimosque viros, epistolam scripsit, Romaeque barbiellinianis typis vulgavit, subscriptoribus R. P. F. *Angelo Spannocchi O. P. Magistro & Priore Minervitano*, ac R. P. F. *Alexandro de Pretis O. P. sac. theol. lectore*: qui, *jussu Rmi P. F. Vincentii Moriae Ferretti, totius ordinis praedicatorum vicarii generalis*, legisse se eam, *nihilque*, si superis placet, in ipsa, *quod bonis moribus adversaretur, offendisse*, testantur. cui quidem epistolae, sive maledico potius libello, non nisi honorificentissimis iis testimoniis ac monumentis responsum a me intelligi volo, quae vel hoc ipso loco de fratre Melchiore, vel in secundo hujus ipsius operis volumine de quattuor dominicanis, id est de Matthia Cithardo pagg. 97. 106. 118. 120. & seqq. 145. 151. 159. 162. 219. 220. 226. de Barptolemaeo Cleindienstio pagg. 103. 104. 198. de Petro Soto pagg. 193. 194. 198. 214. 289. 290. 291. de Hadriano Valentico pag. 290. rursusque in tertio volumine de Cithardo pagg. 18. 19. 85. 86. 117. 252. 406. de Valentico pag. 290. denique de Soto pagg. 79. 87. 127. & seqq. 148. 209. 228. 288. & seqq. tam diligenter studioseque protuli, pleraque vel ipsis patribus dominicanis ad hanc diem ignorata; quaeque in reliquis deinceps voluminibus, ubi se cumque occasio dederit, pari diligentia studioque sum prolaturus. mihi enim potissimum ac reliquis, qui insigni hac *societatis Jesu* appellatione dignamur, dictum praeceptumque statuo, quod omnibus universe christianis dominus noster Jesus Christus dixit atque praecepit *Matth.* V. 44. *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos.* Sed, ut ad fratrem Melchiorem revertar, non est dubitandum, quin is, de quo Commendonus in suis litteris agit, sit idem ac frater Melchior ille, quem inter scriptores ordinis praedicatorum recenset Echardius, cujusque sepulcrale hoc elogium Cracoviae dicit exstare: *R. P. F. Melchiori Mosticensi sacrae theologiae doctori, ferventissimo praedicatori, acerrimo fidei defensori, hujus conventus filio, patri ac benefactori, olim per* XXIV. *annos provinciali Poloniae &c. Obiit anno Christi* MDXCI. *die* XIX. *maji, aetatis vero suae* XXXX.

(*b*) Retinui barbaram codicis utriusque vocem; nec putavi, me magis latinam allaturum, si, pro ea, *zizaniorum* (quae est tamen ecclesiasticis litteris usitatior) reponerem.

(*c*) Hanc totam adscriptionem omittit exempl. Addidi ex cod. tabul. vatic. pag. 451. Neque illud dicere omittam, in eodem codice hanc epistolam non simpliciter *Fratri Melchiori*, sed *Fratri Melchiori Flavio* inscribi: ex quo suspicari quis possit, uni eidemque Melchiori *Flavii* cognomen a familia, *Mosticensis* autem fortasse a patria fuisse.

X.

a Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Duci Olicae. (a)

19. apr. 1567. *Catholicae religionis eximium in eo studium valde commendat, & ad constantiam vehementer hortatur.*

b c GRatissima fuit salus, quam serenissimi regis vestri (b) procurator (c) mihi tuo nomine nunciavit; gratior etiam significatio catholicae fidei ac vitae tuae, & ipsius procuratoris & alio-

(a) Nicolao Christophoro Radzivillio: de quo Gratianus in *Vita* card. Commendoni lib.IV. cap.3. 5. 6. 7. & in libro XVII. *de scriptis invita Minerva* vol.II. pag.186. florentinae nostrae editionis an.1746. de iis agens, quae post Sigismundi Augusti, Poloniae regis, obitum in illo interregno an.1572. contigerunt, *Duae*, inquit, *in ea gente* (lithuanos intellige) *familiae longe caeteras opibus ac dignitate anteibant, Radgivilla, & Cotchchievicia: atque hae (quod fere fit) aemulatione potentiae in republica dissidebant. harum principes erant Nicolaus Christophorus Radgivillus, & Joannes Cotchchievicius. Nicolai hujus pater catholicae ecclesiae adeo infensus infestusque fuerat, ut opes, quibus reliquos regni principes longe est supergressus, ad evertendam christianae pietatis fidem omnes contulerit, hasque, nuper conflatas, de sacrorum ratione opiniones non invexerit modo in Lithuaniam primus, sed per omnes Poloniae provincias unus maxime dispersérit. filii huic quatuor fuere; quorum natu majorem Nicolaum, admodum adolescentem, in Germaniam, ut in Calvini doctrina, quam ipse maxime sectabatur, institueretur, misit. sed juvenis, ubi sapere per se aliquid coepit, inconstantia sentiendi haereticorum offensus, averterat a paternis erroribus animum, &, confusus opinionum varietate, magis tamen quid fugeret, quam quid sequeretur, inveniebat: nam catholicae religionis rudis plane atque expers erat. sic affectus, patre mortuo* (mense majo an.1565.) *cum lustrandi studio exteras nationes in Italiam Romamque venisset, ac subjecisset oculis, quae longe secus tradita ab impietatis magistris acceperat, cum aliorum proborum hominum, tum maxime Commendoni consuetudine sermonibusque commotus, adeo catholicae fidei placita mente amplexus est, ut in patriam reverso nihil prius fuerit, quam sublatum a patre verae pietatis cultum restituere, & suas sacerdotibus res honoremque, ejectis novitatis doctoribus, reddere. fratres inde ita imbuit bonis opinionibus, ita in priscae pietatis studiis educavit, ut alter eorum, Georgius nomine, etiam sacerdos, & episcopus vilnensis fuerit, & mox a Gregorio XIII. pontifice maximo, petente Stephano rege, in cardinalium numerum relatus: & primus* Lithuanorum *eum honorem in familiam patriamque suam intulit filius, cujus pater, ad conturbanda sacrorum jura divinasque ceremonias polluendas, pravissimarum opinionum atque haeresum disciplinam primus importaverat: atque eum honorem ita gessit, ut religionis, probitatis, totiusque sacerdotalis vitae specimina egregia dederit.* Sed de Nicolao Christophoro, Olicae duce, ad quem data est haec epistola, plura inferius ex eodem Gratiano ac Commendono afferemus.

(b) *tui* cod. barber. Retinui lectionem cod. tabul. vatic.

(c) Georgius Ticinius.

aliorum sermone celebrata; quibus tanquam caelestibus muneribus ad veram (*d*) pietatis laudem, & ad spem salutis certissimam *d* adventum tuum in patriam (*e*) commendari voluisti. Benedi- *e*

(*d*) *vestrae* cod. tabul. vatic: Emendavi ex cod. barber.

(*e*) Et quo tempore in patriam dux hic Olicae redierit, & quam pridem Romam venisset, atque inde profectus esset, ex aliquot Gratiani mss. apud me epistolis cognoscere poterimus. Ad Nicolaum Tomickium die 7. decemb. an. 1566. Roma Patavium scribens, *Dux*, inquit, *Olicae quinto Kal. decembris discessit. ego illum unius diei iter sum prosecutus; ac, dum Romae fuit, observavi coluique juvenem diligentissime: cujus ita mihi jucunda fuit paucorum dierum consuetudo, ut perpetuis me sibi vinculis amoris obligaverit. hic vero eum se in omnibus rebus praebuit, ut cum modestiae & probitatis tum catholicae religionis praecipuam laudem tulerit. quod divinae benignitatis beneficium eo fuit nobis admirabilius, quo ejus omnem antehac institutionem alieniorem ab hac laude fuisse, intelligimus. pontificem max. sancte veneratus est, & ab eo summa cum humanitate acceptus. templa frequens adiit: rei divinae quotidie interfuit: reliquias sanctorum non curiose magis quam religiose inspexit. & erant vestrum quidam, qui illi hoc munus beneficii divini invidentes, simulationis optimum juvenem insimularent, & temporis locique, non religionis causa haec ab eo fieri criminarentur. qui mihi nec quid principe, nec quid christiano homine dignum sit satis perspicere videntur ... Ab hac certe indigna christiano homine simulatione abest ingenium, absunt mores hujus optimi & praestantissimi juvenis. cum eo mihi de te creber sermo fuit, deque tua profectione in Gallias; quam ipse hoc tempore minime videtur probare multis de causis, quas prudenter afferebat. ipse, qui Gallias universas excurrere cogitaverat, mutavit consilium, &, visa Genua, quo per dispositos equos profectus est, in Poloniam contendet: unde, domesticis rebus compositis, in Italiam se rediturum, mihi confirmavit. Deus ejus consilia fortunet &c.* Ad eumdem Tomickium 1. febr. 1567. *Ecce tibi*, inquit, *literae a Jacobo Bresnicio, quibus te Mantuam, ut abeunti ex Italia olicensium duci occurreres, profectum intellexi; quem quidem ducem nos vel ad Borysthenem pervenisse jam arbitrabamur: ita a nobis properans discessit mense novembri &c.* Ad eumdem die 20. mart. *De Radgivillo*, inquit, *duce nihil ad me scripseras, praeterquam te cum illo fuisse. nunc laetor, optimo juveni optimam mentem esse, ac de illorum cum via decessisse, qui* in circuitu ambulant, *& quasi labyrintheis in flexibus errantes, postremo in terrificae illius belluae fauces incidunt. at eo quidem laetor magis, quo abs te illi primum exeundi viam monstratam, te illi glomerem lini, quo se ex illo errore explicaret, tradidisse intelligo &c.* Ad Prosperum Nauclerum die 19. apr. *Tengo*, inquit, *due lettere di V.S. l'una del primo, l'altra de li dodici di marzo. Habbiamo sentito molto dispiacere de la repentina morte di monsignor di Cujavia: & certo che quel regno ha perduto un prudente senatore ... Venne l'inverno passato in Italia & a Roma il signor duca d'Olica, primogenito del giá palatino di Vilna; il quale, benchè sia stato allevato dal padre ne la religione come voi potete pensare, nondimeno esso ha fatto quá molta professione di catholico, & s'è dimostrato tutto alieno da le vie & opinioni del padre: & quì è stato accarezzato assai da molti signori, & dal papa medesimo. & intendiamo, che ancho costá si dimostra molto catholico, & che ha cacciato de lo stato*

f ctus Deus! qui convertit corda patrum in filios (*f*), & inter-
g missam interdum (*g*) in familiis majorum gloriam pro sua ad-
h mirabili benignitate multiplicatam excitat in nepotibus (*h*) & posteris. Praeclara haec de te fama cum, me internuncio, ad sanctissimi domini nostri aures pervenisset, vehementer ejus sanctitas in domino laetata, talem te, qualem a me audivit, paternae charitatis affectu complexa est, & absentem sacrae benedictionis felicissimo munere prosecuta. & quidem repente peragravit romanam civitatem catholicae religionis tuae laus; fuit
i in ore & amore patrum amplissimorum, magis (*i*) etiam ex no-
k l stro ordine (*k*) praestantis ejus viri (*l*) praedicatione, qui te, antea cognitum magna christianae pietatis spe atque expectatione,

suo tutti i ministri heretici, che ci haveva condotti il padre. desidero, che V. S. vegga destramente di haver per qualche buona via informatione de' portamenti & andamenti di questo signore circa la religione; & che me lo scriva: perchè mi sarà carissimo l'intenderne ogni bene, havendogli posto affettione per la sua buona natura. &, se vi trovate in corte, dateveli in ogni modo a conoscere: che certo è un buon giovane, cortese, amorevole & di dolce creanza &c. Hisce Gratiani litteris Naucleum respondisse & jucundissima quaeque de Radzivvillio nunciasse, alia ejusdem Gratiani ad Tomickium epistola, mense, ut opinor, augusto, eodemque anno 1567. Gualdo Patavium data, declarat: *Accepi*, inquit, *his diebus ex Polonia literas.... Olicensium ducem in susceptae catholicae religionis fide perseverare, mihi scribit Nauclerus: cum Petricoviam venit, his* (fort. *vi*) *perductum a quibusdam, audivisse calvinianum apud palatinum lublinensem; verum juvenem, execratum totius sectae impietatem, concionantem eum deseruisse. Id tibi ego, si ita est, vehementer gratulor &c.* Rursusque in litteris ad eumdem die 27. insequentis mensis Narnia datis, *Heros*, inquit, *Radzivillus tuus, quos pater ejus adulterinae religionis antistites ac ministros constituerat, hos ipse omnes tota ditione sua expulisse, & exterminasse dicitur, & in eorum locum revocatos catholicos sacerdotes substituisse, restitutis, quae pater eripuerat, bonis &c.*

(*f*) Malachiae prophetae locus, unde haec sententia videtur translata, hujusmodi est cap. 4. v. 6. *Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.*

(*g*) Omitt. cod. barber. Addidi ex cod. tabul. vatic.

(*h*) Id plane contigit in hoc Radzivvillio; cujus majores, aviam praesertim, admodum catholicos fuisse, Hosius in sua ad eum epistola, die 3. nuv. an. 1568. data, hisce verbis testificatur: *Fidem autem sectare, quae habitavit in avia tua Szidlovitia; qua faemina vix ullam vidit aetas haec nostra sanctiorem, & religiosiorem: quam eandem fidem & avi & proavi tui paterni simul & materni, quin & abavi & atavi, magna cum laude constantiae, ad extremum usque vitae suae spiritum professi sunt; qui praeclarae pietatis erga Deum suae tam in Polonia, quam in Lithuania, illustria multa monumenta reliquerunt &c.*

(*i*) Locus hic mihi non plane integer atque emendatus videtur. sed non alia est utriusque codicis lectio.

(*k*) Cardinalicio.

(*l*) Cardinalem Commendonum intellige, qui Romae erat per haec tempora.

tione, commendavit. gratulor igitur tibi, clarissime juvenis, & ista a te inita sempiternae salutis via, & hac famae celebritate, qua Romae in dies notior es & illustrior: &, quod (*m*) jam meus in te, ita viventem, amor me cogit, hortabor te, ut istis itineribus pergas (*n*) ire, queis coepisti, tibique ac generi tuo im- mor-

Z 2

(*m*) *quoniam meus jam in &c.* cod. tabul. vatic. Praetuli codicis barber. lectionem.

(*n*) Perrexisse porro iis itineribus Radzivvillium hunc, Olicae ducem, Gratiani & Commendoni mss. apud me litterae, aliis atque aliis deinceps temporibus ac locis datae, declarant: ex quibus insigniores quasdam particulas, ejus rei cognoscendae causa, describere non gravabor. Gratianus ad Tomickium idibus dec. 1567. *Olicensium*, inquit, *ducis animum, studiumque in catholicam fidem quotidie magis declarari intelligo. postquam rediit in Lithuaniam, Vilnae nondum fuerat, quod prius paterna oppida obire voluit; in quibus extinctam veram religionem ad vitam revocavit, &, ut ad pristinum quoque cultum pietatemque restituat, enixe dat operam. dixisse ferunt, sibi certum esse, nihil prius agere, ubi venerit Vilnam, quam sacellum, a patre profanum factum, expiare, restitutisque Dei Divorumque simulacris, quae ille sustulerat, denuo consecrare. miranti cuidam, atque accusanti, quod, cum Romae fuisset, & romanae urbis (si Deo placet) foeditates oculis ipse suis perspexisset, ab iis non abhorreret, respondit „fuisse tempus, cum talia sibi persuaderi passus esset; quae cum falsa compererit, ac Romae nihil alienum a christianae disciplinae rationibus viderit, atque hic maxime extare veteris exempla ac monimenta pietatis, romanorum se fidem, quae cum antiquitate consentiat, cupide amplexum esse„. Juvenis bono ingenio in optima mente videtur perseverare. sed, quia parati adsunt corruptores, confirmari interdum illum abs te per litteras velim: ne impiorum consiliis de verae non solum gloriae, sed etiam salutis cursu deducatur.* Idem ad eumdem 9. dec. 1568. *De Radzivillo*, inquit, *tuo fama sane praeclara. in catholica religione mirifice constans sic, ut, omnibus artibus cum a gentilibus suis summis viris tum a paternis amicis oppugnatus, dejici de suscepta sententia manendi in ecclesia Dei non potuerit. sororem is Luczackio, illius Luczachii fratri, qui proxime Patavii fuit, despondit, catholico juveni, ut audio, & cum praecipuae in Russia nobilitatis, tum magnis copiis praedito.* Commendonus ad card. Rusticuccium 22. martii 1572. *Questo duca d'Olica*, inquit, *fu figliuolo di quel palatino di Vilna, autore & introduttore de l'heresie in questo regno. è giovane di ventitrè anni: &, se bene è stato allevato da putto ne l'heresia, & nutrito in Argentina, nondimeno per opera di un altro giovane* (Nicolaus ille Tomickius significatur) *de l'età sua, figliuolo del signor castellano di Gnesna, si fece catholico, & venne in Italia, & fu in Roma a basciare i piedi a nostro signore* (Pio V.): *& fu di tanta efficacia l'edificatione, che prese da sua santità, che, ritornato in questo regno, la prima sua attione fu cacciar di tutte le terre sue i ministri heretici: & si dimostra nel senato molto protettore de le cose de' catholici. non si è però mai fin quì communicato; ritenuto, cred'io, più che da altro, da l'autorità del palatino di Vilna, suo zio, & d'altri signori heretici, suoi parenti. ma, perchè ha meco familiarità, contratta in Italia, havendo lo fatto offitio intorno a questa, mi ha dato parola di volersi communicare*

mortalem beatitudinem & gloriam comparare. te enim majores illi vestri, qui acceptam a sanctissima parente romana ecclesia doctrinae vitaeque rationem salutariter tot saeculis magnificeque coluerunt, retinentem hoc catholicae fidei decus, vere sui generis & seminis existimabunt: reliquos autem, qui eos, perdita ista opinionum novitate, vel sceleris vel stultitiae, quantum

care questa pasqua di mia propria mano. Idem ad eumdem 5.apr.ejusdem anni, *Questa settimana*, inquit, *si sono communicati in Varsavia molti signori; & tutti i vescovi han celebrato; & si sono fatte le penitentie publiche, & tutti gli offitij con molta frequentia & devotione. il rè, per l'indispositione sua, s'è communicato in palazzo, ma però publicamente. il duca d'Olica anchora, havendo prima abjurato, s'è communicato di mia mano publicamente.* Antequam haec legerem, putabam, olicensium hunc ducem Romae errores suos multis ante hoc tempus annis legitimo sollemnique ritu fuisse exsecratum, in errorem ipse inductus illis Gabutii in *Vita* Pii V. lib.VI.cap.3.verbis: *Praeter caeteros, Olicae princeps, per idem tempus Romam profectus, & Pii sanctitatem ... demiratus, haereses, quibus erat imbutus, statim execratus est.* Idem, quod Commendonus cardinali Rusticuccio exiliter, Gratianus card. Hosio litteris, ad eum die 9. ejusdem mensis aprilis datis, uberiore narratione nunciavit: *His*, inquit, *diebus dux olicensis, clarissimus & praestantissimus juvenis, omnes errores atque haereses, in quibus institutus a puero fuit, apud cardinalem* (Commendonum) *est execratus, deque cardinalis manu in templo Francisci, magna populi frequentia, magna pietatis & religionis significatione, salutarem Jesu Christi hostiam accepit. quae res incredibile est, quantam bonis omnibus voluptatem, laetitiamque attulerit, quantam etiam admirationem iis, qui patrem evertentem templa, sacraque omnia profanantem, auctorem & disseminatorem totius hujus pestis, qua Polonia nunc laborat, viderant: qui omnes filium optimis ominibus prosequebantur, precabanturque, ut restitutor ipse existeret antiquae religionis, atque exterminator & ultor impietatis. Celebrata quoque illius vox: palatino vilnensi patruo, hortanti in senatu eum, ut a patris sui auctoritate non discederet, Antiquior*, inquit, *mihi sit avi auctoritas. Simul a palatino quaesivit, cur ipse patris sui auctoritatem neglexisset? palatinus enim, catholico patre majoribusque ortus, cum usque ad senectutem catholicus ipse fuisset, extrema pene aetate depravatus licentia, descivit a majorum fide. sed dux olicensis cardinalem singulari studio, observantia, assiduitate colit.* Idem denique Gratianus in litteris, ad card.Commendonum die 17.maji 1574. Cracovia datis, *Non voglio*, inquit, *scordarmi di scrivere a V. S. illustrissima, che il signor duca d'Olica manderà suo fratello* (Giorgio) *in Italia & a Roma, & che già, per quello che tocca quì, è spedito il negotio suo de la coadiutoria* (di Vilna), *con l'espeditione del quale verrà questo signore in Italia. ma non è già anchora certo, ch'esso duca sia per venire con l'obedientia* (Henrici Valesii, tum Poloniae, mox Galliae regis, nomine) *a Roma: perchè io credo, che il palatino di Vilna, suo zio, habbia più caro, che stia fermo in corte.* Haec habui, quae de Nicolao Christophoro Radzivvillio, olicensium duce, ex Gratiani Commendonique manuscriptis apud me litteris cum iis, quibus ille minime notus erat, communicarem. binas autem eorumdem ad eum litteras infra exhibebo.

tum in se fuit, condemnarunt, tanquam alienos & hostes jure execrabuntur (*o*). illi, quam fidem, magistra romana ecclesia, o
& animo constanter conceperunt, & ore professi sunt, pro ea libentissime & opes suas & vitam profuderunt: quam ob rem clari in aeterna gloria vivunt. isti, sexcentis inter se repugnantibus (*p*) haeresibus in errorem fraudemque inducti, praecipites *p*
agun-

(*o*) *execrantur* cod. tabul. vatic. Emendavi ex cod. barber.

(*p*) Eumdem hunc locum egregie card. Hosius tractat in eadem illa ad hunc Radzivvillium epistola: *Ubi discessum est*, inquit, *ob hac unitatis cathedra, quot ibi sectae, quam horrendae, quam portentosae, quam etiam inter se mirandum & miserandum in modum dissectae, prognatae sint, cum in Germaniam iter faceres, & in ea commoratus esses aliquandiu, vidisti procul dubio: quin & illud animadvertisti, quomodo se mutuis ipsi caedibus, haud aliter quam cadmaei quondam fratres, conficiunt: quin & haereos* (corr. *haereseos*) *invicem condemnant, nec ullam veriorem vocem proferunt unquam, quam cum alter alterum haereticum pronunciat. primus hoc infelici nostro saeculo sacrilegae separationis ab ecclesia Dei fuit author Martinus Lutherus: qui posteaquam eo rem perduxit, ut, quod ipse diceret aut scriberet, id purum evangelium & expressum Dei verbum a multis esse crederetur, an ejus vestigiis insistentes alii non persecerunt paulo post, ut ipsorum potius doctrina purum Dei verbum a multo pluribus putaretur? cum tamen a Lutheri placitis in gravissimis religionis nostrae capitibus longe dissiderent. sic jam, quot haereticos, tot Deos, quot haereticorum dogmata, tot evangelia, tot videre licet in Germania Dei verba. Quorsum autem ad extremum res ceciderint, quis est, qui siccis oculis commemorare queat, sive nunc in Polonia, sive degas in Lithuania? quae probra, quae maledicta, quas blasphemias & in adorandam trinitatem, & in venerandam unitatem, & in essentiam divinam ejaculari non audis? quin & illud fortasse non ignoras, in dubium nunc revocari (quod etiam apud ethnicos facere capitale fuit) num sit Deus, qui rerum humanarum aliqua cura tangatur. ausus est quaestionem hanc tractare Bernardinus Ochinus, unus omnium impurissimus haereticus, qui simul & inimicum & defensorem agit; qui plurimis etiam blasphemiis scatentes de sancta trinitate dialogos edidit, quos patri tuo dicare veritus non est. Vides igitur ad quod extremae barothrum impietatis ventum sit, posteaquam ab unitatis cathedra discessum est.* Sed & huic ipsi Radzivvillio dicatus haud ita pridem pestilens quidam liber fuerat: de quo in eadem ad eum epistola Hosius, *Incidi*, inquit, *nuper in libellum quendam, contra sacram tridentinam synodum conscriptum, & per leguleium quendam e Germania* (corr. *germanica*) *in latinam linguam conversum: quem tibi nuncupatum fuisse, dolenter admodum tuli; quod hoc ad infamiam nominis tui pertinere persuasum habeo. sed interea tamen hanc de te spem concipio, quod minime tibi probatus fuerit, & quod ab ejus lectione abstinere* (fort. *abstinueris*) *potius, quam ut in eo volvendo bonas horas male collocares; cum non aliunde fere constet, quam ex falsis quibusdam calumniis, probris, convitiis, maledictis; nec esse possit quidquam eo virulentius. quin & hoc (quae tua pietas est) facturum te confido, ut non ipse modo ab ejus lectione tibi temperes, verum & alios ab ejus vel inspectione deterreos; & rationes omnes investiges, quibus is minus multorum manibus teri queat. quod ut*
facies

aguntur a nescio quibus hominum monstris: &, quod non solum
q principe & christiano, sed omnino (q) homine est indignissimum, a doctoribus impietatis ac licentiae ratione orbantur ac sensibus. felicem te! qui in haereditate domini moraris, quam
r pestifera professione (r) pollui non sinis. Sed, quoniam, percrebre-

facies (corr. *facias*) *& ut in dies te magis christianum, catholicum, & orthodoxum declares, pro paterna mea erga te sollicitudine te diligenter hortor & moneo*. Hujus hosianae epistolae inscriptio in editione coloniensi, qua utor, anni 1584. est hujusmodi: *Nicolao Christophoro Radzvvilo duci in Olika*. Id monui, ne ignoraretur, quo modo ab Hosio appellatus esset is, quem ego partim polonicae linguae, partim latinae rationem sequutus, *Radzivvillium* appellare solitus sum. Gratianum quidem in eo appellando minime constantem animadverti, in cujus scriptis non modo *Radgivillum*, sed *Ragivillum* quoque, & *Rabzivillum* & *Radzivillum* inveni.

(q) Omitt. cod. barber. Addidi ex cod. tabul. vatic.

(r) *possessione* cod. tabul. vatic. Emendavi ex cod. barber. Nunc, quas pollicitus sum exhibiturum me Commendoni ac Gratiani ad hunc Radzivvillium litteras, exhibebo. Commendoni quidem hae sunt: *Quod ego libenter facturus essem tua causa, ut omnia, quae ad augendum ornandumque te familiamque tuam pertinerent, studiose diligenterque curarem, id faciam nunc tanto libentius in ea re, quam mihi commendas, quod eam esse intelligo conjunctam cum ecclesiae ipsius, de qua agitur, utilitate, ut in tanta confusione ac perversitate temporum, familiae nobilissimae praesidio fulciatur. itaque plane tibi persuadeas velim, me huic rei nullo loco esse defuturum. ea enim merita, ea dignitas est tua, eam spem & ipse habeo, & aliis facio de Georgio fratre tuo, ut & tibi negandum nihil esse censeam, & de fratre ipso confidam, cum nostris testimoniis, cum morum atque doctrinae laude, tum ecclesiasticae disciplinae studiis, esse responsurum. illud unum necessario est impedimentum tollendum, de quo ad te cardinalis varmiensis & Scarga, familiaris tuus, pluribus verbis scribent, ut, quas Vilnae aedes, a patre vestro aedificatas, haeretici tenent, eas, pestibus illis ejectis, recuperetis. nam, ut caetera impetrentur, id certe nec impetrari nec peti debet, ut in eadem civitate episcopus designetur is, in cujus domo haereticorum coetus concionesque celebrentur: id (quod unum vehementer obstat) si sustuleris, magnum ad reliqua impetranda aditum nobis aperies. Vale.* Commendoni has litteras datas arbitror eodem & tempore & loco, quo eae, quae sequuntur, a Gratiano datae ad eumdem Radzivvillium sunt, nimirum die 3. dec. an. 1574. Romae. *A Scarga literas tuas accepi, quae sicuti, in tanta voluntate ac studio meo omnia observantiae & benevolentiae officia tibi praestandi, erant minime necessariae, ita fuerunt mihi gratissimae, quod ex iis intellexi, quantum semper cupivi, tantum me abs te amari. cujus augendi amoris, & declarandi singularem meum erga te animum, nullam unquam facultatem, quae mihi offeratur, praetermissurus sum. atque in hac ipsa, quam tu mihi obtulisti, tam diligenti & accurata commendatione fratris tui, nihil in me Scarga praesens desiderabit. qui cum summam huic toti rei diligentiam adhibeat, pari etiam studio scripturum omnia ad te existimo. unum est, quod ne ego quidem praeterire volo, quod maxime necessarium ad hanc rem conficiendam esse arbitror (de quo etiam memini me coram tecum esse locutum), ut domum illam vilnensem, in quo*

brescente hac, ut spero, magis magisque de te opinione, non semel mihi tui laudandi, tibique de praestanti tua virtute gratulandi facultas dabitur, in praesentia finem faciam, si tantum dixero, eo in te & sanctissimi domini nostri propensiorem charitatem, & amplissimi cujusque ardentius studium, & meam operam ac diligentiam, quam tibi, illustrissime juvenis, defero ex animo, paratiorem fore, quo tua catholicae veritatis defensio, & sanctae romanae sedis obedientia clarior fuerit. Deum precor, ut uberiori & te in dies suae gratiae dono, & nos de te laetitia augere velit. Vale. Romae. XIII. Kal. maj. M. D. LXVII.

qua suos coetus cogunt, suasque conciones habent haeretici, recuperes, illisque eripias impietatis magistris. nam primum convenire nullo modo videtur, ut, cui episcopatus petitur, antequam capere per aetatem possit, quique vindex tota Lithuania ac defensor constituendus sit catholicae religionis; in ejus paterna domo christianae fidei placita ab impuris hominibus & antiquae pietatis corruptoribus pervertantur. deinde, cum nos & generis amplitudinem, & potentiam atque opes familiae vestrae praedicamus, quantumque ex ea praesidium vilnensi ecclesiae comparatum fuerit, si ei Georgius, frater tuus, praeficiatur, sunt, qui vix credibilia nos narrare dicant. quae enim, inquiunt, potentia sit illius, cujus domus, ipso invito, ab haereticis occupetur? & quomodo ecclesiae vilnensis jura tueri, & catholicae fidei cultum dignitatemque vindicare ab haereticorum audacia poterit, qui ne propriam quidem domum eripere illis nunc audeat? His quidem nos, quae vera sunt, respondemus de palatino patruo, deque aliis, quae hactenus tuae voluntati obstiterunt. sed eximere ex animis hanc dubitationem scrupulumque non possumus. Scarga quidem ademptam jam domum haereticis putare, brevique literas ea de re allatum iri Romam, confirmat. id si fiet, magno ad conficiendum ex sententia negotium adjumento erit. ego, quod obstare vestris postulatis intelligo, facere nec potui nec omnino debui, quin ad te scriberem. Vale. Roma. III. non. dec. 1574.

XI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo & Principi Osnaburgensi. (a)

a 20. apr. 1567.

Epistola officiosa.

QUae Laurentius Stradeus, consiliarius ac senator dominationis vestrae illustrissimae, de me dixit, ea, quod ad virtutes attinet, quas mihi tribuit, magis amice, quam vere exposuit. veruntamen, quando mihi ejus ista significatio talem

(a) Ad hunc eumdem data est a card. Bonello epistola *Cum superioribus*; quam supra die 6. hujus ejusdem mensis recensuimus, hanc ex codice bar-

b talem patronum (*b*) peperit, qualis ipſa eſt, & dignitatis gradu & animi atque ingenii ornamentis praeſtantiſſima, gaudeo mirabiliter; magnamque ipſi Stradeo habeo gratiam. Supereſt mo-
c do, ut illa, quemadmodum me (*c*) ſibi devinxit ſuis ad me literis, pleniſſimis officii ſuaeque in me benignitatis, ſic mihi etiam facultatem det referendi ei aliquam gratiam fide, opera ac diligentia mea. quod quia re libentius praeſtaturus ſum, quam verbis perſequar, idcirco tantummodo ei ſtudium & obſervantiam meam deferens, Deum precor, ut omnibus ſuis optatis ſalutariter reſpondeat. Romae. XII.Kal. maj. M.D.LXVII.

barber. deſumſi, inter datas cardinalis Alexandrini nomine recenſitam. ſed fortaſſe non Bonelli, ſed alterius neſcio cujus nomine ſcripta eſt. praecipuam dubitandi cauſam mox afferam. De hoc epiſcopo, qui fuit Joannes ab Hoja, vide vol.III. pag.60.

(*b*) Credibile ne eſt, Bonellum, qui & cardinalis eſſet, & proximam pontifici maximo, magno avunculo ſuo, poteſtatem tum Romae haberet, ita ſive ſcripſiſſe, ſive ſcribi ſiviſſe, ut epiſcopum, quantum vis & dignitatis gradu, & animi atque ingenii ornamentis praeſtantem, *patronum* agnoſceret & appellaret, ejuſque praeterea patrocinio *mirabiliter gaudere* ſe diceret? Quid? illa paullo poſt, *fide, opera, ac diligentia mea*, nonne inferiorum ac ac plane clientium ſunt?

(*c*) Omitt. exempl. Addendum putavi.

XII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

23. apr. 1567.

Ut apoſtolicae legationis munus in provinciali ſynodo obire velit, pontificis max. nomine Hoſium hortatur.

a QUae mihi tardius, quam potuerant, redditae ſunt literae amplitudinis (*a*) veſtrae illuſtriſſimae, IV. februarii datae, iis ſerius etiam, quam voluiſſem, reſpondere ſum coactus. ac primum quidem magna ſua voluntate ſanctiſſimus dominus noſter cuperet ipſam liberam & ſolutam iſta moleſtia,
b quam habet legationis munus (*b*), ei impoſitum, in provinciali ſyno-

(*a*) Pro hac & duabus, quae ſequuntur, vocibus legitur in cod. barber. dumtaxat *tuae*: quae quidem vocula ad *literae* referenda eſt. Ego lectionem cod. tabul. vatic. pag.472. retinui.

(*b*) *muneris ei impoſiti in &c.* cod. barber. De legationis autem hoc munere, quod in provinciali ſynodo Hoſio demandatum eſt, haec Stanislaus Reſcius in ejuſdem Hoſii *Vita* lib. II. cap. 28.

synodo; cujus quietis & otii, praesertim christiano generi per-

utilis

cap. 28. memoriae prodidit: *Pius autem V. qui tum Pio IV. successerat, pontifex zelantissimus, cum is quoque de Hosii praestantia omnia summa cognovisset, nil tale cogitantem, suum & sanctae sedis apostolicae ad synodum provincialem, & in universa dioecesi varmiensi legatum pronunciavit, amplissimo & pietatis & eruditionis & animi zelantissimi testimonio, in universo fratrum suorum S. R. E. cardinalium consensu* (corr. *consessu*), *attributo: quem etiam & publice & privatim columnam religionis vocare non dubitavit*. Literas, quibus legationis id munus Hosio a Pio V. impositum est, affert Laderchius in *Annal. eccles.* tom. XXII. pag. 209. hujusmodi.

„ Dilecto filio nostro Stanislao „ tit. S. Theodori, presbytero card. „ Varmiensi appellato.

„ Pius papa V.

„ Dilecte fili noster, salutem &c. „ In provinciali synodo, quam venerabilis frater archiepiscopus gnesnensis, ex decreto sacri concilii tridentini, propediem celebraturus est, „ praesentiam tuam maxime opportunam & utilem fore censemus, pro tua „ spectatissima fide, doctrina, prudentia, divini honoris & catholicae religionis zelo. proinde te ad eam „ synodum, quoad peracta fuerit, nostrum & sedis apostolicae de atere „ legatum tenore praesentium constituimus, facimus & deputamus: volentes, dilectum filium magistrum „ Julium Rogerium, notarium ac nuncium nostrum, tibi ad omnia assistere. quocirca mandamus tibi, ut te „ ad ipsam synodum sine mora ulla „ conferas, operam daturus & diligenter provisurus, ut recte & ordine „ celebretur, neque quid in ea agatur „ decernaturve contra ritus & instituta ecclesiae catholicae, vel hujus „ sanctae sedis, cujus honorabile membrum es, auctoritatem & dignitatem. venerabiles vero fratres, archiepiscopum gnesnensem, & reliquos quoscumque praelatos, in ipsa „ synodo congregandos, hortamur in „ domino, atque etiam in virtute sanctae obedientiae mandamus, ut adventum tuum expectent, nec sine te „ eam celebrent, aut, si, antequam „ harum literarum notitiam habuerint, eam celebrare coeperunt, eam, „ nisi dum tu affueris, prosequantur: „ non obstantibus quibuscumque in „ contrarium facientibus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die XI. dec. M.D.LXVI. pontif. nostri an. primo.

Verum provincialem hanc synodum neque tum, neque postea, toto Pii V. pontificatu, esse habitam, testis est card. Commendonus in litteris, ad card. Novocomensem die 9. jul. an. 1572. Cracovia datis, in quibus, *Hora*, inquit, *per la morte di Pio V. è cessata quella facultà* (Commendono ipsi data, *dispensandi* nimirum *in beneficiorum pluralitate*), *& il clero dimanda di nuovo gratia sopra questo a nostro signore. se paresse a sua beatitudine, potrebbe interporre qualche difficultà in detta dimanda per l'absentia mia di Polonia* (erat enim proxime Viennam profecturus), *accioché esso clero venisse a supplicar, ch'io ci fussi fatto tornare. e che potrebbe ancho dar giusta causa la convocatione d'una synodo provinciale, che nè mai dopo il concilio* (di Trento) *nè molti anni prima si è celebrata in questo regno. Io veramente, mentre ch'è vissuta la regina, ho sempre cercato & in presentia & in absentia d'impedir, che non si facesse; perchè sapeva, che il rè & l'arcivescovo volevano introdurre la causa del divortio: la qual cosa havrebbe senza dubio partorita l'apostasia del regno. hora, che la regina è morta, & ch'è cessato questo*

c utilis ac salutaris (c), & amplitudinis vestrae illustrissimae & Dei ecclesiae causa, est cupidissimus. sed, cum nemo in isto regno sit, qui praestantibus animi & ingenii bonis plus adjumenti communi

questo pericula, crederei, che si potesse fare, non solo per assettare in essa molti disordini di questo regno, ma ancho per dor occasione, che si potessero secondo le occorrenze valersene per l'elettione del rè, & a me giusto pretesto di ritornare nel regno, & di unire il detto clera a servitio di Dio. Quando ciò piaccia a nostro signore, si potrebbe mandar in mano mia un breve per l'arcivescovo di Gnesna, nel quale se gli commettesse, che quanto prima convocasse una synodo provinciale, & a parte un a'tro breve a me, che mi comandasse d'intervenire a detta synodo. &, perchè si può ragionevolmente dubitare, che l'arcivescovo non convocarebbe tal synodo, mentre vedesse me vicino al regno, saria forse bene di mandarmi un terzo breve, con ordine, che quanto prima io convocassi una synodo di tutt'i vescovi del regno & del gran ducato di Lithuania: perchè io mi valerei poi di ciascuno d'essi brevi, secondo che richiedesse il bisogno. mo, per la molta lontananza, saria necessario haverli in mano quanto prima. Non igitur provincialem ullam synodum sub Pio V. Hosius aut quisquam in Polonia habuit: at dioecesanam sub Pio IV. idem Hosius in Prussia ante duos annos habuerat. Commendonus in litteris, ad card. Borromaeum die 2. jul. an. 1565. Heilsperga datis, *Al principio*, inquit, *d'agosta esso cardinale Varmiense dissegna di far quì una synodo diocesana, a la quale vuole, ch'io mi ritrovi.* rursusque in alteris, die 25. aug. ejusdem anni indidem ad eumdem Borromaeum datis, *Monsignor*, inquit, *Illustrissimo Varmiense non solo ha voluto, ch'io mi ritrovi a la synodo sua diocesana, ne la quale si sono fatti molto buoni canoni, ma ha ancho voluto, ch'io sia presente a l'essaminatione & correttione de gli statuti de la sua chiesa. onde non potrò essere a Posnania prima che a mezzo settembre.*

(c) Propter insignem librorum, quos in otio scribere Hosius consueverat, utilitatem: de quibus libris sunt Rescii illa in eadem Hosii *Vita* lib. III. cap. XI. *Et fuerunt, ipso vivente, bis & trigesies in variis orbis christiani locis impressi ... in gallicam etiam, italicam, germanicam, anglicam & polonicam linguam translati, ut tanto commodius & efficacius in animos omnium gentium & nationum salutaris ecclesiae doctrina penetraret: in armenicam quoque linguam traductos fuisse, ex sermone doctissimi & integerrimi cardinalis Sirleti accepimus ... idque nos etiam a Gulielmo Lindano, episcopo ruremundensi, viro doctrinae & pietate* (corr. *pietatis*) *laudibus cumulato, & nunc Christi causa exulante ... audivimus, quod in Germania nefas esse catholicis videatur in rebus religionis Hosii sententiae refragari. audivimus etiam a viris fide dignis, quod Hosii libris propter admirabilem utilitatem, quam legentibus adferunt, sic erat infensus Condens ille, Christi regisque sui nobilissimus perduellis, ut sexcenta simul exemplaria a quodam bibliopola parisiensi emeret, & statim in platea Vulcano corrigenda traderet. ipsi quoque auctori par exitium est comminatus, modo non iisdem verbis usus, quibus olim arianum haereticum de D. Hieronymo, cujus imaginem in templo Syon gladio transverberaverat, usum esse legimus „ Ita fecissem, si te vivum tenuissem „. Non solum autem auctoritatis pondere & utilitatis ubertate Hosii scripta cumulata sunt, sed tanta quoque verborum facultate, lenitate, gratia, elegantia abundant, ut impletum esse in eo videatur, quod dicit scriptura „ De ore prudentis procedit mel, dulcedo mellis est sub lingua ejus „. &c.*

muni piorum causae istic afferre possit, quam ipsa, Dei gloriae (*d*) d
& salutis (*e*) animarum, quibus praesenti ejus auctoritate multo e
magis consultum fuerit, rationem habere necesse habet sua sanctitas. quamobrem vehementer etiam eam hortatur in domino, ut, quem ipsa, tanquam nobilissimum ac firmissimum in isto regno ecclesiae Dei membrum, per se suscipere deberet officii laborem, eo etiam alacrius libentiusque subeat, quod sanctissimi domini nostri bonorumque omnium spes potissimum in ista auctoritate religionis ac prudentiae amplitudinis (*f*) vestrae illustris- f
simae collocata est; qua praesente, nihil (*g*) perperam actum g
iri confidunt, quod ipsa vel non videat, vel tacitum ferat.
Datum jam negotium est Georgio Ticinio (*h*), ut facultates dis- h
pensandi in tertio gradu in dioecesi amplitudinis vestrae illustrissimae expediendas curet; quas cum illis etiam conjunctas
brevi habebit (*i*), quae item (*k*) in sua dioecesi privatim lega- i k

(*d*) *gloriae salutis animarum &c.* cod. barber.

(*e*) *saluti* cod. tabul. vatic. Emendavi ex cod. barber. nam latinum non puto *rationem habere saluti*.

(*f*) *suae collocata &c.* cod. barber.

(*g*) *perperam nihil actum iri, quod &c.* id.

(*h*) Erat is Romae polonicae nationis, Hosii praesertim, negociorum procurator, polonus ipse: de quo homine in superioribus voluminibus saepe dictum.

(*i*) *habebit cum illis* cod. tabul. vatic. Emendavi ex cod. barber. Caeterum, ut hujusmodi *dispensandi in consanguinitatis vel affinitatis gradibus, a jure prohibitis*, facultatem Pius concederet, non nisi magnis ac plane necessariis causis adducebatur. Incidi in duo ejusmodi concessionum exempla, quae placet afferre. In *apostolicarum Pii V. epistolarum* libro I. est epistola XVIII. ad *Gasparem, Archiepiscopum Goanum*, die VII. octobr. hujus anni data; in eaque haec leguntur: *Quod nos hortatus es ad concedendum istarum partium episcopis facultatem dispensandi cum his, qui matrimonia inter se in gradibus a jure prohibitis contraxerunt, vel in posterum contrahere contigerit: nos saluti animarum consulere volentes, & considerantes quam difficile sit ac longum ex tam remotis orbis terrarum partibus ab apostolica sede hujusmodi absolutiones & dispensationes petere, facultatem eam duximus esse concedendam, sicut ex aliis nostris litteris intelliges*. Die vero XX. decembr. ejusdem anni has ad S. Franciscum Borgiam, aliosque societatis Jesu praepositos de eadem re litteras dedit, ab Jacobo de Laderchio ex *archiv. vatic.* in tomum XXII. *Annal. eccles.* pag. 444. illatas.

„ Pius PP. V.

„ Dilectis filiis Generali, aliisque „ Praepositis Societatis Jesu.

„ Cum gratiarum omnium largitor Altissimus vestris cordibus tan- „ tum honoris sui amorem tantumque „ salutis animarum studii impresserit, „ ut ex societate vestra plurimi, pro- „ pagandae religionis christianae, & „ homines gentiles idolorumque cul- „ tores ad sui creatoris ac salvatoris „ cognitionem adducendi cupiditate „ flagrantes, non itinerum, non na- „ vigationum laboribus aut periculis „ territi, ex his Europae partibus in „ Aethiopiam, Persidem, Indiam, „ usque ad Molucas & Japoniam ac „ alias

tionis causa ei conceduntur: quod ex ipsius Ticinii literis melius cognoscet amplitudo vestra illustrissima; cui ego studium & observantiam meam deferens, Deum precor, ut eam & isti
l & communi ecclesiae salvam (l) diutissime servet. Romae.
m IX. (m) Kal. maj. M. D. LXVII.

,, alias Orientis insulas & regiones, a ,, nobis remotissimas & in extremo orbe terrarum positas, adire non dubitent: desideriis vestris libenter ,, annuimus in iis, per quae scandala ,, tolluntur, & infirmi ac recens in ecclesiam adscripti, tamquam parvuli ,, nondum habiles solidiori alimoniae, ,, lacte alendi molliusque tractandi ,, sunt. cum igitur, sicut nobis exponi curastis, accidere saepe soleat in ,, regionibus & locis, quae a gentilibus incoluntur, ut multi neophyti, ,, consanguinitate vel affinitate conjuncti in gradibus a jure prohibitis, propter pristinam consuetudinem suam, inter se matrimonia contrahant, dispensatione non petita, ,, seu quia in eis locis episcopi nondum fuerint constituti, a quibus ,, ipsam petere possint, seu, si sint, ,, commode eos adire non possint, qui ,, sine gravi scandalo separari non possent: nos hujusmodi neophytis aliquid de canonum rigore remitti ,, aequum esse censentes, vestrae societatis provincialibus & aliis presbyteris, qui de vestra societate a ,, Generali, vel Provincialibus, vel ,, eorum vicariis fuerint deputati, in ,, Aethiopia, Arabia, Perside, India, ,, regione Sinarum, in Japonia, Brasilia, & aliis Orientis regionibus, ,, aut Oceani insulis quibuscunque, a ,, gentilibus habitatis, ad quas eos ,, pervenire contigerit, cum neophytis in quocunque, non tamen a jure ,, divino prohibito, consanguinitatis ,, & affinitatis gradu, ut matrimonia ,, inter se contrahere, vel in contractis permanere, aut ea solemniter ,, in facie ecclesiae de integro contrahere libere & licite possint, dispensandi absolvendique eos in utroque ,, foro a sententiis, censuris & poenis, ,, in quas propterea inciderint, & prolem susceptam jam, ac suscipiendam, legitimam declarandi, ita demum tamen si aut proprium episcopum nondum habeant, aut, si habeant, commode eum adire non possint, quod inde non minus ducentis ,, milliaribus italicis distet, facultatem ,, apostolica auctoritate tenore praesentium damus atque concedimus &c.

(k) Omitt. cod. barber.
(l) *salvum* id.
(m) Omitt. cum reliquis id.

XIII.

a **Pius PP. V. Principi Bohemiae. (a)**

3. maji 1567. *Laetitiam suam ex ejus aliorumque in Bohemia dynastarum catholicae religionis professione ac defensione declarat.*

QUO diutius sancta mater romana ecclesia, tacta dolore
b cordis intrinsecus (b), florentis olim regni vestri praerogativa fidei & apostolicae sedis obedientia, contaminatam

(a) Hunc ego Bohemiae Principem non alium esse reor, quam Guilhelmum Ursinium a Rosembergh, eum ipsum, de quo meminit Laelius Ursinius initio sui

natam haeresum abominationibus laudem deploravit, eo nos, qui, pro nobis divinitus injuncto, licet immeritis, pastoris universalis officio, misere deformatam in infidelibus filiis (*c*) patrum virtutem assidue lugemus, vehementius in domino laetati sumus, Bohemiae veteris gloriae robustas adhuc vigere reliquias (*d*), quae non recesserint a Deo salutari suo (*e*). itaque, cum in magnis istis & claris viris (*f*), qui nobis catholicae religionis nomine commendantur, tua in primis fidei sinceritas celebretur (*g*), te paternae charitatis affectu tanto complectimur

sui de religionis statu in Bohemia commentarii, quem inde redux an. 1587. Sixto V. pont. max. obtulit, quemque nos in quadam nostra ad Gratiani opus *de scriptis invita Minerva* adnotatione T II.pag.9. anno 1746. vulgavimus, non Laelio nos quidem Ursinio, sed anonymo eum tribuentes, quod nobis tum ejus auctor, qui postea innotuit, esset ignotus. est autem initium hujusmodi: *Essendo io in questo mio viaggio, che ho fatto per ordine de la santità vostra, stato in Bohemia, & havendo non solamente udito da persone d'esperienza, & degne di fede, ma anco veduto con gli occhi proprij molte cose, che appartengono a la santa fede catholica sì in defenderla da la furia de gli heretici Piccardi & Hussiti, come anco per conservarla & promoverla, mi è parso obligo mio darne ragguaglio a la santità vostra: tanto più che il nuntio de la santità vostra, & li principali baroni catholici di quel regno, come Guglielmo Ursino, signore di Rosembergh,* vicerè perpetuo del regno, *Giorgio Pople, prefetto del regno, Giorgio de Martinis, supremo giudice del regno, Giorgio Pople, il giovine, presidente de le appellationi, Vinceslao Rerca, primo assessore del giuditio, & D. Giovanni di Pernestan, assessore simile. mi hanno commesso, che in lor nome ragguagliossi, & supplicassi la santità vostra de le cose di là. &c.*

(*b*) Genes. c 6. v.6. *Et tactus dolore cordis intrinsecus, deleho, inquit &c.*

(*c*) Deuter. c. 32. v.20. *Generatio enim perversa est & infideles filii.*

(*d*) Ursinius in suo illo commentario, *E' ben vero*, inquit, *che per gratia di Dio, se bene il populo ha abbracciato tale heresia* (de gli Hussiti), *nondimeno alcuni principali signori, & alcuni de' primi officiali del regno sono svisceratì catholici; i quali dal canto loro fariano ogni sforzo, perchè fusse del tutto restituita la fede catholica.*

(*e*) Deuter. c.32. v.15.

(*f*) Ii fortasse significantur, qui supra ab Ursinio nominati sunt, Georgius Pople &c.

(*g*) Afferam ex tabulariolo meo binas litteras, alteras Sixti V. ad Rodulphum II.imperatorem, alteras card. Alexandri Montalti ad hunc ipsum Bohemiae principem, die 19. dec. anno 1587. datas: quibus hominis eximium catholicae religionis studium, tantopere in hac epistola a Pio V. commendatum, magis magisque intelligitur. Sixti quidem ad Rodulphum litterae hae sunt: *Charissime in Christo fili noster, salutem & apostolicam benedictionem. Binas nuper a majestate tua literas reddidit nobis cardinalis Madrucius, septimo, ac pridie kalendas decembris datas: quarum prioribus Laelium Ursinum, postremis archiepiscopum neapolitanum, nostrum in regno Poloniae nuncium, ut in cardinalium collegium proxima creatione cooptaremus, a nobis postulabas: & Madrucius ipse subsecutus oratione literas tuas,*

mur ardentius; quanto tua christianae fragrantia pietatis majori nos suavitate perfudit. quamobrem te etiam studiosius hortamur in domino, ut pergas quotidie magis vitae odor in vi-
b* tam (*b*) esse quamplurimis, & degeneres animos ad veteris splendoris imitationem revocare. nam in spe sumus, inexhau-
i* stis confisi divitiis (*i*) Dei benignitatis, quas nostris etiam precibus evocare non desistemus, fore, ut reliqui vestro praestantium virorum catholicae veritatis exemplo & auctoritate resipiscant.

tuas, eadem de re nobiscum diligentissime egit. nos quidem magnopere cupimus majestati tuae in omnibus rebus gratificari, pro singulari ac paterno amore, quo te tuamque praestantem virtutem ac pietatem complectimur: & in Laelio ad id, quod tua causa volumus atque adeo etiam debemus, accedunt dllecti filii, nobilis viri, Guilelmi Rosembergii, qui hoc a te, & per te a nobis magno studio contendit, egregia in catholicam religionem merita; quorum gratia nos illum magnopere diligimus, ebarumque in primis habemus. sed voluntati nostrae gerendi majestati tuae morem obstat certum impedimentum, quod in ipso residet Laelio, per quod capere nunc ei hunc honorem ex sacrorum canonum jure non licet. id si aliquando sublatum fuerit, nos eam ipsius rationem habebimus, quam & majestatis tuae commendatio requirit, quae merito apud nos plurimum valet, & Rosembergii dignitas, & Ursinae familiae fides & devotio erga hanc sanctam sedem postulare videbuntur. De neapolitano autem archiepiscopo &c. Cardinalis autem Montalti ad ipsum Rosembergium litterae hae sunt: *Illustrissime domine. Ad literas dominationis vestrae illustrissimae, quibus sanctissimo domino nostro Laelium Ursinum commendavit, quo ejus ratio in proxima cardinalium creatione haberetur, respondere me sanctitas sua jussit, eam esse illustrissimae dominationis vestrae dignitatem, ea erga catholicam religionem merita, ut merito a sanctitate sua paterno amore diligatur, plurimique fiat, & nihil propterea sit, quod non ejus causa libenter esset factura. sed ab ornando domino Laelio, atque in amplissimum collegium cooptando prohibetur sanctitas sua certo impedimento, quod in ipso residet domino Laelio, ut evehere illum ad hunc honorem, salvo sacrorum canonum jure, non possit. si hoc aliquando sublatum impedimentum fuerit, tum & dominus Laellus ipse, & caeteri omnes intelligent, quantum sanctitas sua illustrissimae dominationis vestrae precibus & commendationi tribuat; praeter id, quam sponte sua ad augendam Ursinae familiae amplitudinem, cujus insignis semper erga hanc sanctam sedem fides ac devotio fuit, propenso sanctitas sua sit animo. ego, sicuti ad domini Laelii honorem omne studium meum perlibenter contuli, ita in posterum quoque illustrissimae dominationi vestrae idem studium, operamque meam, promptam ad omnia paratamque ex animo defero, & ei prospera & secunda omnia a Deo precor. Roma. XIX. decembr. 1587.*

(*b*) Ad Corinth. epist. II. cap. 2. v. 14. 15. *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt, & in iis, qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam.*

(*i*) Ad Roman. cap. 2. v. 4. *An divitias bonitatis ejus, & patientiae, & longanimitatis contemnis?*

piſcant. qui ſi pie interdum, ut debent, majores ſuos reſpicere voluerint, nullam unquam fuiſſe gentem intelligent, quae catholicam religionem aut facilius acceperit, aut opibus ac vita libentius defenderit (*k*). quamobrem caeleſtibus praemiis, & hujus ſanctae ſedis honoribus majores illi admirabiliter aucti & ornati fuerunt: quorum elucentem imaginem in tua virtute cum audiremus, in Deo mirabiliter exultavimus. dignetur modo omnipotens pater miſericordiarum convertere (*l*) corda reliquorum filiorum in patres, ut veſtrae luce pietatis, qui veſtrum decus ſalvum & integrum conſervatis, non modo Bohemia, ſed tota Germania, recuperata catholici nominis gloria, & praeſentem felicitatem & caeleſtis vitae beatitudinem conſequatur. quod, Deo primum auctore, & aliorum adjumento, quorum jucundiſſima ad aures noſtras fama pervenit, & tua praecipue opera futurum ſperantes, piis & catholicis iſtis conatibus felix ſacrae benedictionis munus impertimus. Romae. v. (*m*) non. maj. M. D. LXVII.

(*k*) Conſule *annales eccleſiaſticos* Baronii.

(*l*) Malach. cap. 4. v. 6. *Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.*

(*m*) III. *Kal. apr.* cod. barber. ſed praetuli lectionem codicis tabul. vatic. pag. 220.

XIV.

Pius PP. V. Regi Poloniae. (*a*)

Ut Chiovienſium epiſcopum, lupum potius, quam ovium paſtorem, ab epiſcopatu & ſenatoris munere removeat, hortatur. 15. maj. 1567.

JUcunda recordatio felicitatis, qua regnum iſtud ampliſſimum tandiu floruit, quandiu in eo fidei catholicae conſenſio, & ſanctae ſedis obedientia viguerunt (*b*), eo nunc noſtram de iſtarum

(*a*) Sigiſmundo Auguſto.

(*b*) Viguerant ad id uſque tempus, quo Sigiſmundus hic idem Auguſtus regnum adminiſtrare, patre Sigiſmundo I. e vivis ſublato, an. 1548. coepit. Hoſius in litteris ad Henricum Valeſium, qui Sigiſmundo Auguſto ſucceſſit, die 13. febr. an. 1574. Roma datis, *Mitto*, inquit, *majeſtati veſtrae exemplum literarum, quae ſcriptae ſunt in hanc urbem de eo, qualem ſe geſſerit majeſtas veſtra, cum Fuldae fuiſſet, erga Deum in proximis ſuperioribus Chriſti feſtis natalitiis: quas ego cum legerem, incredibili quadam laetitia ſum affectus. nam videre mihi videbar quaſi reviviſcentem in majeſtate veſtra virum illum inſigni pietate Sigiſmundum primum,*

rum salute animarum sollicitudinem reddit acerbiorem; quo indi-

unum, Poloniae regem, qui & ipse magna cum religione cum alios omnes festos dies, tum illos prae caeteris observabat, quibus & incarnationis & passionis & resurrectionis Christi beneficia nobis mater ecclesia repraesentat; ad cujus exemplum tota se Polonia componebat, cum se non magis admirandum, quam imitandum subjecto sibi populo proposuisset. florebat, eo regnante, religio, florebat non vulgaris erga Deum devotio: nullius tum erat in Polonia fidium ludus: nullus in societatem Christi Belial admittebatur; nullus, patriis etiam legibus prohibita, conventicula seorsim a rege suo & ab episcopis faciebat; sed unanimes in uno & eodem templo uno ore glorificabant & adorabant omnes unum Deum, Deique filium dominum nostrum Jesum Christum. integrum fuit illo tempore sacrosanctum corpus ejus, nec ullas in partes divisum; quod nunc (proh dolor!) mirandum, & miserandum in modum in tot abominabiles adeo sectas dissectum videmus: quodque magis etiam est admirandum, quoad vel umbra tantum supererat sancti regis illius, qui fuit norma quaedam pietatis & religionis in regno suo, qui se palam haereticum profiteretur, dicataque soli Deo templa suis idolis colendis, & pravis opinionum commentis in vulgus spargendis profanare auderet, nullus tum reperiebatur. tantum vel umbra illius terrori fuit Christi perduellibus haereticis. qui, quanquam non defuerunt fortasse nonnulli, verum hi pauci, tamen, quoad ille saltem vel spirabat in terris, nunquam eo audaciae sunt progressi, ut in religione palam aliquid innovarent. an autem haec non est singularis Dei virtus & potentia, quod, cum ille pientissimus rex uno vel altero anno, antequam e diversorio sui corporis in caelestem illam domum migrasset, nihil aliud fere quam cadaver quoddam esse videretur, tamen continuit in officio religioneque suos subditos sola quadam umbra sua (fort. *sui*) *&c.* Paria ad Stephanum Bathoreum, Poloniae item regem, scripsit, litteris Roma die 26. dec. 1577. datis: *Reddidit*, inquit, *mihi literas majestatis vestrae D. Jacobus Brzeznielii, canonicus posnaniensis, majestatis vestrae secretarius, a synodo provinciali gnesnensi huc missus. quanta pietate religioneque, quae fuerunt in synodo decreta, receperit, & quemadmodum eis manu sua subscripserit, pluribus verbis mihi renunciavit: ex cujus hoc sermone majorem, quam facile dici queat, voluptatem accepi. futurum enim sperabam, quam revera, sicut ipsa in suis literis meminit, rem ecclesiasticam pessime affectam in regno majestatis vestrae, proficiscens in Italiam reliqueram, eam cura & providentia vestrae majestatis in pristinum statum, in quo fuit sub illo rege Sigismundo primo, tandem aliquandore stitutum iri. sedit is ad regni sui gubernacula plures quam quadraginta annos; pervenit ad annum aetatis octogesimum secundum. quoad autem ejus vel umbra superfuit, videre licuit ecclesiam in regno vestrae majestatis terram unius labii, & eorundem sermonum, multitudinis credentium cor unum & animam unam. pastorem unum agnoscebant omnes, sub quo in unum ovile congregabantur omnes, in episcoporum potestate ecclesiae fuerunt omnes; speciem ut quandam cernere liceret caelestis illius Jerusalem, cujus participatio in id ipsum. simul ut autem pius ille rex caelestem illam in domum migravit, migrare paulatim & extingui coepit pietas & religio; posteaquam, ordine sublato, libera fuit permissa potestas altare contra altare erigendi, cathedram adversus cathedram constituendi, &, sub specioso Dei verbi titulo, expressum verbum diaboli, qui, quam precioso sanguine suo*

Chri-

indigniora quaedam committuntur, quibus vereri cogimur, ne
Dei iſtic ira gravius irritetur. qua in cogitatione, niſi anxiam
charitatem noſtram mitigaret ſincera tuae ſerenitatis pietas ac
religio, quam, tanquam ex incorrupto & integro capite, ad
corruptorum etiam membrorum ſanitatem, Deo adjuvante, per-
manaturam confidimus, noſter nimium patrius dolor excitare-
tur. ſcito igitur, nos, pro univerſali paſtoralis officii noſtri cu-
ra, illam indignitatem, cum ſumma Dei offenſione & anima-
rum pernicie conjunctam, ferre nec poſſe nec debere, quod iſti
chioviensi (c), qui impune tandiu epiſcopi perſonam uſurpat, c
datus ſit ille domini grex in rapinam (d), & oves ejus in devo- d
rationem omnium beſtiarum: in quibus nulla fortaſſe eſt imma-

Chriſtus collegerat (fort. *colligarat*) *ecclesiam, eam in multas particulas diſcerpere conatus eſt, praedicandi &c.*

(c) De chioviensium hoc pſeudoepiſcopo haec ad card. Borromaeum die 16. jan. 1564. Varſavia Commendonus ſcribebat: *Fra gli ambaſciatori di Lythuania ſono due ecclesiaſtici. il primo è il veſcovo di Vilna, il quale non ha laſciato di dare ogni ſegno d'oſſervantia & d'obedientia verſo noſtro ſignore, & ſubito è venuto a viſitarmi, & eſpoſtomi con molta diligentia & ſincerità lo ſtato de la religione in Lythuania, molto peggiore, che in Polonia; & tutto per cagione del detto palatino di Vilna* (Chriſtophoro Radzivvil); *le opinioni del quale ſeguitano communemente tutti i nobili: eſſendo lui di ſomma authorità, & diſtributore di tutti gli officij in quel ducato... L'altro ambaſciator eccleſiaſtico è il veſcovo di Chiovia (che così ſi chiama lui) non conſecrato, non confermato, non ordinato, & non catholico. nè pur ſolamente è tollerato, ma mandato per ambaſciatore da gli ſtati di Lythuania; perchè così vuole il palatino di Vilna, che gli è parente.* iterumque in litteris ad eumdem Borromaeum die 24. inſequentis februarii datis, *Da queſto propoſito*, inquit, *di Riga io paſſai a far un altro offitio con ſua maeſtà circa il veſcovo di Chiovia. coſtui già alcuni anni, col mezzo & protettione del palatino di Vilna, fu nominato alla chieſa di Chiovia in Lythuania; & la tiene non ſolamente ſenza eſſerſi mai conſecrato, ma con far publica profeſſione d'heretico, & d'heretico trinitario; & hora è venuto ambaſciatore di Lythuania a trattar de l'unione: la quale ſuccedendo, troppo ſcandalo & mal principio ſarebbe per le coſe di Polonia, ſe un tale foſſe admeſſo come veſcovo nel ſenato di Polonia: & però eſſortai & pregai ſtrettamente ſua maeſtà per nome di noſtro ſignore* (Pio IV.) *a proveder a tempo a queſto diſordine; dicendole, come io mi era aſtenuto fin hora di far tal' offitio per non diſturbar il negotio de l'unione, ma che hora era neceſſitato a farlo. ſua maeſtà moſtrò di haver molto caro, ch'io non haveſſi moſſo prima queſta difficultà; & m'affermò, che queſto diſordine non ſeguirebbe, & che ſarebbe in modo, che coſtui laſciaſſe il veſcovado. il che io commendai grandemente, dicendo di volerlo ſcrivere quanto prima a noſtro ſignore.* Sed ex hac Pii V. epiſtola apparet, regem, quod ſe facturum receperat, poſtea non praeſtitiſſe.

(d) Ezech. cap. XXXIV. v. 8. *Facti ſunt greges mei in rapinam, & oves meae in devorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor.*

e nior fera, quam idem ille, qui, ut interiorem (*e*) pasceret lupum, extrinsecus pastorem simulavit. ac nos quidem de illo domini grege tanto studiosius laboramus, quanto is a nobis loco remotior propiorem animi nostri custodiam desiderat. quare serenitatem tuam, quam vehementissime possumus, hortamur & oramus in domino, ut, quod saepe per hujus sanctae sedis istic & legatos & nuncios te acturum nobis ostendisti, quamprimum
f efficias, ut illa chioviensis abominatio (*f*) ab episcopalis sedis usurpatione & a lithuanici senatoris munere discedat. magnum id erit argumentum ejus, quem nobis de te pollicemur, pii & catholici animi, praestantium regum patris majorumque tuorum dignissimi. lenies vero etiam eo facto iratum Deum variis istius regni haeresum pestibus; & illud ejus benignitate consequeris, ut tales ipse habeas populos, quales populis pastores praeesse cupies. nos certe, magnopere verentes, ne eum, qui exemplo in-
g h i credulitatis (*g*) & verbo mendacii (*h*) ac praecipitationis (*i*) ex episcopali solio istum disperdit gregem, diutius tulerimus, quam officii nostri ratio postulet, magna animi molestia liberaris. quod si regia tua serenitas id, quod fiducia catholicae religionis tuae nos addubitare non sinit, longiorem moram interponeret curandi, ut iste se episcopali honore, quem nefarie obtinet, abdicaret, ipsi ad ea remedia descendere cogeremur, quae, ne dominus sanguinem male creditorum gregum e manu nostra re-
k quireret, experiri in Gallia (*k*) coacti sumus. verum speramus, te

(*e*) hoc est, *ut pasceret se, qui interius lupus esset, ideo se extrinsecus pastorem esse simulavit*. de cujusmodi pastoribus sunt illa apud eumdem Ezechielem eodem cap. 34. v. 10. *Haec dicit Dominus Deus: ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum . . . & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam.*

(*f*) Matth. cap. 24. v. 15. *Abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta* (cap. IX. v. 27.), *stantem in loco sancto.*

(*g*) Ad Hebr. cap. 4. v. 11. *Ut ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum.*

(*h*) Eccli. cap. 51. v. 7. *Et liberasti me . . . a lingua coinquinata, & a verbo mendacii.*

(*i*) Psalm. 51. v. 6. *Dilexisti omnia verba praecipitationis, lingua dolosa.*

(*k*) Sub Pio IV. non pauci Galliae episcoporum, haereseos causa, loco moti fuerant. de quibus Abbas *de Choisy* in sua *Histoire de l'eglise* edit. paris. an. 1740. lib. XXX. cap. V. *Le cardinal*, inquit, *Odet de Coligni-châtillon, frere de l'amiral & evêque de Beauvais, avoit fait profession du calvinisme, s'etôit marié, & se faisoit nommer Le comte de Beauvais; il parut à la cérémonie en habit de cardinal. les catholiques, en furent scandalisez, mais la reine n'osa rien dire, il avoit été excommunié par le pape, ainsi que plusieurs evêques françois, entre autres Jean de Saint Chamand, archevêque d'Aix; Montluc, evêque de Valence; Caraccioli, evêque de Troyes; Lovis d'Al-*

te Deo, nobis ac sanctae sedi (*l*), in re tibi ac tuis populis ad tran-

Bb 2

d'Albret, evèque de Lescar; Barbanson, evèque de Pamiers; & Charles Guillart, evèque de Chartres. Illud obiter monebo, haud ita multis post allata Abbatis historici verba versibus, illa apud eumdem de Pio IV. legi: *Il mourut peu après à l'âge de soixante & six ans, l'an onzième de son pontificat.* Atqui non undecimo, sed sexto pontificatus anno Pium IV. diem suum obiisse, constat. Animadverti etiam, paullo inferius ab eodem historico dici, fuisse Pium V. bononiensis senatoris filium, cardinalem autem Bonellum ipsius Pii V. sororis filium. quibus si non veriora in reliquis historiae partibus afferuntur, nihil erit tota historia illa mendosius. Jam, quae in Gallia, Pio V. pontifice, contra episcopos, haeresis labe infectos, ejusdem Pii auctoritate, instituta ac perfecta sunt, ex Gabutii narratione lib.II. c.4. cognoscamus. *Reginam* (Galliae) *commonuit* (Pius V.), *ne id praestare differret ... Odettum vero Castilionaeum, jam olim a Pio IV. sacrae purpurae dignitate spoliatum, regis in consilium nequaquam adhibendum esse, quippe qui haereticus palam esset, & a piorum communione jure sejunctus, neque permittendum, ut is sacri habitum gestaret honoris, quo ante anathematis in se latam sententiam superbe se abdicaverat, immo vero, in sedis apostolicae contemptionem, eo resumpto, sibi uxorem asciverat. quocirca denunciabat Pius, nisi, quae decretae jam erant, de illo poenae sumerentur, se dignitatem hujusmodi in quemquam alium ejus regni nunquam amplius collaturum. Ceterum ecclesiasticis beneficiis, & vectigalibus nonnulli, qui hugonotorum more uxorem duxerant, jussu Pii sunt expoliati ... Interim vero galli septem episcopi, nempe uticensis* (Joannes de Saint Gelais), *valentinus, carnotensis, oloronensis* (Claudius Regin), *& Lescurensis; aliique praeterea duo, ecclesias etiam num occupantes, cum haeresis damnati Romae jam essent, eam damnationem in Gallia promulgandam, iisque de sede dejectis, alios catholicos subrogandos Pius curavit: fecitque, ut memoratus Odettus bellovacensis se abdicaret episcopatu; quem ille cum omnibus, quorum potiebatur, sacerdotiis apud regem deposuit, atque diabolicis actus furiis in Angliam profectus, ibidem impie migravit e vita.* Sententiae autem contra illos episcopos, a Pio V. die 11. dec. anno 1566. latae, exemplum habes in tomo XXII. *Annal. eccles.* auctore Jacobo de Laderchio, p.259. edit. rom. an.1728. apud quem etiam, quid eorum singulis, uniuscujusque causa legitime diligenterque cognita, crimini potissimum datum sit, reperies pag.256. & seqq.

(*l*) Atqui sanctissimi pontificis hanc spem, Sigismundi Augusti regis remissio quaedam animi atque imbecillitas fefellit: ad quem propterea alteras hasce de eodem chioviensium pseudo-episcopo litteras mense insequentis anni martio, die 26. dedit: *Majestatis tuae laudi gloriaeque pro paterna nostra benevolentia faventes, expectavimus, & futurum etiam speravimus, ut ipsa tantum illud scandalum de chioviensis ecclesiae episcopo tolleret, & ne tam infamis haereticus ecclesiam illam diutius detineret, & tamquam episcopus & regni senator publicis conventibus interesset, provideret. etsi autem intelleximus ex proximis litteris majestatis tuae, quantopere periculosum putet & hoc & alia regni sui sanare mala, quae quorumdam negligentia nimis crevisse & corroborata fuisse queritur, tamen, ne objici umquam nobis possit, quod tua majestas nunc aliis, forsan immerentibus, objicit, quod negligenter officio nostro functi simus, desistere nolumus, quin ad tantum scandalum*

tranquillitatem salutemque necessaria, nullo loco defuturum. m Romae. idibus (*m*) maj. M. D. LXVII.

dalum tollendum majestatem tuam iterum hortemur & excitemus. fallitur enim, si, hujusmodi scandala tolerando ac dissimulando, regni sui quieti & tranquillitati sese consulere putat. non posse haereses simul cum catholicae religionis cultu in eodem regno tolerari, illud ipsum exemplum regni Franciae, quod majestas tua affert sui excusandi causa, documento est. si superiores reges Franciae dissimulando & tolerando id malum crescere passi non fuissent, facile extirpare haereses & regni sui paci & quieti consulere potuissent: neglectis praedecessorum nostrorum paternis hortationibus, dum istiusmodi carnis prudentia nituntur, sublata pace, quae sine unico rectae veraeque religionis cultu manere non potest. regnum illud, olim adeo florens & tranquillum, miserandum in modum perturbarunt, & in extremum periculum adduxerunt. nam, quod majestas tua de zizaniis non evellendis, propter periculum evellendi simul tritici, domini & salvatoris nostri dictum, non ita, ut intelligit ipse, intelligendum affert, mallemus ejus meminisset, quod idem Salvator noster de regnorum in se divisorum futura desolatione adeo aperte & perspicue dixit. quae vero divisio detestabilior, quae perniciosior regnis ac populis existere potest, quam de religione dissensiones atque dissidia? si scandala adeo creverunt, ut scribis, ut spes non sit, adeo facile omnia simul tolli posse; at aliqua eorum, quae tolli possunt, tollenda sunt: cujusmodi hoc appellati chiovienssis episcopi; quo ab ecclesia illa avulso, nequaquam timendum est, ne convellatur status regni facile majestas tua illum, ut eam ecclesiam dimittat, auctoritate sua regia adducere poterit. quod ut faciat, eam iterum paterne hortamur; & vehementer rogamus, consulat famae suae, consulat Dei omnipotentis honori, & illius ecclesiae atque animarum saluti. sed si facere diutius recusaverit, cogemur ipsi adversus illum pseudo-episcopum secundum sacros canones agere ex necessitate cum majestate tua; ne nostro ipsi quoque desimus officio, quod sine gravi Dei & hominum offensione praetermittere non possumus. Datum Romae &c.

(*m*) XII. *Kal. jun.* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 216.

X V.

a N. N. (*a*) Andreae Dudithio, Quinqueeclesiensium Episcopo.

23. maj. 1567. *Summum dolorem suum ex dissipatis de illo gravissimis rumoribus significat.*

NEmo unquam egregium praestantis alicujus opus artificis, casu aliquo vel hominum invidia subito deformatum, tanto dolore conspexit, quanta ipse animi molestia proxime affectus sum, cum

(*a*) In codice barberiniano, unde hanc epistolam deprompsi, neque cujus nomine, neque ad quem scripta ea fuerit, ex inscriptione, quae nulla est, apparet.

cum indignissimis nescio cujus infamiae maculis clarissimum vitae

ret. ego ex ejus lectione, ad Andream Dudithium, quinqueecclesiensium episcopum, datam, facile deprehendi. a cardinale autem Bonello datam, quamquam inter datas ejus nomine in eodem codice reperiatur, mihi nullo modo persuadere potui. est enim tota amicissimi hominis ad hominem jam pridem cognitum, arctissimaque necessitudine conjunctum. Bonello autem nihil umquam aut fuerat, aut esse adeo potuerat, cum episcopo illo rationis. nam, annos vix quinque & viginti natus, a Pio V. magno avunculo suo, proxime superiore anno in cardinalium collegium adlectus, aetatem omnem admodum privatus egerat. de qua re sunt Joannis Polanci illa ad Hosium, alibi a nobis allata, litteris, die 9. martii an.1566. datis: *Tertium habebat* (Pius V.) *nepotem, qui, ante aliquot annos ex eodem collegio germanico egressus, religioni S. Dominici se addixerat... Hunc ergo nepotem jam sacerdotem, & qui theologiae operam dare coeperat, primarii quidam cardinales &c.* Suspicor, cardinalis Commendoni rogatu ac nomine, qui Dudithii, quemadmodum infra docebimus, amicissimus fuerat, hanc a Pogiano epistolam fuisse scriptam. erat certe Romae Commendonus hoc tempore, cum eoque multum Pogianus.

Nunc de Dudithio videndum est: de quo audiatur sane Thuanus lib.96. *Hist. sui temporis* ad an.1589. a me sive statim sive paullo post, suis deinceps locis, in multis narrationis suae partibus confutandus. *Majore*, inquit, *praeconio* (Thuanum agnoscis, de episcopo catholicae religionis transfuga, moecho, sacrilego, diris omnibus Romae devoto, dicere aggredientem) *dicendus Andreas Dudithius ab Horekowizza, aliquando etiam Sbardellatus a materno genere* (*mater illi quippe nobilis eo nomine veneta*) *cognominatus, vir natalium claritate, ingenio, omni scientiarum genere exculto, judicio, rara latine scribendi dicendique facultate, in negotiis explicandis prudentia ac solertia praestans; ad haec totius corporis forma, gestu & oris renidentis gravitate conspicuus, comitate, vitae innocentia* (credite, posteri) *omnium, qui eum umquam viderunt, gratiam promeritus. Natus est anno hujus saeculi 1533. Non. febr. Budae in Hungaria, aut Budae proximo castello. primum litterarum tirocinium Patavii fecit... Inde in Angliam Reginaldum Polum cardinalem abeuntem cum Aloisio Priulo secutus est... Demum ex Anglia Lutetiam venit, & illic sub optimo doctore Angelo Caninio Anglarensi* (In editione londinensi anni 1733. ex qua haec ipsa describo, video in ima paginae ora vocem *Anglarensi* sic explicari *de Anghiari nel Milanese*: quod sic corrige *d'Anghiari nell'Umbria*) *non solum graecae linguae & hebraicae, sed etiam orientalium peritissimo, denuo intermissis per illas peregrinationes studiis operam dedit. In Pannoniam suam reversus, atque in aulam caesaream... tinniensis episcopus creatus, ac postea quinqueecclesiensis designatus fuit... Inter haec tridentino concilio interfuit, &, Hungariae sacri ordinis nomine, varias orationes ad patres habuit, quarum duae, altera de communione sub utraque specie, altera de sacerdotum conjugio, tunc per Germaniam publicatae sunt. Postea Sigismundo, Poloniae rege, mortuo* (die XI. jul. an.1572.), *in electione novi regis* (Henrici Valesii, qui die 9. maji an.1573. electus a senatu, die XI. ejusdem mensis ab archiepiscopo gnesnensi rex renunciatus est) *sedulam operam Maximiliano caesari navavit, nullumque in ea petitione acriorem adversarium Joannes Monlucius Valentiae episcopus, ut ex ipso saepius audivi, quam Dudithium expertus est* (erat quidem

tae & ornamentorum tuorum splendorem aspersum esse audi-
b rem (*b*). qui, etsi te, amplo episcopali sacerdotio praeditum, illu-

quidem tum Monlucius Caroli IX. Galliarum regis, in illa petitione legatus, sed Valentiae episcopus jam pridem esse desierat: quem propter haeresim Pius IV. an.1563. fidelium communione removerat,& Pius V.an.1562. episcopatu sese abdicare coëgerat). *Tantas, tamque laudabiles animi dotes in religione levitas obscuravit: nam, sacris majorum relictis, protestantium doctrinam amplexus est* (o te hominem gravissimum, Thuane! qui Dudithii episcopi tam grave tamque indignum scelus non nisi *levitatem* vocaris)... *Ejerata episcopa* (id est, *episcopatu*) *in uxorem virginem e reginae* (Catharinae, Maximiliani II. imper. sororis, Sigismundi Augusti, Poloniae regis, uxoris) *gynaeceo e Straffia familia primum duxit*...*qua mortua, alteram ex illustri in Polonia familia atque adeo famosorum Sboroviorum sororem* (hoc commenticium esse, infra ostendemus), *Joannis Tarnovii comitis viduam, duxit, matronam lectissimam, ex qua prolem suscepit. Ob id Romam citatus, cum non comparuisset, ac propterea proscriptus esset* (verum non est, *ob id*, id est ob secundas hasce Dudithii nuptias, *citatum* eum *Romam* fuisse, atque *proscriptum*. innuptas hasce nuptias, Gregorio XIII. pontifice maximo, celebratas, Dudithium autem & *citatum* Romam, & *proscriptum* jam antea, Pio V. pontifice, fuisse, paullo post videbimus) *non tamen Maximilianus, quamvis a pontifice monitus, ob id ejus colloquio abstinuit, aut opera uti destitit* (videbimus hoc quoque, quantopere ea res bonis viris, atque ipsi adeo Henrico regi fuerit improbata: quam tamen Thuanus, sibi certe ac valde quidem probatam, prodere posteritati voluit, ne nesciremus, romano pontifici romanorum imperatorem aliqua in re dicto audientem non fuisse. in quo nemo aequus rerum aestimator non intelligit, plus ab illo de imperatorum, quam de pontificum fama fuisse detractum). *Sed cum Bathorium & Suecum a Sboroviis ipsi sororiis praelatos austriacis, quibus inserviebat, moereret, divenditis, quae in Pannonia & Polonia habebat, bonis, in Quados* (vulgo *Silesia*) *cum bona Rodolfi caesaris gratia concessit, contractoque Wratislaviae* (vulgo *Breslaw*) *domicilio, grandem pecuniam caesari, quam felici consilio incertum, mutuo dedit, modica ex ea usura laute splendideque victitans; in eoque otio ad pristina studia revolutus*...*placido, & qualem praedixerat saepe ac sibi optarat, morte obiit* VIII. *Kalendas martias, amicis liberisque circumstantibus*... *integrosque animi sensus ad extremum vitae spiritum retinuit, Christum salutis nostrae propitiatorem perpetuo invocans*.

Atqui ille idem *salutis nostrae propitiator* atque auctor Jesus *Christus*, de ejusmodi *invocatoribus* agens, Matth. c.7.v.21. *Non omnis*, inquit, *qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum*. Mihi quidem ipsa illa *mortis placiditas*, tranquillitas illa animi, illa securitas valde suspecta est; melius fortasse de Dudithii episcopi salute sperarem, si illo *liberorum circumstantium* conspectu commotus, & intemperantiae suae superiorisque vitae flagitiorum recordatus, ingentem lacrymarum vim maerens gemensque profudisset, atque ita expirasset. Sed de Dudithio moriente nihil praeterea habeo, quod dicam; de vivente non pauca, eaque admodum certa: quae deinceps exponam.

(*b*) Certos de nefario Dudithii flagitio nuncios, non hoc mense majo, sed aliquanto post, aestate ineunte, Romam

illustri summorum principum gratia florentem, omnibus animi atque ingenii laudibus ornatum, suspicari non poteram, praeter-

mam fuisse allatos, possumus ex Gratiani ad Nicolaum Tomickium litteris die 14. jun. hujus anni Patavium ex urbe datis, intelligere: *Rem vero*, inquit, *indignam! Andream Duditium, quinqueccclesiensem episcopum, nihil veritum socerdotii dignitatem prodere, irretitum puellae amore, quae inter reginae pedisequas erat, eam occulte primum, deinde palam sibi matrimonio conjunxisse, constanter jam certoque ex Polonia nunciant. percrebuerat hujus rei fama superioribus diebus, Cracovia quorundam literis perlata: ac, credentibus confirmantibusque multis polonis, unus ego pernegabam, fieri posse, ut vir, eo honoris gradu praeditus, innumeris ab se laboribus quaesito, gestoque tot annos non sine prudentiae atque ingenii laude, in ipso jam vergentis aetatis flexu, pellectus corruptelarum illecebris, delinitusque muliereulae blanditiis, haud dubiam sui nominis gloriam incesti matrimonii labe inquinaret. quid enim incredibilius, quam ab ea dignitate viro, legationis munus a caesare tum maxime gerente, id flagitii admitti, quod adhuc in tanta temporum licentia nemo episcopus, vel maxime a catholica religione aversus, ausus est? equidem incredibilem cepi dolorem ex viri ornatissimi, atque hominis mei amantissimi jactura: neque possum non angi memoria summae meae in illum benevolentiae, ac praedicatae semper a me celebrataeque ejus doctrinae, sapientiae, humanitatis. deflevi igitur amici hominis interitum, supremasque illi lacrimas ut extincto persolvi. cum enim in mortuorum numerum referre soleam, si quis, quem dilexerim, a catholicae fidei cultu pietateque discedit, eo mihi acerbior hujus accidit casus, quo est ejus mortis causa ipsa morte turpior.* Prope paria per eadem tempora ad Prosperum Naucleram idem Gratianus scribebat: *Qui è venuta nuova certa del maritaggio di monsignor di Cinquechiese, & de la sua rebbeglione da la chiesa catholica: & non udij mai cosa più incredibile nè che mi desse più dispiacere; & ho pianto teneramente questa sua morte: perchè pongo per morto lo un amico, che abbandoni Dio & la religione. Prego V.S. a scrivermi di questo qualche particolare. io sono stato quattro mesi a crederlo, anchora che si affermasse da molti.* Cum autem Nauclerus certiora de tota re postea nunciasset, eadem Gratianus ad Tomickium, mense, ut opinor, augusto, perscripsit his verbis: *Olicensium ducem in susceptae catholicae religionis fide perseverare, mihi scribit Nauclerus... Quinqueecclesiensem episcopum, qui fuit (pro hominis incredibile facinus!), ita conscindi ac dilacerari omnium sermonibus, ut alii cum turcis, alii cum moscis eum consilia agitare suspicentur; odio catholicis, neque gratum haereticis esse; neutris probari ejus factum, atque adeo ab omnibus carpi; ipsum, hominum conspectum vitabundum, delitescere in vico prope Cracoviam... foris invisum suspectumque omnibus; domi uxorem habere, misero ac detestabili morbo laborantem, quam undique accersiti medici curare nequiverunt; atque ipsum nihilominus, amore perditum, mulieri assidue blanditias facere. Miseret me viri, alioqui multis ingenii ornamentis praediti. Cognoscitur dominus judicia faciens. in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Non possum hujus viri sine dolore meminisse.* Litteris denique ad eumdem Tomickium die 22. novembris eodem hoc anno Roma datis, *Duditius*, inquit, *adhuc in uxorculae sinu Cracoviae delitescit. quidam illum ajunt prae pudere hominum conspectum non ferre; quidam*

sertim levissimis voluptatum illecebris, quae in te conferebantur,

quidam pangere aliquid, quo suum hoc factum defendat. Me miserum! qui ornatissimum virum, quem in sinu ferebam, odisse cogor, indignum, a quo tantum flagitium admitteretur.

Quae de eadem uxorcula supersunt, ex eodem Gratiano sane cognoscamus: qui in epistola ad cardinalem Hosium die 19. nov. an. 1573. Cracovia Romam data, *Paene*, inquit, *mihi exciderat scribere, Duditio his diebus uxorem ex dolore parturiendi decessisse, tanto ejus dolore, ut etiam ab amicis reprehendatur, quod non, quemadmodum virum deceat, ejus desiderium ferat. Utinam hoc ipso dolore ad suam salutem uti sciat*. Itemque in altera, ad eumdem die 5. mensis insequentis data, *Dudicius*, inquit, *nuper uxorem extulit, humavitque extra urbem ad sepulcra haereticorum. in ejus funere concio illorum ritu a ministro nescio quo est habita, seditiosa, & profecto non ferenda. sic enim mihi narratum est, regem* (Henricum, Poloniae jam regem, sed qui tamen in Poloniam nondum e Gallia venerat) *esse conscissum; tanquam si tyrannus aliquis huic regno immineret, non is rex, qui utrum humanior in homines, an fortior in hostes sit, an magis in Deum pius, non dici facile possit. sed haec est apud illos laus, ad omnia abuti linguae licentia.*

De altera Dudithii uxore agit idem Gratianus in binis litteris, ad card. Commendonum Romam Cracovia datis die VIII. & XI. augusti mensis an. 1574. In prioribus quidem, *Hoggi*, inquit, *mi è venuto a trovare il Barone, & in molto secreto mi ha detto di sapere per via molto certa, che* 1594 35641435165444142635146494159455 45953414952614641426458594161444 45353654151514555485254584159454 141544264494169445 (hoc est, *l'Infante dà una Filiposca, sua favorita donzella, per moglie al Duditio*. Arcanis hujusmodi notis abundant binae hae ad Commendonum litterae. ego posthac non nisi earum interpretationem dabo), *& che dimane si debbono concludere & stabilire le cose. io mi sono di ciò molto scandalizzato, & ho condotto il Barone a dir tutto al nuntio, & narrarli come & da chi lo sà. Il nuntio, anchora che habbia raccomandate le cose de l'infante al rè, nondimeno mostrava non tener conto di questo, & voleva differir a parlarne commodamente; ma per mio ricordo mandò dal vescovo di Chelma: dal quale però non mi ha fatto sapere che risposta habbia havuto. Questa Filiposca è stata al servitio de la regina morta, insieme con l'altra moglie di Duditio, & erano amicissime: & la cancelliera, & il marito hanno condotto questa pratica, la quale se và inanzi, sarà con grande infamia de l'infante, la qual forse pensa per questa via havere favore appresso l'imperatore, o almanco metterne gelosia al rè*. Quae *infans* appellata est, ea erat Anna Jagellonia, Sigismundi Augusti regis exstincti soror. In posterioribus autem litteris, *Ho scritto*, inquit, *con l' ultima mia de gli otto quello, che havevo inteso circa il matrimonio del Duditio con una damigella de l'infante. Si è poi verificato, anchora che il nuntio habbia tardato a crederlo, & a farne alcun moto: & mi pare, che porti tanto rispetto a la gratia de gli huomini, che, se non fossi stato io quì, non harebbe forse fatto moto alcuno: perchè, nel ragionar meco di questo fatto, cadde a dolersi, che a tempo suo accadessero cose, che lo facevano urtare. ma forse ch'è prudentia la sua, & la mia poca esperientia. Il vescovo di Cracovia, ch'è venuto hoggi a licentiarsi da monsignor nuntio, gli ha detto, che l'infante haveva mandato da lui a dimandargli consiglio, se doveva secondo il costume fare il banchetto,*

tur, verum gloriae decus, tot laboribus vigiliisque comparatum,

chetto, & le nozze appresso di lei. esso dice, haverle risposto, che, ogni volta che le cerimonie si fossero fatte da un prete catholico, harebbe potuto farlo. il nuntio dice havergli risposto, che & il prete & lui, quando gli havesse dato licentia, sarebbono scomunicati a farlo: & ch'egli si arrosiì, & disse, che intendeva, ogni volta che ci fosse dispensa da la sede apostolica... L'infante ha risposto a monsignor nuntio, che, volendo così il padre & la madre, non poteva far altrimenti, se non darla. cosa di grandissima infamia!

Heic tu mihi, lector, Thuani commentum illud considera de secunda Dudithii conjuge, quam (contra Gratiani, tum cum acta ac contracta res est, praesentis, tam apertum de Filiposca testimoninm) ait ab eo *ductam ex illustri in Polonia familia, atque adeo famosorum Sboroviorum sororem, Joannis Tarnovii comitis viduam, matronam lectissimam*. Scimus, *lectissimam* hanc *matronam* fuisse, tantisque formae, nobilitatis, opum, virtutum dotibus praestantem, ut, etiamsi de Filiposca, altera atque ultima Dudithii uxore, nesciremus, minime tamen, aut illum ad eam sibi despondendam adspirare, aut ipsam de eo marito sibi adsciscendo vel cogitare potuisse, suspicari possemus. Commendonus in litteris, ad card. Alexandrinnm Vienna die 6. dec. an. 1568. datis, *Di Polonia*, inquit, *è venuto questa settimana persona molto pia & di gran zelo, che hora si trova quì meco, & mi ha detto, che il nipote del castellano morto di Siradia, ch'era grandissimo heretico, è stato a richieder di matrimonio per nome del rè* (Sigismondo Augusto) *la contessa, rimasta già un anno vedova del conte di Tarnovia: & che l'arcivescovo di Gnesna ha scritto una lettera a la detta contessa, essortandola molto a questo matrimonio col rè. a' quali essa ha risposto, che torria prima di morire, che commettere un tal peccato* (vivebat enim etiam tum Sigismundi Augusti conjux, de qua tamen certis de causis dimittenda, gnesnensium archiepiscopo, Poloniae primate, non modo approbante, sed etiam hortante, rex cogitabat). *è questa giovane ricca di quaranta mila talari d'intrata, & per madre ultimamente herede de' duchi di Masovia, li quali erano l'antica casa di Polonia; per i quali rispetti ancho il Transilvano l'ha con molta instantia richiesta per moglie. ma essa, ch'è* religiosissima *giovane, ha del tutto rifiutato questo partito* per causa de la religione. *& la persona, che m'ha riferito tutto questo, l' ha di bocca de la medesima contessa, de la qua'e è confidentissimo. molto inanti si è condotto il rè. piaccia al signor Dio di metterci la sua mano ... Si trova costì ne' jesuiti il Varsovischi, ch' è già stato secretario di quel rè: dal quale sua santità potrebbe havere circa questo negotio qualche informatione*. Credamus Thuano, *lectissimam faeminam*, tantis divitiis atque opibus affluentem, primum Transilvaniae principis, deinde Poloniae regis conjugium recusasse, ut tandem Dudithio episcopo, homini peregrino, flagitioso, proditori, infami nuberet. Idem Commendonus in litteris ad card. Rusticuccium die 15. aug. an. 1571. Vicentina datis, *Per le pratiche*, inquit, *le quali si sono tenute con la contessa vedova di Tarnovia, secondo che altre volte ho scritto a V.S. illustrissima, stimarei esser bene, che nostro signore la honorasse con un suo breve; nel qual mostrasse haver inteso* la molta sua bontà, & la religiosa vita, che mena, & il zelo, che ha verso la religion catholica, *a conservatione de la quale è presto per condurre in una sua terra* (Jaroslavia) *un collegio di jesuiti* (id, quod aestate an-

c inquinasse, tamen, pro meo in te amore (c), vehementer ea fama, non sane bella, de te sum animo commotus. nec vero defuit

te anni 1574. praestitit. vide Hist. Soc. Jesu part. IV. l. 2. num. 29.); *& commendandola la essortasse a perseverare di servire a Dio; & le mandasse la benedittione sua. perchè, se bene io non penso vederla, habitando lei in Rossia, nondimeno, perchè la mi ha molte volte scritto de le cose sue, & ha usato il mio mezzo in ottenere il collegio de' jesuiti, lo mandarei con il breve di nostro signore un mio, & sperarei, che ciò havesse da giovare molto a confermarla nel suo santissimo proposito, non solo di propagare la religione catholica, ma di ributtare le richieste, che le sono tuttavia fatte dal medesimo arcivescovo di Gnesna.* Iterum idem Commendonus in litteris, ad eumdem card. Rusticuccium die 12. mart. 1572. Varsavia datis, *Hieri*, inquit, *sono stata a fare offitio di condaglienza col rè per la morte de la regina ... Dopo questo avviso de la morte de la regina pare, che tutte le cose habbiano mutato faccia. & veramente Dio ha levato la nuvola, ch'era per mandare una gran tempesta sopra questo regno. lo sforzo de gli heretici sarà hora tutto in condurre il rè a pigliare per moglie qualche heretica: & però cercheranno di tenere, quanto possono, viva la pratica di Sassonia; la quale io farò quanto potrò, per tagliarla affatto, mentre che starò quì. Nel regno vi sono de le catholiche, & de le heretiche, ne le quali sua maestà potrebbe dare. vi è la contessa vedova di Tarnovia, giovane* non pur catholica, ma di santissimi & religiosissimi costumi: *la quale è stata più volte sollicitata, per mezzo de l'arcivescovo, al matrimonio del rè. ma essa rispose sempre constantemente, che, vivendo la regina, non poteva esser moglie del rè, &, se ancho la regina morisse, essa non si conosceva degna di essere regina di Polonia: & tagliò le pratiche con questa risposta.* Haec qui legerit, etiamsi Gratiano, de Filiposca, altera Dudithii, turpissimi hominis, uxore diserte testificanti, credere noluerit, poterit ne tamen Thuano, rem tam incredibilem de *Tarnovii comitis vidua, matrona lectissima*, & animo usque adeo a nuptiis abhorrente, ut vel regiam conditionem repudiarit, affirmanti credere?

(c) Amaverat sane, suspexerat, miris etiam laudibus Dudithium Commendonus extulerat, quamdiu ille virtutis simulatione animi pravitatem occultarat. cujus rei aliquot ejus litterarum ad card. Borromaeum, Petricovia datarum, particulas testes dabo. Anno quidem 1565. die 2. martii, *La cesarea*, inquit, *maestà manda a questa corte due ambasciatori, il vescovo di Cinquechiese, & il baron di Curtzbach, il quale fu l'anno passato a Varsavia per la causa de la regina: & s'aspettano la settimana prossima.* Die 6. ejusdem mensis: *Hieri sera gionsero quì gli ambasciatori de la cesarea maestà, & entrarono di notte privatamente.* Die 8. ejusd. mensis: *Visitai hieri monsignore di Cinquechiese, ambasciatore cesareo; il quale entrò subito in ragionamento di questa causa de la regina, dicendomi, ch'essa regina ha scritto a l'Imperatore & a li suoi fratelli, come io mi porto nel negotio suo: il che era stato molto caro a sua maestà cesarea, & a le loro altezze; per nome de le quali tutte mi salutava, & essortava ad haver a core la presente causa, non solo per la sua giustitia, ma anchora per rispetto di casa d'Austria &c.* Die 21. ejusd. mensis: *Monsignore di Cinquechiese, ambasciatore cesareo, essendo tornato hoggi a vedermi, mi ha confessato liberamente di non havermi visitato prima insieme col suo collega, perchè se bene la regina*

havea

fuit aut deerit tuae, ut ſpero, integritati propugnatio mea: qui in te confictum crimen, non a te admiſſum flagitium, quamdiu licuerit (licebit autem, ſpero, ſemper) arbitrabor. res enim,

havea ſcritto a la ceſarea maeſtà de' portamenti miei, nondimeno era fatto da alcuni cattivo offitio, informando ſua maeſtà molto ſiniſtramente del proceder mio: il che havendo loro ritrovato in fatti non pur eſſer falſo, ma che io ſolo ſono ſtato quello, che ho tagliato, & impedito il corſo di queſto negotio, mi pregava per nome ſuo & del ſuo collega, a non volere guardar queſto, ma, per ſervitio di Dio & di ſua ceſarea maeſtà, ad informarli, & indrizzarli in queſto negotio &c. Die 19. maji: *La riſpoſta fu data hieri a gli ambaſciatori del tenore, che ſcriſſi con le ultime mie. monſignor di Cinquechieſe nel replicar ſi è portato molto bene, come quegli, che v'era andato molto ben preparato: & ſi vede in vero, che ha rettiſſima intentione & zelo del ſervitio di Dio con molta prudentia.* Die 18. jun. Varſavia: *Dopo le ultime mie de' 13. da Scrina venni a Radom a viſitar la regina, la quale tutta afflitta mi tenne ſeco in ſecreta audientia più di tre hore continue. ſi doleva principalmente, che ſi fuſſe pur penſato a divortio, non che ſi fuſſe publicamente cercato di condurre tal pratica inanzi: & reſe molte gratie a noſtro ſignore, che le haveſſe preſtato tanto ajuto per diſturbare & ſopire così iniquo diſſegno... Il giorno ſequente gionſero gli ambaſciatori ceſarei, ſecondo l'ordine poſto fra noi: perciochè a loro era parſo bene, che io arrivaſſi un giorno prima, per conſolar & diſpor l'animo de la regina... Furono eſſi li dì medeſimo lungamente con lei: &, uſciti da ſua maeſtà molto contenti, vennero diritti a dirmi, di haver trovato, che ſua maeſtà di già s'era acquetata a la riſpoſta del rè... Morì a li giorni paſſati il caſtellano Tarlo, maggiordomo d'eſſa regina; & per ſucceſſore era propoſto un nipote d'eſſo Tarlo, grandiſſimo heretico, & alcuni altri pur heretici, ajutati tutti, & meſſi inanzi dal collega di monſignor di Cinquechieſe, ch' è heretico anchora lui. ma eſſo monſignore ha fatto col rè gagliardo offitio per l'imperatore, acciochè ſia poſto in queſto luogo una perſona catholica; & io anchora n'ho più volte parlato con ſua maeſtà. in fine ſono ſtati eſcluſi gli heretici... In queſto particolare & in tutto il negotio, io, come più volte ho ſcritto a V. S. illuſtriſſima, ho trovato in monſignor di Cinquechieſe non ſolo molta prudentia & deſtrezza nel ſervir il ſuo principe, ma un vero zelo de la ſede catholica; la quale ha moſtrato di ſtimare tanto, che, conoſcendo il danno & il periculo, che poteva ſopraſtare a le coſe de la religione per la partita de la regina, ha due volte replicato a l'eſpreſſe commiſſioni de l'imperatore, & corſo riſchio di perder perciò la gratia di ſua maeſtà ceſarea. egli ne la ſua partita mi ha conferito, come, eſſendo ſtato già due anni nominato da l'imperatore al veſcovado di Cinquechieſe, & eſſendo data la prima chieſa, ch'egli haveva, ad un altro, & il veſcovado di Zagabria a quello, ch'era prima veſcovo di Cinquechieſe, tutti hanno già ottenuto la confirmatione coſtì, eccetto lui; benchè l'imperatore habbia ſcritto ſopra queſto due volte a ſua raccomandatione, & eſſo medeſimo ne habbia ſcritto & ſupplicato noſtro ſignore* (Poſſumus ſane ex hoc loco conjicere, ſuſpectam jam tum Romae hominis religionem fuiſſe): *onde reſta già tanto tempo ſenza riſolutione alcuna, & con grandiſſimo dolore, & ſcrupulo di conſcientia. Io non ſono informato di queſto negotio, nè de le cagioni, che ritardino & impediſcano l' eſpeditione. ma, per le qualità ſue, & per il luogo, che tiene appreſ-*

qua in invidiam vocaris, ab aetate, genere, ante acta vita, doctrina tua maxime abhorret; in sacerdotii vero gradu, quem obtines,

appresso la cesarea maestà, & per il modo suo di negotiar, a me è parso degnissimo d'ogni gratia. & quello, che più mi muove, è, ch'io reputo molto pericoloso, che a questi tempi, & in questi paesi alcuno si resti vescovo senza haver la confirmatione, overo senza esserne privato affatto. onde non restarò di dire riverentemente a vostra signoria illustrissima, che saria forse bene, se pur s'ha qualche cosa contra di lui, di far che si giustifichi; com'egli dice d'haver voluto fare, & di haver sopra ciò scritto particolarmente a sua beatitudine: se bene a l'incontro afferma di non saper, che sia mai uscita da lui nè in fatti, nè in detti cosa, per la quale se ne possa havere pur minima suspitione. Supplico V. S. illustrissima a farmi gratia di reserivermi sopra questo in modo, che, passando per la corte cesarea, io sappia che rispondergli. Eodem autem 18. junii die hanc ad ipsum Dudithium epistolam Commendonus dedit: *Con quanto desiderio di V.S. reverendissima, & con quanta opinione de la sua virtù lo mi sia partito da lei, & quanto più lo stimi questa mia legatione per l'acquisto d'una tale amicitia, credo che V.S. reverendissima sappia non solo per que' pochi segni, ch'io glie n'ho potuto dare fin hora, ma perchè essa necessariamente cognosce le singulari sue doti, & perchè mi ama: il che le farà più d'ogn' altra cosa credère d'esser amata. nè io horamai la prego, che continovi (di che son certo), ma che si voglia di me a punto come di un suo fratello: &, se l'amor nostro potesse dar luogo a testimonio d'altri, l'illustre signor Mannuel, hora castellano di Sando miria, amplissimum testimonium dabit; & glie lo darò insieme de la gran satisfattione, che il rè ha de le qualità di V.S. reverendissima, & de la maniera sua di negotiare, & del buon zelo, che scuopre in lei. il che hoggi con molte amorevoli parole mi ha detto sua maestà; con la quale sono stato di nuovo quì in Varsavia, & parlatole de la serenissima regina, secondo che V. S. reverendissima mi commesse, così circa le provisioni, come circa il maggiordomo. le provisioni saranno assegnate sopra la gabella di Cracovia & di Posnania: & sua maestà dice, che mandarà l'ordine fermo. del maggiordomo non è risoluto anchora... Intendo, che manderà un signor starosta Gravolaski, buon catholico; e fra tanto si risolverà circa l'Herburt, al qual però mostra d'inclinar assai &c.*

Quibus Commendoni litteris Dudithius die 30. ejusdem junii mensis hac epistola respondit: *V. S. illustrissima per la benigna sua natura, senza alcun mio merito, non cessa di beneficarmi. & io pur, benchè conosca i grandissimi miei oblighi, mi stò con questa infelicità di non potere, com'io vorrei, farle servitù. la supplica humilmente si degni d'accettare il devotissimo mio animo & constantissima volontà, finchè Dio nostro signore mi porga qualche occasione di mostrar in effetto, quanto io la stimi, quanto me le senta essere obligato, & quanto goda d'esser conosciuto per verissimo & sincerissimo servitor suo. Bacio le mani di V.S. illustrissima humilmente del favore, che mi ha fatto col signor castellano di Sandomiria, & de la memoria, che ha tenuta del negotio de la serenissima regina: a la cui maestà ho mandato la lettera di V. S. illustrissima, acciochè ancho in quella vegga qualche inditio de la grata cortesia & amorevolezza sua... Io mi starò quì in Cracovia, finchè sarò richiamato da la maestà cesarea: che così m'è imposto. Dio voglia, ch'io non vegga Lythuania. O caecas hominum mentes! ma sia fatta la voluntà divina. Io pensava di navigar in porto & d'haver condotto la barca, auxilio, immo*

tines, ita nefaria est, ut facilius mei oblivifcar, quam illam in te cadere existimem. Dudithius episcopus, ille, cujus animum, linguam, actiones celeberrimus patrum tridentinorum chorus obstupuit

immo duce & auspice cardinale Commendono, in salvo. ma veggo, che la si spigne un altra volta in alto. Dio le dia aura felice. Supplico V. S. illustrissima non si sdegni a nome mio pregar ogni felicità a l'illustrissimo mio monsignor Cardinale Varmiense. Iddio le dia ogni contentezza & grandezza: alla cui gratia humilmente senza fine mi raccomando.

Paullum quoque Manutium Dudithio ante hominis a catholica religione defectionem, amicissimum fuisse, intelligimus ex epist.22. libri VI. ad eumdem Kal. jan. 1564. data, qua illi quinqueecclesiensem episcopatum, a Ferdinando I. imper. delatum, gratulatur: qua ex epistola detractum Dudithii nomen, pro eoque stellulae nota subdita est in omnibus editionibus, quae defectionem illam consequutae sunt. Sed ipsius epistolae initium nescio quam animi, res eas, quae post aliquot annos futurae de illo ipso episcopo erant, praesagientis, significationem praefefert, estque hujusmodi: *Etsi de futuris rebus affirmare gravitatis & prudentiae non videtur* (CONJECTURAM ENIM SAEPE FALLIT EVENTUS, ET OBSCURITATIS PLENA SUNT OMNIA), *si quis tamen eas persequitur divinandi vias, quae ab excellentibus & ingeniis & studiis, a cognita industria, a spectata virtute ducuntur, hunc ego opinionis errore numquam labi, hunc optimum esse vatem existimo. quae me ratio movit ante aliquot annos, ut de tua dignitate praedicerem ea, quae partim consecuta jam sunt, partim sic a me exspectantur, quasi longe non absint. quid enim agebant, & quo spectabant curae illae tuae, ab ipsa paene pueritia susceptae? quae res, quae spes tibi proposita fuit, cum Reginaldi Poli cardinalis, innocentia & litteris eximii, contubernium ac domesticam consuetudinem expetebas? quid, cum Lutetiae, post obitum Poli, Vicemercato, Patavii Genuae, praestantibus in philosophia viris, operam dabas? ... Nos quidem te amici tui, Patavii praeclara studia ita complexum, ut divelli vix posses ... vi propemodum extrusimus .... cum intelligeremus, quanto futura esset illustrior ingenii tui facultas, ab otio litterarum ad res gerendas traducta &c.* Miror autem, a Manutio dici, Dudithium, *post obitum Poli*, primum *Vicemercato Lutetiae*, deinde *Genuae* (fuit hic Genua eximius in gymnasio patavino philosophiae doctor) *Patavii operam dedisse*. nam Polus die 15. nov. an.1558. obierat, quo tempore Dudithius illum ipsum Genuam philosophum Patavii audiebat: qua ex urbe se non nisi post ver anni 1559. in Hungariam rediturus commovit; ex eaque ipsa urbe datas ab eo, die 10. maj. ejusdem anni 1559. ad M. Antonium Muretum, qui Ferrariae tum erat, litteras habemus, quibus patavinam suam superioris anni 1558. commorationem, & institutam cum illo consuetudinem his verbis declarat: *Neque vero nullos stimulos addidit ingens illa, perspecta mihi & cognita superiore anno, humanitas tua, cum ego te officii causa adirem: qua tu me, hominem tibi ignotum, ita obstrinxisti, ut, quibus plus quam tibi debere me sentiam, quam paucissimos habeam*. Muretus autem ipse de Dudithio, Patavii ad se adeunte, illa ad Paullum Manutium die 26. jun. 1558. indidem scripserat: *Literas, quas ad Dudithium scribis, curabo .... Dudithius, cum haec scripsissem, venit ad me, & literas tuas accepit*. Denique Manutius ad ipsum Muretum Patavio Ferrariam die 10. mart. an.1559. scribens,

d stupuit (*d*), quem ego, cum de officio ac virtute cogito, propemodum absentem intueri necesse habeo, muliebribus corru-

ptelis

bens, *Lo Sbardellato*, inquit, *ogni dì mi visita. dice, che vi prega del suo Plauto, o almeno di certe correttioni tratte da testo a penna, copiate nel margine del libro.* Quae quum ita sint, tempus, quo Dudithius, *post Poli obitum*, Lutetiae esse, ibique, antequam Patavii Genuam audiret, Vicemercato operam dare potuerit, sane non video.

(*d*) Quam vere hoc dicatur, indicio sunt litterae cardinalium Herculis Gonzagae, Hieronymi Seripandi, Stanislai Hosii, Ludovici Simonetae, Marci Altaempsii, concilii tridentini praesidum, ad card. Borromaeum die 6.apr. an.1562. Tridento Romam communiter datae, quas exhibeo: *Credevamo di cominciar hoggi ad udir nella congregatione i voti delli padri sopra i quattro primi articoli delli dodici propostoli da noi questa quaresima. ma havendo lo Sbardellato, vescovo tininiense, fatto un oratione per iscusar i vescovi d'Ungheria, ha dette tante belle cose, con così bello stile, & così gratiosa maniera, che l'hora è passata quasi senza che ce ne siamo avisti. onde, tra per essersi fatto tardi, & tra perchè si cominciava a sentir molto caldo nella sala, havemo differito l'udir de'voti a domani, & non più dopo pranzo, ma la mattina, che sarà hora meno incommoda alla strettezza del luogo, fin a tanto che provederemo di poterci congregare altrove. Domattina adunque cominciaremo col nome di Dio ad ascoltare quel, che vorranno dire questi padri, & daremo di mano in mano ragguaglio a V.S. illustrissima di tutto. & per non lasciar monsignor Sbardellato defraudato di quelle lodi, che gli si convengono meritamente, le diciamo, che per giudicio nostro poche orationi s'haveriano potuto far più dotte in un soggetto tale, più prudenti, & più eleganti della sua, & pochi l'haverlano potuto recitar meglio & con più bel garbo di lui. onde si è acquistato non solo grande honore, ma l'amore universale di tutta questa sinodo. di che facciamo volentieri testimonio a vostra illustrissima signoria, parendoci veramente d'esser tenuti a farlo: & baciandole le mani humilmente ce le raccomandiamo. Di Trento il* VI. *d'aprile* 1562. Reperitur illa eadem Dudithii oratio inter habitas a patribus tridentinis, Lovaniique editas anno 1567. nempe eo ipso, quo tridentinorum patrum sententias, atque decreta, contraquam in illa ipsa oratione conceptis verbis professus fuerat, perjurus orator ejuravit. Orationis titulus hic est: *R. P. D. Andr. Duditii Sbardellati, episcopi tininiensis, ac DD. praelatorum, totiusque Hungariae cleri in sacrosancto oecumenico trid. concilio oratoris, ad amplissimos sedis apostolicae legatos, caeterosque ejusdem concilii patres oratio, habita* VIII. *idus apr.* 1562. Incipit: *Tria fuerunt tempora, & ea quidem non ita multis mensibus interjectis, quibus temporibus hi, quos in literis, quae modo recitatae sunt, nominari audivistis, reverendissimus & illustrissimus dominus Nicolaus Olahus, archiepiscopus strigoniensis, domini episcopi, cunctus denique Hungariae clerus, laetitia sane tanta affecti sunt, quanta vix ulla oratione explicari posse videatur &c.* Finis hic est: *Quaecunque autem vos, & sacrosanctum hoc oecumenicum concilium statuerit & sanxerit, ea nos, ipsique, non secus atque a Deo maximo* (fort. *opt. max.*) *profecta, qui nusquam a vestris consiliis abest, summa cum reverentia atque humilitate non accipient solum, sed accepta, quam poterunt maxima cura ac diligentia, tum ipsi servare, tum alios etiam, ut id faciant, adducere conabuntur.*

Nactus

ptelis irretitus, tanquam circeo poculo, tam foede immutatus fue-

Nactus est vero Dudithius non modo orationis suae laudatores apud pontificem maximum concilii praesides, sed ipsum etiam pontificem, valde in se, collegamque suum, per eadem illa tempora liberalem atque munificum. de qua re sunt illa eorumdem praesidum in litteris ad card. Borromaeum die 13. ejusdem mensis datis: *Con le ultime di V.S. illustrissima, che sono de' 4. havemo ricevute le bolle di questi reverendi vescovi tininiense, & conadiense; & non potemo se non infinitamente lodare la gratia, che nostro signore ha loro fatta di voler, che le habbiano senza che costino loro un quattrino: perchè certo è benissimo impiegata, & tanto a proposito delli tempi d'hoggi, che più non si potrebbe dire. onde per questo rispetto ne baciamo ancora noi humilmente i piedi a sua beatitudine, come di cosa uscita dal prudentissimo & maturo giudicio di lei.*

Verum unius e praesidibus, Dudithii eloquentiae laudatoribus, quod fuerit etiam tum de hominis in catholica religione constantia judicium, non alienum est ex Stanislao Rescio in Hosii *Vita* lib. II. cap. 15. hoc loco cognosci: *Erat*, inquit, *in eodem concilio* (tridentino), *qui post aliquot annos, apostatae Vergerii exemplum secutus, a fide christiana ipse quoque, ut ita dicam, apostatavit, Andreas Dudecius Shardellatus, qui tum episcopus tinniensis vocabatur, & a clero regni Ungariae deputatus venerat. is, propter quandam eloquendi elegantiam & orationis ubertatem, non obscuri erat inter caeteros episcopos nominis, & familiaritate Hosii cum primis delectari videbatur. Hosius tamen de ejus in fide catholica constantia vehementer dubitabat: ac (sicut olim Gregorius de Juliano, cum adhuc juvenis Athenis operam navaret litteris) periculum defectionis imminere, privatim aliquando coram suis memorabat. quod etiam, aliquot annis interjectis, cum oratorem caesaris apud Sigismundum, Poloniae regem, ageret, consecutum est: ubi Dudecius, sicut olim Vergerius, relicta majorum nostrorum fide, Calvini perfidiam est amplexus, &, refractis pudoris repagulis, mulierem quandam nobilem sibi copulavit, eamque uxorem appellare non dubitavit. quo tempore quaerebamus ex Hosio, quibus olim indiciis futuram levitatem hanc, & inconstantiam hominis, & hunc tam gravem & luctuosum casum deprehendisset. qui nobis respondit, quod ex sola superbia, quod magnus & doctus in oculis suis videbatur, multum suo judicio tribuebat, caeterorum authoritatem, judicia, consilia & sententias flocci faciebat: quod omnium haereticorum tam est proprium, ut vel inde genuinam superbissimi Luciferi sobolem agnoscas.*

Reliqua de Dudithio, quae ex Commendoni Gratianique litteris cognoscenda adhuc supersunt, earum particulis summa, qua soleo, fide descriptis, extremo hoc loco prodam. Gratianus quidem in litteris, ad Commendonum die 29. maji an. 1571. Patavio Veronam datis, *Soprastando*, inquit, *questa legatione & il pericolo d'haver ad andare in Polonia, non ho voluto per questo beneficio di Alberto alienar il vescovo di Posnania* (qui Patavii tum erat)... *Onde sono andato hoggi dal vescovo... Dice, che il signor Pernestein gli dimandò* (in Vienna) *un giorno quel che credeva de la successione di Polonia: & che fece molta prova per tirare esso vescovo in questo ragionamento; & che esso lo ricusò sempre, & solamente affermò & dimostrò, che non poteva succedere altro, che un cattolico. Che da questo gli venne a dimandare, in che opinione fosse il vescovo già di Cinquechiese appresso i polacchi, & ch'ei rispose, com' era in odio de' ca-*

fuerit! hi me rumores, hae voces interimunt; quarum etiam cogi-

de'catholici, & grato a pochi heretici, & communemente tenuto per uno spione: & che molti si scandalizzavano de'500. talari di provisione, che gli dava l'imperatore. Il Pernestein pregò il vescovo, che di ciò parlasse con sua maestà. il vescovo recusò: ma disse, che se l'imperatore glie n'havesse dimandato, gli harebbe detto il medesimo, che diceva a lui: che l'imperatore poi glie ne parlò, dicendo haver inteso dal Pernestein &c: che il vescovo gli replicò l'istesso, dicendo, che i catholici restavano molto offesi di quella provisione: & sua maestà disse, che fosse sicuro, che non l'havrebbe più; che non scriverebbe a lui di havergliela levata, ma che daria tal ordine, che non gli saria pagata più. & questo dice il vescovo, che voleva dire a V.S. illustrissima, ma che non se ne ricordò.

Commendonus in suis, ad card. Rusticuccium die 23. nov. ejusdem anni, Mistelbachio datis, *Io*, inquit, *partii hieri di Vienna... Havendo io havuto avviso, come lo Sbardellato, già vescovo di Cinquechiese, ha fabricato una nuova confessione, la quale haveva fatta presentare al rè di Polonia, & era presto per darla a le stampe, & havendo ancho saputo, che in Vienna si trovava un huomo di detto Sbardellato, ne tenni ne la penultima audientia proposito con sua maestà cesarea. essa mi mostrò di haverlo veramente in mal conto: & da sè mi disse, ch'egli le haveva mandato un suo a supplicarla, che gli voglia concedere un luogo di consigliere in Cassovia: & che essa glie l'ha negato espressamente: & che di poi egli l'ha fatta pregare, che almeno si contenti, ch'ei possa comperar beni in Ungheria, & ritirarsi a vivere sotto sua maestà: & che essa nè ancho questo gli ha voluto permettere. il che mi è stato doppiamente caro & per vedere in questo l'animo di sua maestà, & perchè pare già, che questo Sbardellato non habbia tal appoggio, & tanta autorità, quanta si presumeva di dover havere, in Polonia; poichè cerca di uscirne.* Vides, jam inde ab anno 1571. de relinquenda Polonia cogitasse atque egisse Dudithium. atqui meminisse debes, ejusmodi profectionis demigrationisque causam a Thuano fuisse supra collatam in maerorem, quem Dudithius ex Bathorio, & Sueco, austriacae familiae, *cui inserviebat*, in successione Poloniae regni praelatis, ceperat. quae quidem praelatio non nisi anno 1576. contigit. Sed pergam de Dudithio Commendoni litteras proferre.

Ad card. Comensem die 10. jul. an. 1573. Schernovizio scribens, *La concorrenza*, inquit, *fra casa d'Austria & di Francia a questo regno non hà potuto haver fine nè ancho con l'elettione* (di Enrico, duca d'Angiò)... *L'imperatore parimente, per quanto scrivono da Cracovia, ha negato a l'ambasciator di Polonia il salvocondotto, dicendo, non poterlo dare senza la partecipatione de gli elettori: & che l'ambasciatore se ne torni in Polonia, senza haver fatto altra replica. la qual cosa non è senza molto sospetto; perchè detto ambasciatore è heretico, & congiunto col palatino di Cracovia, & non con quelli, che vorrebbono disturbare l'elettione già fatta. non pensano di poterci haver miglior mezzo, che metter tempo & impedimento alla venuta del rè, secondo che più volte ho scritto a V.S. illustrissima. & accresce il sospetto il veder, che questo ambasciatore condusse seco di quà a Vienna il Duditio, già vescovo di Cinquechiese, & ambasciatore di sua maestà* (cesarea) *in questo regno: il qual, ancho doppo che fu abbrusciata la sua statua in Roma, ha fatto sempre professione d'essere stipendiato da sua maestà in questo*

cogitatione, & commemoratione discrucior. quare a te etiam atque etiam peto, me ut ab his molestiis angoribusque tuis lite-

sto regno; & del mezzo suo principalmente si son valsi gli ambasciatori (cesarei) *nel fatto de l'elettione: & hora, per quanto scrivono, se ne ritorna in Polonia.*

Die vero 15. ejusdem mensis, *E' ritornato*, inquit, *a questi dì da Vienna in Crocovia quel Duditio apostata, già vescovo di Cinquechiese, con nome di agente di sua maestà, & con buona provisione. la qual cosa, oltre lo scandalo, che dà ad ognuno il veder, che la maestà sua premia, & si serve di persona tale, dà ancho grand' inditio di nuove pratiche.*

Gratianus autem ad Commendonum die 31. jan. 1574. Posnania Romam scribens, *Al licentiarmi*, inquit, *da sua maestà* (Enrico d'Angiò, nuovo rè di Polonia) *gli ho parlato del Duditio: perchè, havendo inteso, ch'egli s'è insinuato ne l'amicitia del palatino di Sandomiria, & che cerca riconciliarlo col palatino di Cracovia* (*il che se facesse, saria con gran danno de la religione*) *mi è parso bene informar quanto prima sua maestà de la conditione di questo huomo: massime che, dopo che l'imperatore è tornato a servirsi di lui, & che lo chiama suo internuntio, si vede, che va molto ricuperando la riputatione, & s'è fatto adito a l'amicitia di molti signori, & va tuttavia pigliando piede. io ho dato di tutto conto a sua maestà, & dettole appresso, che, essendo egli apostata, & processato, & legitimamente & nominatamente condannato, non si poteva nè conversare nè parlare con lui senza incorrere in pena di scomunicatione: & che conveniva ancho a sua maestà havere a questo il medesimo riguardo, che a gli altri: aggiungendogli appresso, che, se sua maestà l'admettesse a trattar seco, darebbe molto scandalo, & molto disgusto a tutti i catholici. Essa prima mostrò d'abborrire un tal huomo, & di maravigliarsi assai, che l'imperatore se ne servisse: & poi mi domandò, come mi pareva, che dovesse fare. Io le risposi, che credevo, che l'imperatore harebbe tenuto appresso lei un suo ambasciatore, & che in tal caso sua maestà non harebbe havuto a far seco: perchè, quando egli tentasse privato nomine venirle a parlare, esso poteva facilmente recusarlo. & le narrai, che haveva così fatto il vescovo d'Olmuccio, quando sei anni sono venne in questo regno ambasciatore de l'imperatore, che non volle concedere al Duditio, che lo visitasse. ma, quando dimandasse venire a sua maestà per nome de l'imperatore, essa harebbe potuto scrivere o far dire a sua maestà cesarea, che fosse contenta tener qui qualche altro ministro; perchè, essendo il Duditio nominatamente condannato & scomunicato da la chiesa, sua maestà non poteva con buona conscientia trattare nè parlare con lui. Sua maestà ha mostrato resolutione di non volerlo vedere. piaccia a Dio, che non ne sia distolta da alcuno di quelli, che mescolano & regolano le cose di Dio con la prudentia loro humana. ma, se sua maestà lo fa, sarà cosa di grand'essempio, come meglio può considerare V.S. illustrissima. io ne ho parlato ancho col signor duca di Nivers: il quale ha approvato la cosa; ma aggiuntoci, che converrà, che il nuntio ne ammonisca sua maestà, & ch'essa mostri di muoversi come ammonita dal nuntio.*

Idem Gratianus ad eumdem Commendonum Cracovia Romam die 20. febr. ejusdem anni 1574. scribens, *Io scrivo*, inquit, *quest'hoggi, ch'è il sabbato precedente a l'incoronatione* (del rè Enrico), *che s'ha da fare dimattina, per quanto noi speriamo fin' a quest'hora. hieri l'altro il rè fece la sua*

ris liberes. mei enim in te amoris vis in tanta re nec silere jam, nec loqui me patitur. Romae. x. Kal. jun. M. D. LXVII.

XVI.

sua intrata; la quale è stata veramente molto superba. io la fui a vedere con monsignor nuntio in casa del duca di Freistat, ambasciatore de l'imperatore: & a la medesima fenestra era il signor Prainer, ambasciatore del rè d'Ungheria, & l'ambasciator di Venetia. vi era ancho il Duditio.

Die 5. mart. Io, inquit, *intendo, che il Duditio resta quì residente per l'imperatore. il che non può causare, se non mali effetti.*

Die 26. maji: *Circa il Duditio*, inquit, *monsignor illustrissimo di Como ne ha scritto a monsignor nuntio, allegando quello, ch'io n'haveva avvisato. io diedi conto ad esso monsignore fin da principio di quello, che il rè mi havea risposto circa ciò. & esso monsignore fece un offitio in conformità, come mi riferì, & ne riportò conforme risposta. ma, perchè il rè riserbava questo al tempo, che mandarebbe ambasciator suo a l'imperatore, è tardato fino ad hora.*

Denique die 4. jun. *Anchora che*, inquit, *monsignor nuntio habbia già più volte fatto offitio con sua maestà circa il Duditio in conformità di quello, ch'io feci fin' a Mieszirize, & che habbia trovato la maestà sua disposta a far quello, che allhora haveva detto a me, nondimeno, essendomi venuto in taglio nel ragionamento; io n'ho di nuovo parlato a sua maestà; ricordandole l'offitio, che circa ciò havevo fatto prima con lei; & quanto servitio suo sarebbe, che l'essequisse quello, che allhora sua maestà giudicò bene. Mi rispose, che veramente lo desiderava; ma ch'harebbe havuto caro, che ciò venisse più tosto da nostro signore, che ne facesse parlare a l'imperatore, acciochè non si servisse de l'opera d'un simil huomo, nominatamente & juridicamente condannato & scomunicato da la chiesa. Io risposi, che sua beatitudine harebbe potuto facilmente far quest'offitio; ma, che a volere, che ne seguisse l'effetto, era necessario, che sua maestà, o con lettere sue o con la viva voce di un suo ambasciatore, facesse il medesimo offitio. a che essa acconsentì; & mi raccontò, come il giorno innanzi esso Duditio, havendole fatto dimandar molti dì prima audientia, era stato da lei, & dettole, che molti l'accusavano a sua maestà, che movesse de le pratiche in questo regno per l'imperatore contra la maestà sua; ma che ciò si trovarebbe sempre falsissimo: che l'imperatore non haveva simili pensieri, & che, quando gli havesse, egli non ne vorrebbe mai esser ministro; perchè, havendo i suoi beni in Polonia, era suddito di sua maestà, & non harebbe mai mancato al debito d'un buono & fidel vassallo verso di lei. Sua maestà gli rispose, che veramente erano stati di molti, che gli havevano detto de le cose sinistre di lui; ma, sicome non poteva pensare, che l'imperatore facesse alcun offitio indegno de l'amicitia, de la vicinanza & de la parentela, che haveva seco, così voleva credere, ch'esso non lo farebbe senza ordine di sua maestà cesarea. Monsignor nuntio mi ha poi detto, che il rè farà l'offitio con l'imperatore circa il levarlo di quì, con pretesto, che nostro signore habbia di ciò ammonito sua maestà. Io scrivo questa a disagio & in fretta: & però mi riserbarò molte cose da dire a bocca; perchè spero pure potermi mettere in camino fra due giorni &c.*

Quae de Dudithio in Morerii *Vocabulario* traduntur, ea iisdem erroribus, quibus a Thuano tradita, atque etiam pluribus, scatent.

XVI.

Pius PP. V. Sodalibus Humiliatis. (a) a

Ut se ad prisca atque sanctissima sodalitatis suae instituta revocent, & Card. Caroli Borromaei, quem generalis capituli, proxime habendi, praesidem constituit, monitis ac praeceptis obtemperent, hortatur. 24. maj. 1567.

CUM ex pastoris universalis munere, nobis divina benignitate concredito, omnibus sanctae matris ecclesiae filiis fidele patris & magistri officium praestare debeamus, praecipue

Dd 2 eos

(a) Barptolemaeus Rubeus libro II. *de vita & rebus gestis S. Caroli Borromaei* cap. XIV. *Humilitorum*, inquit, *ordo Mediolani erat antiquitus institutus consilio & opera nobilium aliquorum, quos Conradus, sive, ut alii dixere, Aenobarbus imperator, domita Insubria, captivos in Germaniam abduxerat* (sed *Nicolaus Sormanus*, quemadmodum ait Cl. Oltrochius in sua ad hunc ipsum locum adnotatione, *in libello suo, quem de rebus Humiliatorum typis edidit anno* 1739. *certis innixus diplomatum fundamentis, altius ipsorum primordia revocavit. affixit nimirum hujus ordinis initium ineunti saeculo* XI. *aetati scilicet S. Henrici imperatoris, a quo abductos nobiles cives mediolanenses in Germaniam, qui antea Harduino studuerant, primos dicit fuisse ejus ordinis auctores.* quam quidem sententiam ait *consonare etiam iis, quae S. Antoninus, Volaterranus, & Jovius de Humiliatis tradidere*). *Hi paupertatis exiliique incommoda aegre tolerantes, ut fere hominum mores facilius infortuniis quam felicitate proficiunt, votum nuncupavere, si quando divina ope ex iis angustiis evaderent, se aliam sanctioris vitae rationem inituros. voti compotes facti, paternas opes, quas satis amplas habebant, in unum contulere; coenobioque condito, atque ex S. Benedicti instituto communem vitam agentes, ex humilitate, in quam diuturna captivitate & inopia adducti fuerant, nomen sibi indidere. Et primo quidem celebre fuit Humiliatorum nomen disciplinae fama & aestimatione virtutis, quam multis per Italiam civitatibus, late diffusis sodalitiis, intulerant. auctis deinde opibus, paulatim minui virtutum studia coepere ... Coenobiorum praepositi ex diuturna praefectura perpetuum sibi dominatum fecerunt, quem arbitratu suo in alios sibi similes transferebant. paucos ac fere inutiles in collegium admittere, sobrieque alere, superbe iis imperitare, tam large interim erga se ipsos agere, ut alicubi suffectura centenis fratribus alimenta praepositi unius luxuries hauriret. hinc venatici canes, & sicariorum catervae, & assidua cum amicis convivia, quaeque alia luxum & delicias comitantur. quibus de rebus admonitus cardinalis* (S. Carolus), *cum adhuc Romae detineretur, atque ejus ordinis tutelam a pontifice* (Pio IV.) *avunculo sibi commissam haberet, Ormaneto, Mediolanum praemisso, negotium dederat, ut aberrantes a monasticis legibus Humiliatos quoquo modo ad saniora consilia reduceret. Verum altius radices jecerant vitia, quam ut convelli Ormaneti viribus possent. Nunc*

(an-

eos salutari hac sollicitudine custodiaque complectimur, qui,
b religiosam vitam eligentes, tanquam in monte cum Moyse (*b*) seorsum a caeteris, invisibiles hostes piis orationibus expugnare conan-

(anno 1567.) *ipse coram inspectis malorum omnium causis, Cremonae universi ordinis conventum indicit. Ibi depromptis litteris, quas, ad rem firmius stabiliendam, a Pio V. impetraverat, apostolica auctoritate primum jubet (quae duo praecipua reformationis capita erant) coenobiorum bona in commune conferri; deinde praepositos omnes, absoluto triennio, per fratrum suffragia renovari. mox praepositum generalem creat, qui in ceterorum gesta animadvertat, statutoque tempore, haud secus quam ceteri, magistratu decedat. Laeto haec animo fratrum plerique accepere, quippe cum praepositorum potentiam coërceri viderent, quorum crudelitate & avaritia premebantur. Contra praepositi intra se fremere, &, quemadmodum phrenesi correpti saepe medentibus irascuntur, haud secus ipsi salutaria praecepta probris contumeliisque insectari. tum omni genere officiorum tentare pontificis animum, si forte aliquid de statutorum severitate remitteret; conati etiam inflammare principum animos, ne intra ditionis suae terminos quidquam immutari permitterent.* De eodem generali capitulo, cui Borromaeus jussu pontificis max. praefuit, deque Humiliatorum, in accipiendis servandisque, quae ibi latae sunt, legibus, contumacia, haec in adnotationibus subdit Oltrocchius: *Hoc tamen anno (1567.) pressius reformare hunc ordinem aggressus est* (S. Carolus Borromaeus), *conventu Cremonae indicto, quem V. junii die aperuit, & XIV. solvit. Plura ibi sancte constituta, &, praeter ea, quae auctor* (Rubeus) *exponit, scribit Carolus, fuisse ibidem cautum, ut duodecim saltem fratres in singulis eorum monasteriis alerentur. supremum ibi ordinis praesidem pro potestate sua designavit Aloysium a Basilica-Petri, virum, ut ipsemet dicit, totius ordinis praestantissimum; quem diuturna cum S. Barnabae patribus consuetudo ad sanctitatem formaverat. Cremona Mediolanum reversus Braydenses aedes armatorum manu obsessas invenit, atque eorum viribus occupatas. qui nova instituta aversabantur. Citius tamen tantam licentiam, adjuvante etiam religiosissimo Albuquercio* (prorege) *compescuit... Verumtamen, cum difficulter admodum impositis legibus se Humiliati subjicerent, nova inita a Carolo ratio est moderandae eorum audaciae. VI. scilicet octobris die hoc anno pontificium illis diploma indixit, quo sanciebatur, ut alterius cujuspiam religiosae familiae probatos viros illis contubernales adjungeret, retenta quidem nominis & instituti varietate, sed facta dumtaxat quadam virtutis communione. Hinc praecipue optavit, ut S. Pauli clerici regulares illis darentur veluti sanctitatis magistri; quam in rem aliquot etiam jam elegerat: aliquot etiam ex societate Jesu jam animo destinaverat, quemadmodum cappuccinos etiam, & ordinis praedicatorum in Etruria nonnullos. ne autem in illis eligendis erraret, S. Philippum Nerium per literas consuluerat. Ab hoc tamen proposito dimotus fuit pluribus interpositis impedimentis.*

(*b*) *Josue* exempl. Librarii culpa factum putavi, ut *Josue* pro *Moyse* poneretur. nam certe hoc loco de illis Pogianus cogitavit, quae leguntur in libro *Exodi* cap. XVII. 9. *Dixitque Moyses ad Josue: elige viros, & egressus pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Josue, ut locutus erat Moyses; & pugnavit contra Amalec: Moyses autem & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis &c.*

conantur. in quorum numero ut esset, cum vestra olim congregatio sapienter fuerit instituta, pro sinceriori in vos nostrae charitatis affectu debitas officii vestri partes cura & cogitatione nostra adjuvandas censuimus. quod si initia forte (*c*) minus jucunda videbuntur, tamen, cum deinceps tantum dignitatis & commodi, quantum inde profecturum certo scimus, consecutum intelligetis, Deo propterea immortales, nobis etiam aliquas gratias habebitis; qui vobis, ista studiosius animo & actione amplectentibus, praepofituras aliaque sacerdotia & jura vestri quondam ordinis restituenda, cum dabitur occasio, semper curabimus, libenter omnia concedentes, quaecunque utilia vobis & honorifica cognoscemus. sin vero (quod adduci minime possumus, ut commissuros arbitremur) salutaria haec monita contempseritis (*d*), inviti sane, sed tamen ad ea descendere cogere-

(*c*) *fortasse* exempl. Emendavi.

(*d*) Contemsisse eos salutaria haec sanctissimi pontificis monita, cum aliis rebus, tum intentata archiepiscopo ipsi Carolo, patrono sui ordinis amantissimo, oblataque ac tantum non illata morte, biennio post declaratum est. sacrilegum eorum atque horrendum facinus narrat Rubeus lib. II. cap. 23. his verbis. *Hieronymus* (Legnanus), *Laurentius* (Campaina), *&* *Clemens* (Mirisius) *Vercellis*, *Caravagii*, *&* *Veronae coenobiorum praepositi*, *cum*, *Carolo incolumi*, *pristinae licentiae spem omnem sibi praeclusam animadverterent*, *caedem ejus* (S. Caroli) *meditabantur*. *itaque nacti opportunitatem temporis*, *quo*, *propter multorum cum ipso dissidia*, *suspicionem criminis in multos verti posse censebant*, *Hieronymum Donatum*, *cognomento Farinam*, *sui ordinis sacerdotem*, *precibus promissisque solicitant*, *ut exequendi nefarii consilii curam in semet accipiat*: *nec ille recusabat*, *si modo inter ipsos de parricidii mercede conveniret*. *pudet me dicere*, *tanti cardinalis vitam quadraginta nummis aliquando veniisse*. *Hoc pretio constituto*, *quoniam ad magnum scelus plerumque per multa scelera iter est*, *Fabium Simonetam*, *communis pecuniae custodem*, *de medio tollere statuunt*, *ut*, *aerario direpto*, *cujus ostium frustra tentaverant*, *datam impio percussori fidem facilius exsolvant*. *cum ea igitur cogitatione templum ingressi*, *quo statis horis secedere Simoneta solitus erat*, *dum inter se disputant*, *quis prior eorum orantis collo laqueum injiceret*, *subitaneo horrore perculsi*, *re infecta discessere*. *Tunc enimvero Farina*, *morae ulterioris impatiens*, *quidquid auri argentique in sacris vestibus erat*, *occulte diripit*; *cumque conflatam ex eo pecuniam inter sordida oblectamenta facile consumpsisset*, *furto renovato*, *comparat sibi duo manualia funestissimae mortis tormenta*, *quae lethifero impetu inclusum ferrea fistula plumbum concepto igne displodunt*. *hoc missili instructus*, *ementita veste per urbem vagabatur solicite circumspiciens*, *sicubi patrandae caedis occasio se daret* .... *Denique cum sciscitando explorandoque intellexisset*, *consuesse Carolum ineunte nocte in domesticum sacellum cum familiaribus convenire*, *aptissimum illud facinori tempus existimavit*. *Die Mercurii*, *qui fuit ad* VII. *Kalendas novembris* (an. 1569.), *cum nemini agnitus ad sacelli vestibulum prorepsisset*, *laxata tormenti rota*, *lethalem ictum in orantis tergum excussit*, *ac*, *nemine insequente*, *fugam*

geremur, quae perditae contumaciae remedia convenirent; & praepofituras, & caetera, quae obtinetis, beneficia, ad alios, qui meliores & uberiores in vinea domini fructus ferrent, transferremus (e). Ac nunc quidem ipfum Carolum Borromaeum, presby-

fugam arripuit. Canebant tunc forte mufici depromptum ex Rollando Taffio carmen „ Tempus eft, ut revertar ad eum, qui me mifit. non turbetur cor veftrum, neque formidet „. His plane vocibus haud abhorret a vero praelufiffe caelum ingenti miraculo, quo Caroli nomen in tanto illo vitae difcrimine nobilitare decreverat. quamquam enim lethali vulnere affectum fe credebat, adeo tamen ab omni turbatione ac formidine abfuit, ut neque e genu in pedes affurgeret, & preces continuari fumma animi tranquillitate juberet. & aulicos fortaffe incefferat timor, ne, fluente paulatim fanguine, ante aram ipfam concideret. fed plumbeus globulus, utcumque magno impetu excuffus, vix delibata exteriori vefte, defluxerat: ex quadratis vero fegmentis, quae impius fatelles globulo adjecerat, alterum, perftricta leviter cute, haud ultra tetenderat; cetera in proximis tabulis, atque adverfo pariete, profundis ad miraculi teftimonium veftigiis, inhaefere &c. Exftare ducentenas amplius gratulatorias ad Carolum de hac re litteras, Oltrocchius affirmat: inter quas S. Francifci Borgiae unas effe valde eximias fignificat, nec tamen affert, fed brevitatis caufa, quemadmodum ipfe ait, omittit. Ego Caroli ad eas refponfionem omittendam hoc loco non cenfui, ex eo nimirum autographo defcriptam, quod in domeftico S. Stanislai Koftkae ad S. Andreae quirinalem aedem facello religiofe adfervatur.

Al molto reverendo Padre come fratello in Chrifto, il Padre Generale della Compagnia di Gesù. a Roma.

Molto reverendo Padre come fratello in Chrifto. Ho ricevuto la lettera di V. P. R. fopra l'accidente mio delli giorni paffati, facendo per quella officio di condoglienza dalla parte di quella mefchina anima, che ha machinato contro la perfona mia, e di congratulatione dalla parte della fingolar protettione, che Dio noftro fignore ha tenuto fopra di me in tal occafione. Ne rendo gratie a V. P. R. riconofcendamele molto più tenuta dell' ordine dato dallei nella fua Congregatione di far continue orationi per me. Il che reputo a gran favore della bontà di Dio, che per quefto mezzo non mi abbandona poi nel tempo de' maggiori bifogni: come s'è vifto chiaramente, che l' è piacciuto di far nell'accidente predetto. e con quefto fine con tutto l'animo me le raccamando & offero. Di Milano. alli 30. di novembre 1569.

Di V. P. R.

Come fratello

Il Card. Barromeo.

(e) Id factum denique eft quadriennio poft, quam hae datae funt litterae. anno enim 1571. univerfum Humiliatorum ordinem, ad faniora confilia revocari recufantem, fuftulit Pius atque abolevit, edito hoc, quod fubjicio, decreto, non fatis illo quidem in *Bullarii* romana an. 1746. editione, qua in eo defcribendo ufus fum, emendato.

„ Pius epifcopus fervus fervorum Dei ad futuram rei memoriam.

„ Quemadmodum follicitus pa-„ ter, qui unice charum educavit „ filium, via falutis egreffum revo-„ care cupiens, primum hortatur, „ indulget, praetermittit, increpat, „ alia praeterea atque alia tentare „ non definit, dum, quod expedit „ (*fort.* expetit), modo aliquo con-„ fequatur: omnia denique expertus, „ cum

presbyterum cardinalem, protectorem vestrum, cujus praesertim

„ cum nihil jam proficere intelligit, „ desperata prorsus salute, omnem de „ illo parentis animum ejicit (*fort.* „ exuit), domo expellit, indignum „ existimans, qui parta (*fort.* patria) „ haereditate fruatur: sic romanus pontifex, quem divina majestas patrem „ & pastorem omnium ecclesiae suae „ ordinum constituit, sicubi quampiam „ sacrarum congregationum a regula „ & vitae praescripto aberrare percipit, modo admonendo, modo concedendo, modo corripiendo connititur eam vel primis institutis restituere, vel certe quo (*fort.* hoc) „ pacto emendatam in aliquo statu, „ illis (*fort.* illi) magis cohaerenti „ (*fort.* cohaerente) continere: omnibus tandem ad illius sanitatem conquisitis, ubi salutaria remedia fastidire, & viam (*fort.* in viam) iniquitatis obstinatius procedere, atque adeo in pravum indurescere „ animadvertit, ut potius confringi, „ quam corripi possit, omni curatione „ rejecta, de ipsa removenda decernit, „ ne inveterati atque indomiti mali „ vis in alios insurgat, eisque exitio „ sit futura. quod, ut nostrum hac in „ re studium flagrat (*fort.* flagitat), „ cum in plurimis, tum maxime in „ fratrum Humiliatorum familia enixe curavimus, nihil inexpertum relinquentes, quin (*fort.* quo) illa „ multis jampridem modis affecta, & „ si non protinus, certe accommoda „ rerum moderatione directa, ad pristinum institutum paulatim regrederetur.

„ §.I. Etenim, postquam dilectus filius noster Carolus tit. S. Praxedis presbyter cardinalis Borromaeus, hujus ordinis protector, & „ apostolicae sedis delegatus, animadvertens, dictos fratres in luxum „ jampridem effusos esse, multa de ratione cultus divini, de obedientia, „ & vita, ut antea, communi, deque „ modo recipiendorum & educandorum religiosorum providenter statuerat, cum intelligeremus, eos „ illa ceteraque omnia regulae suae „ instituta omnino aspernari, vitamque omnium voluptatum confertam „ (*fort.* genere conf..) ducere, ac praepositos & qui ex eo ordine rerum administrationem habebant, bonam „ magnamque fructuum partem veluti „ propriam in vanitatibus mundanis, „ turpitudinibusque flagitiose profundere, innumeraque scelera committere:

„ §.II. Nos vias omnes, quae „ illos in aperta hujusmodi pericula „ atque incommoda conjecerant, excludere (*fort.* intercludere) conati, „ pleraqua alia de ipsorum vita, moribus, & proprietate, regulae inimica, deque modo & tempore gubernandae cujusque praepositurae, nec „ non ratione administrationis bonorum, & dispensatione proventuum, „ aliisque muneribus & officiis, ad „ prolapsi hujus status & disciplinae „ regularis reparationem maxime conferentibus, edidimus, sperantes, illa „ prosperos tandem successus dicto ordini allatura.

„ §.III. Sed, obsistente bonarum „ rerum perturbatore, plerique omnes, „ quoniam otio & desidia (*fort.* desidiae) nimium assueverant, regulae „ instituta & emendationem abhorrentes, etsi statuta & praecepta nostra „ communi consensu palam acceptarunt, clam tamen, quibus illa modis supprimerent, comminiscentes, „ nefarias protestationes in occulto „ fecerunt, necessarios suos & alios „ potentiores laicos ad intestinas seditiones concitarunt, suasores praeterea & impulsores ad intimos summorum principum ministros dimiserunt, qui magnis praemiis & pollicita-

tim prudentiam vobis perutilem judicamus, generali capitulo vestro

„ citationibus eos pellicerent, in animos praedictorum principum inducere, ut nos ad illam rescindendam (*fort.* ad illa rescindenda) inclinarent, multaque alia de ea tollenda (*fort.* de iis tollendis) pravis artibus sunt conati, ut turpem illam & flagitiosam vitam suam retinerent, laetalesque (*fort.*lethalesque) mundi voluptates sequerentur: inter quos non defuit, qui altius praecipitatus, etiam a catholica fide ad haereticos & impia illorum dogmata declinavit. quibus cognitis, omnium gravissimum impoenitentiae peccatum in eis animadvertimus, qui toties frustra correpti in eadem obstinatione perdurare contendunt, non satis habentes talia attentare, nisi & iis, qui inter ipsos qui (*mendosi certe loci emendandi rationem non video*) posse putant, illis in primis, qui saluti eorum sedulo invigilant, exitium machinentur, illius stimulis concitati, qui scelestum Judam in funestum avaritiae morbum injecisse non contentus, etiam ad prodendum Dominum suum pecunia impulit. Hujus nimirum spiritus nequissimi ductu quondam (*fort.*quidam)Hieronymus Lignana, praepositus praepositurae S.Christophori Vercellensis, & plures alii conscelerati hujus ordinis in necem dicti Caroli cardinalis, propitiatoris sui, conspirantes, ut pecuniam ad tantum nefas expetitam conficerent, de trucidando in primis dilecto filio Fabio Simoneta, fratre dicti ordinis, proventuum praepositurae Bredae mediolanensis depositario, apud quem nummos invenire credebant, secreto convenerunt, inde ad ecclesiam dictae praepositurae, in qua ipsum orantem laqueo suffocare decreverant, profecti, sed inter se de modo aggrediendi, misericordia Salvatoris nostri, discordes hoc conatu destiterunt, mutatoque consilio sacra (*fort.*vasa sacra)aurea & argentea tu- rati sunt. quibus clam venditis, seu pignori datis, praedictus Hieronymus, quondam(*fort.*quendam)Donatum Farinam, comprofessorem suum apostatam, pacta pecunia induxit, ut ipsum Carolum cardinalem occideret: qui nacta (*fort.*capta) loci & temporis opportunitate, in eum, vesperi de more in sacello cum familia precantem, ut transverberaret, sclopum glandibus confertum igne admoto exoneravit; sed, telorum parte ad vestes orantis exinanita, aliis utrinque in proximo violentia ictus defixis, innocentem divina pietas salvum & incolumem conservavit. quare ambo, & quidam alii, hujus nefandi criminis participes, postea capti poenas debitas persolverunt.

„ §.IV. Quando igitur familiam praedictam nulli studio, ad ecclesiae Dei utilitatem proficienti, incumbentem, nulli disciplinae ecclesiasticae deditam, nullum omnino futurae virtutis specimen ostendentem, tam detestandis facinoribus infectam, tam atroci sacrilegio contaminatam, & praeterea impoenitentem atque incorrigibilem agnoscimus, omni de illa spe prorsus exclusa, ipsam tandem tollere constituimus, tanquam malam arborem, fructus pessimos proferentem. Habita itaque cum fratribus nostris deliberatione matura, de illorum consilio, & nobis attributae potestatis plenitudine, extinguimus & abolemus ordinem praedictorum fratrum Humiliatorum...

„ §.VI. Volumus tamen, ut omnes fratres, qui nunc sunt, qui professionem regularem emiserunt, deinceps in domibus, & locis, quos eis „ cum

vestro praesidere (*f*) voluimus. quod a vobis capitulum ita celebra-

„ cum victu & aliis necessariis proxime assignandos curabimus, omnino „ redigantur: ut ibi vitam ducant re„ gularem suae professioni confor„ mem, sub cura & visitatione Ordi„ nariorum locorum, aut alterius vel „ aliorum, quos eis duxerimus dele„ gandos, vel juxta juris communis „ dispositionem transeant ad pares vel „ strictiores ordines approbatos.

„ §.VII. Novitii vero, & alii qui„ cumque non professi, detracto reli„ gionis habitu, ex professorum con„ sortio & domibus expellantur...

„ §.IX. Ceterum intendentes & „ cultui divino & ecclesiae ministris „ quamprimum prospicere, omnes „ praepositiuras, dignitates, persona„ tus, administrationes, officia, ce„ teraque beneficia ecclesiastica cum „ cura & sine cura, quae deinceps sae„ cularia sint, per privationem prae„ dictam apud sedem apostolicam va„ cantia, nec non domos, conventus, „ loca, supellectilem, bona, res, „ actiones, & jura supradicta, eorum„ que proprietatem & dominium no„ strae & dictae sedis liberae disposi„ tioni specialiter & expresse reserva„ mus... Datum Romae apud S.Pe„ trum anno Incarn.Domin.M.D.LXXI. „ septimo idus febr. Pontif. nostri „ an.VI.

(*f*) Decretum; quo Pius Borromaeum generali huic Humiliatorum capitulo praesidendi, in eoque severioris disciplinae leges ferendi potestatem faciebat, exstat, Kalendis hujus ipsius mensis maji datis, estque hujusmodi.

„ Pius episcopus, servus &c.

„ Quantum utilitatis reip. chri„ stianae afferunt bene institutae, & „ institutis suis convenienter viventes, „ religiosorum congregationes, tan„ tum illa detrimenti & offensionis ca„ pere videtur ex his, cum, quos aliis „ in saeculo viventibus honestate mo„ rum & sanctimonia excellere, salu„ tisque aeternae viam praeire opor„ tebat, ipsimet, ab optimis discipli„ nis desciscentes, in cupiditates & „ vitia provolvuntur... Cum igitur „ inter eas religiones, quas gravi cum „ nostra sollicitudine a veteribus in„ stitutis defecisse videmus, fratrum „ Humiliatorum relaxata jampridem „ disciplina non animo tantum, sed „ oculis etiam nostris obversetur, ra„ tio postulat, ut ad illam quampri„ pum emendandam praecipua nostra „ studia conferamus... Quibus malis „ dilectus filius noster Carolus, tit. „ S. Praxedis, presbyter cardinalis, „ Borromaeus nuncupatus, dicti or„ dinis protector, & apostolicae sedis „ delegatus, nuper mederi cupiens, „ adhibitis Generali & aliquot aliis „ praepositis dicti ordinis, multa uti„ lia de ratione cultus divini, de mo„ do excipiendorum & educandorum „ religiosorum, de correctione mo„ rum, de obedientia, castitate, pau„ pertate, & vita, ut antea, commu„ ni, bene & providenter condidit. „ Verumtamen quia, propter impro„ bas multorum praepositorum & alio„ rum praedictorum cupiditates, nul„ lus hucusque, vel certe rarus, inde „ fructus consequitur... Nos supra„ dicta discrimina ex perpetua rerum „ administrandarum facultate, quam „ dicti praepositi habere noscuntur, in „ primis provenire rati, praedictis pe„ riculis validiore manu occurrere vo„ lentes, motu proprio & ex certa „ scientia nostra, deque apostolicae „ potestatis plenitudine, omnes & „ quascumque tam apostolicas quam „ ordinarias collationes, provisiones, „ commendas; & alias dispositiones „ de generalibus, provincialibus, con„ ventualibus, & aliis praepositiuris, „ nec non prioratibus caeterisque be„ neficiis ecclesiasticis cum cura & sine „ cura

lebratum iri ſperamus, ut praecipuam hanc noſtram veſtrae congregationis curam jam nunc multum vobis profuiſſe, reipſa oſtendatis. Romae. IX. Kal. jun. M. D. LXVII.

„ cura dicti ordinis ... annullamus, „ ac volumus, illa omnia vires & effectum non habere ... Firmiter autem pollicemur, praepoſituras, prioratus & caetera beneficia dicti ordinis, quae nunc aliis extra illum collata ſeu commendata reperiuntur, „ cum vacabunt, ad eumdem ſtatum „ redacturos: ſi interim eos, quos ex „ praeſenti noſtra reformatione futuros ſperamus, fructus vere noverimus proveniſſe ... Inſuper praedicto Carolo, cardinali protectori, „ praecipimus, ut ipſe eaſdem praeſentes, & quidquid, eo praeſidente, in proximo generali capitulo rite „ ordinabitur, vel etiam pro praemiſſorum omnium & ſingulorum obſervatione, ab eo extra dictum capitulum, etiam ſine interventu alicujus dicti ordinis, ſtatuetur, in „ omnibus praepoſituris, conventibus, „ & locis, ac ab omnibus & ſingulis „ praepoſitis & fratribus praedictis „ inviolate faciat per ſe vel alium „ vel alios obſervare: contradictores „ quoslibet & rebelles per ſententias, „ cenſuras & poenas eccleſiaſticas, ac „ etiam praepoſiturarum, dignitatum, „ & adminiſtrationum privatorias, „ caeteraque juris & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, „ compeſcendo ..... Datum Romae „ apud S. Petrum an. incarn. Domin. „ M.D.LXVII. Kal. maji, Pontif. noſtri „ anno ſecundo.

XVII.

Pius PP. V. Duci Aurelianenſi.

7. jun. 1567. *Pietatis & catholicae religionis in eo ſtudium commendat, & ad conſtantiam hortatur.*

Egregiae virtutis, & catholicae religionis tuae jampridem audientes exempla, ſemper, quamvis longinquum, proximo ac praecipuo paternae curae & cogitationis affectu complexi ſumus. quod propenſae charitatis officium, chriſtianiſſimorum regum, majorum tuorum, nomine debitum, eo ſtudioſius amantiuſque tribuimus, quo tu quotidie magis efflorescens verae fidei & pietatis tanquam haereditariis laudibus, jucundam nobis illorum memoriam & imaginem renovare ſtudes. itaque (a) praeclara iſta de te fama commoti, proxime ſumma animi noſtri voluntate tibi id conceſſimus, quod praeceptoris tui (b) cauſa tantopere cupiebas. quam alacritatem tibi (c) gratificandi noſtram in omni, quae de te benemerendi nobis

(a) *idque* exempl. Emendavi.

(b) Ignotus mihi hic praeceptor, ejuſque negocium ignoratum.

(c) Omittit exempl. Addidi, quod neceſſarium putavi.

nobis sese obtulerit occasio, summam semper cognosces. quinetiam, hac elati in te patrii amoris abundantia, eundem te vehementius cohortamur in domino, ut conversos in istam praestantissimae virtutis indolem piorum omnium oculos & animos oblectare & pascere pergas optimis actionibus; &, proprio studio ac patrocinio sincerae fidei & catholicorum hominum, sanctissimam romanam ecclesiam, cujus in gremo majores tui in primis dignitate & gloria floruerunt, singulari istic, ut facis, ardore ac pietate defendas (*d*). nos interea, generosos & sa- *d*
lutares conatus tuos sacro felicis benedictionis munere prosequentes, Dei gratiam & auxilium tibi precamur. Romae. VII. id. jun. M. D. LXVII.

(*d*) *defendens* exempl. Emendavi.

XVIII.

Pius PP. V. Regi Galliae. (*a*) *a*

Avenionensem legationem, cardinali Borbonio a se delatam, regi gratam ac jucundam accidisse, laetatur. 7 jun. 1567.

QUem dilecto filio nostro cardinali Borbonio avenionensis (*b*) *b*
legationis honorem (*c*) libenter tribuimus, eum tibi, cui *c*
ille est sanguinis cognatione (*d*) conjunctus, ita gra- *d*
tum fore sperabamus, quemadmodum fuisse, ex tuis literis sum-

(*a*) Carolo IX.

(*b*) *avenionensi legatione honorem &c.* exempl. Emendavi. sed scripserat fortasse Pogianus *avenionensi legatione delata honorem &c.* librarius autem tertiam illam vocem omisit.

(*c*) Eumdem hunc honorem cardinali huic Borbonio a Pio IV. jam ante tributum apud Ciacconium lego: *Carolo*, inquit, *huic cardinali perhonorifica viterbiensis ac patrimonii S. Petri legatio delata a pontifice Pio IV. eidemque postea avenionensis demandata. avenionensem legationem cardinalis Farnesius dimittere nolebat. Pius IV. eam cardinali Borbonio traditurus, conditiones optavit, & cardinalium sententias in consistorio audire voluit. promisit Carolus pontifici, speciem catholicae fidei in legationis locis se conservaturum, nec hugonotos aliosve haereticos in iis morari permissurum. Carolus quoque, rex Galliae, Pio promiserat, se armis & viribus provinciam avenionensem ab injuriis & impetu hugonotorum defensurum, litteris datis III. idus martii anno 1565. in quibus cardinalem Borbonium christianissimum nuncupat*. Sed de eadem avenionensi legatione a Pio V. cardinali Borbonio post Pii IV. obitum rursus, quemadmodum ex hac & sequentibus duabus epistolis intelligimus, delata, nusquam in hujus cardinalis *Vita* Ciacconius meminit.

(*d*) *Carolus Borbonius*, inquit in ejusdem *Vita* Ciacconius, *vindocinensis, alias de Vandome, natione gallus,* *regum*

mo animi nostri fructu ac laetitia cognovimus. quamobrem illud nostri in eum amoris signum ipsi eo cupidius impertivimus, quod (e) catholicae fidei propugnatorem (f), nostri ac sanctae sedis observantissimum, regiae tuae existimationis, & communis Galliae utilitatis ac salutis (quae omnia uno integrae religionis vinculo continentur) ita cupidum esse intelleximus, ut eum omnes suas curas in illam cogitationem contulisse confidamus. cujus praeclaram tanti officii diligentiam, Deo adjuvante, in dies fructuosiorem speramus, & voluntatem & gratiam nostram ei in omnibus promptam & expositam pollicemur. tuum vero studium in illum valde commendamus, qui certiora in te fidei, & infixi in tua incolumitate & gloria animi sui documenta praebere non potest, quam illa sollicitudine & custodia catholicae veritatis; qua ratione praestantis familiae vestrae dignissimam stirpem verissime comprobat. Romae. VII. id. jun. M. D. LXVII.

regum francorum propagine clarus, Ludovici, condensis principis, & Antonii, Navarrae regis, frater, Caroli Borbonii, vindocinensis ducis, & Franciscae Alenconiae filius quintus, anno reparatae salutis 1523. die dominica, 22. decembris, in castro Firmitatis sub Jotrum in tractu briensi natus &c.

(e) *quam* exempl. Emendavi.

(f) *Pius quartus*, inquit ibid. idem Ciacconius, *cardinalem* (Borbonium) *adhuc juvenem a probitate vitae laudavit: Joannes Franciscus Gambara extulit eum a pietate & religione in publico consistorio: & cardinalis Alexander Farnesius Borbonium quasi aurum in igne probatum significavit, qui inter insanissimos haereticorum tumultus, tamquam rosa inter spinas catholicam fidem singulari studio sartam tectam pro aris defenderat.*

XIX.

Pius PP. V. Reginae Galliae. (a)

Idem argumentum.

7. jun. 1567.

NOS vero tanto majore animi nostri laetitia de avenionensi legatione gratificati sumus dilecto filio nostro cardinali Borbonio, quanto eam gratificationem tibi jucundiorem cognovimus. itaque communem etiam voluptatem, ex eadem causa profectam, in tuis de eo ad nos literis amanter amplexi sumus. dedimus enim libenter id & sperato ac jam spectato ejus studio catholicae religionis, & pietati in nos sanctamque sedem, cum regiae vestrae dignitatis regnique incolumitatis cura & cogitatione

(a) Catharinae Mediciae, Henrici II. viduae, Caroli IX. matri.

tione conjunctae. quod in eum beneficium ob illam caussam tibi gratius esse, mirifice gaudemus: in quem & merito suo, a quo eadem quotidie & uberiora etiam expectamus, & tuo nomine, propensiorem in dies animi nostri voluntatem cognosces. Romae. VII. id. jun. M. D. LXVII.

X X.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Carolo Card. Borbonio.

Avenionensem legationem a Pio V. fuisse illi delatam declarat cum ob praeterita ejus merita, tum ob speratam in ea gerenda utilem Religioni ejusdem operam. 7. juni 1567.

GRati animi significatio ex literis tuis, ad sanctissimum dominum nostrum die XVII. maji datis, etsi non requisita (quod etiam sine scripto rectissimos tui animi sensus cognitos habet), tamen ejus sanctitati jucundissima fuit. nam ex eodem fonte virtutis ac verae pietatis profectam intelligit, quibus adducta in te illud avenionense officium (*a*) contulit. qua in re a
quammaxime rationem habuit tui studii & observantiae erga se & hanc sanctam sedem; in quae intuens, Dei primum benignitate confisus, & (*b*) incorrupta regis Christianissimi religione, in te maximum istic adjumentum catholicae fidei fore confidit, & libenter tibi sponte gratificatus est sanctissimus dominus noster, & eandem propensi in te animi voluntatem, quaecunque se tuae dignitatis augendae facultas obtulerit, perpetuo declarabit. ita enim ex iis, quae adhuc istic gessisti (*c*), te posthac gesturum confidit, ut majores quotidie caussas habiturum se speret sua sanctitas melius de te promerendi. Quod vero ad me attinet, ubi opus fuerit, eam, quam superioribus literis tibi operam & studium meum pollicitus sum, praesto esse semper intelliges. Vale. Romae. VII. id. jun. M. D. LXVII.

XXI.

(*a*) Legationem avenionensem intellige. Vide superiorem epistolam *Quem dilecto*.

(*b*) Pro. & mallem *deinde*.

(*c*) Scripsit fortasse Pogianus *egisti*: sequitur enim proxime *gesturum*, idque in alia quadam significatione.

XXI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Cardinali Portugaliae. (*a*)

a

9. jun. 1567. *Ut collectori apostolico quamdam pecuniae summam, quae debebatur, a regio quaestore solvendam curet, hortatur.*

b NON facile dixerim, quantopere ista duo millia aureorum, quae, nomine dimidiae partis annatarum (*b*), collectori apostolico istius regni debentur, eidem a quaestore regio, qui eam

(*a*) Henrico, Sebastiani regis magno patruo, qui pro eo, admodum tum adolescente, Portugaliae regnum hoc tempore administrabat. Regni administrationem mense insequentis anni januario Sebastianum cepisse, ex Pii V. *Apostolicarum epistolarum* libro II. epistola XI. ad ipsum die 26. maji 1568. data, intelligimus. *Laetum admodum*, inquit, *nuntium attulerunt nobis litterae tuae, die tertia martii datae, ex quibus cognoscimus, majestatem tuam, cum jam ad annum* XIV. *aetatis suae pervenisset, accepisse die festo S. Sebastiani, & eodem natali suo, administrationem regni ac dominiorum suorum a dilecto filio nostro Henrico cardinali, patruo suo magno, cujus summa fide, virtute, prudentia ac diligentia ad id tempus feliciter administrata fuerunt. Egimus gratias Deo, qui te, optima disciplina & vere paterna cura ipsius cardinalis imbutum & institutum, ad eam aetatem perduxit, ut jam per te subjectos tibi populos & nationes regere possis. In quo munere te usurum, sicut semper facere debebis, serenissimae reginae aviae, & ejusdem patrui prudentissimis fidelissimisque consiliis, plane confidimus, & auguramur responsurum esse laudibus majorum tuorum inclytae memoriae regum &c.* Sed de Henrico hoc cardinale satis multa diximus ad epist. *Multum sane* fort. apr. 1566. In inscriptione autem hac ipsa retinui, quod erat in exemplari *Portugalliae*, nisi quod alterum *l* detraxi, portugaliensis homini sHieronymi Osorii, viri doctissimi atque elegantissimi, auctoritatem sequutus, qui in sua ad hunc ipsum Henricum praefatione in duodecim *de rebus Emanuelis, regis Lusitaniae invictissimi, virtute & auspicio gestis* libros, *Portugallae*, inquit, *nomen, ut Andreas Resendius, vir doctissimus, aperte demonstrat, a portu Cale* (*sic enim appellabatur olim oppidum ignobile, quod Durio flumini imminebat*) *ductum fuit. Cale namque erat in colle situm: portus autem piscationis gratia frequentari coepit. eam vero commoditatem hominum multitudo sequuta, undique confluxit usque eo, dum civitas opulentissima fieret, quae Portugalla deinde nominari coepit: inde vero totum regnum nomen obtinuit. Continet autem Portugaliae regnum non exiguam, ut Paulus Jovius parum considerate dixit, antiquae Lusitaniae partem, sed valde magnam.... Quod si Portugaliae nomen ex uno oppido fuit temporis progressu in totum regnum derivatum, simili ratione consentaneum fuit, ut ex tam magna Lusitaniae parte Lusitaniae nomen in totum regnum duceretur. quo minus igitur utroque nomine utamur, interdictum nobis minime puto.*

(*b*) De annatis, deque earum exigendarum legitimo jure vide *Historiam Eccle-*

eam pecuniam sumpsit, ex auctoritate ipsius regis restitui cupiat sanctissimus dominus noster. debita autem est ex duodecim illis commendatis beneficiis, quae regia majestas nominavit, priusquam ea, quam dixi, dimidia pars annatarum ex bulla fel. mem. Pii IV. attribueretur conventui tomaricensi (c) ordinis Jesu Christi (d). itaque mandavit mihi sua sanctitas, ut has ad celsitudinem

Ecclesiast. Natalis Alexandri saeculi XV. & XVI. *Dissert.* IX. Est apud me perquam eruditus commentarius ms. *de Annatis*, auctore Thoma Campegio, feltrensium episcopo. Initium est hoc: *Quamvis decimae sacerdotibus, & decimae decimarum seu primitiae summo sacerdoti divino jure debeantur &c.* finis hic: *Desinant igitur, & finem imponant querelis, qui, plus nimio innitentes abrogatae de regis sententia pagmaticae sanctioni, & minus legitimo & reprobato basileensi concilio, damnant annatas, proventiones, & alia pleraque, usu, consuetudine, & per sacros canones comprobata & recepta.* Manuscriptus hic commentarius multo copiosior est eo Campegii *de annatis* tractatu, qui in partem II. tomi XV. pag. 537. illatus est operis inscripti *Tractatus illustrium in utraque tum pontificii tum caesarei juris facultate jurisconsultorum*, Venetiis an. 1584. editi; cujus tractatus haec est inscriptio: *Thomae Campegii Bonon. episc. Feltren. Tractatus de annatarum institutione & earum defensione*: principium hoc, *Annatarum institutionem, si ad jus divinum referre nolumus, ut sint decimae decimarum, summo sacerdoti debitae, eam tamen non adeo novam asserimus, ut Joanni XXII. quod plerique faciunt, tribuamus, quandoquidem illarum institutionem viennense concilium receperit, quod habitum fuit anno 1311. &c.* finis hic, *partem retineat locatorum fructuum, qui etsi annexi sint beneficio, nulla tamen committitur simonia.*

(c) *Tamaricensi* cod. barber. *amaricensi* cod. tabul. vatic. Neutrum probavi, sed, ut edidi, *tomaricensi* ab oppido *Tomar*, quod ad eam Portugaliae provinciam pertinet, quae Extremadura appellatur: de quo infra.

(d) Geminus est Jesu *Christi* in Portugalia *ordo*, alter *claustralis*, alter *militaris*. de utroque idem ille Osorius libro ejusdem operis tertio, *In hujus*, inquit, *anni* (1503.) *fine rex in oppido, quod Tomar appellatur, ubi sacerdotes militiae Christi amplum & magnificum templum summa religione tuentur, concilium equitum ejusdem ordinis indixit* (Emanuel rex), *& multa, quae ad eam religionem constituendam pertinebant, sapienter instituit, moresque dilapsos ad severiorem disciplinam revocavit.* De *militari* autem hoc ordine illa libro primo, cognitione certe digna, retulerat: *In Portugalia vero; praeter reliquos militum religiosorum ordines, alius a Dionysio rege constitutus est* (anno, quemadmodum a plerisque scriptum video, 1317.), *postquam opera Philippi, francorum regis, qui Pulcher appellatus est, Templariorum ordo eversus fuit. inivit enim Dionysius rationem, quemadmodum Templarii Lusitani ... neque bona, neque dignitatem amitterent. itaque statuit, ut vectigalia, quae erant in Portugalia Templariorum ordini dicata, iidem ipsi Templarii, qui ea possederant, novae cujusdam militiae nomine retinerent. Hanc autem* Christi militiam *appellavit, & hujus religionis milites statuit, ut imaginem crucis colore candido, inclusam in aliam crucis imaginem, colore rubram, gestarent, ut a reliquis religiosis militibus internosci possent. postulavit deinde a pontifice maximo, ut eam*

dinem tuam literas darem, quibus ab ea vehementer peterem, ut, collectori apostolico quod se facturam promisit, reddi jubeat illi ipsi ea duo millia aureorum. erit id tum dignum aequitate ac prudentia sua, tum vero sanctissimo domino nostro ita

eam auctoritate sua confirmaret. crevit hic ordo, multisque bonis auctus & amplificatus est. Emanuel autem cum videret, quod discrimen impenderet tam militibus hujus ordinis, quam reliquorum omnium (si enim contra fidem, Christo obligatam, libidinem minime refrenarent, necesse erat, ut scelus nefarium susciperent), & simul, ne illis, qui ex religiosis militibus nascerentur, esset illa macula generis inusta, quae nothis omnibus, quamvis sint nobilissimis parentibus procreati, subeunda est, postulavit ab Alexandro (VI.) pontifice maximo, ut solveret ea perpetuae castitatis religione omnes equites lusitanos, qui deinceps alicujus religiosae militiae sacramento tenerentur. illi namque, qui jam erant sollemnis voti religione constricti, fieri non poterat, ut, salva ipsius religionis fide, eandem licentiam impetrarent. Concessit id regi pontifex: atque deinceps licuit omnibus, qui in aliquam religiosam militiam adscriberentur, uxores ducere; exceptis solum hospitalensis ordinis equitibus, qui, in quibuscunque partibus sint, eadem perpetuae castitatis religione constringuntur. De qua Emanuelis regis postulatione, deque ejus rei, quam postularat, impetratione, quid historicus sentire se, continuo dicat, facere non possum, quin, in eorum gratiam, quibus illius liber prae manibus non est, hoc loco describam: ut hominis, cujus ingenium atque doctrinam semper suspexi atque adamavi, gravitas ac summa prudentia, cum pari eloquentia atque elegantia conjuncta, ab omnibus intelligatur. *Haec autem*, inquit, *regis providentia, qua, ut videbatur, sceleribus occurrebat, & suos magno incontinentiae periculo liberabat, a multis laudari solet. ego vero statuere non possum, utrum sic multo majorem peccandi materiam suis attulerit illa ipsa, quam subtrahere summo studio concupivit. primum enim, nunquam ullius disciplinae laxamentum potuit esse salutare. quocirca ea, quae fluunt, severe devincienda sunt, & eo, unde deciderant, reducenda; si volumus, ut, quae laudabiliter instituta sunt, eundem semper fructum & utilitatem retineant. deinde, propter nuptiarum curas, cernimus, illum antiquum ardorem, qui erat in religiosis militibus ad dimicandum, esse jam magna ex parte restinctum. minus enim expediti & minus alacres sunt: &, cum breve aliquod tempus in bellicis rebus insumpserint, citius & libentius, quam decet, otium amplectuntur. deinde, tunc cum erat illis matrimonium interdictum, credibile est, multos fuisse, qui non tam utilitatis & emolumenti cupiditate, quam pietatis studio religionem aliquam militarem susciperent. nunc vero, postquam de religione detractum est, quod nimis asperum multis esse videbatur, suspicari non absque ratione possumus, omnes, qui, ut in aliquam ejusmodi militiam adscribantur, elaborant, cupiditate tantum & ambitione ad studium militiae illius impelli. postremo, hoc cupiditatis introitu multo latius, quam antea, patefacto, paullatim eo deventum est, ut, quae erant optime fundata, laberentur & ruerent. cernimus enim, fidem datam Christo contemni, res sacrosanctas violari, sacra vectigalia ab hominibus audacibus & flagitiosis occupari, eos, qui nunquam hostis vultum adspexerunt, opibus, ad sanctos usus destinatis, affluere, illisque ad luxum & vitae lasciviam intemperanter abuti. Sed haec, quae curare non possumus, lamentari desinamus.*

ita gratum; ut, etiamsi tanta causa non esset, cur illa persolvi deberent, tamen efficiendum sit honoris causa ejus sanctitatis, ut ista pecunia ad ipsum collectorem primo quoque tempore perveniat. quod ut reipsa praestari jubeat ab ipso regio quaestore celsitudo tua, & brevi fore confido, &, ut id faciat, ab eadem maximopere quaeso: cui studium & observantiam meam ex animo deferens salutarem felicitatem opto & precor. Romae. v. id. jun. M. D. LXVII.

XXII.

Pius PP. V. Vicario Regis in Ducatu Mediolanensi. (a)

Joanni Paulo ab Ecclesia publici Mediolanensium negocii, diligenter summaque cum fide acti, testimonium dat; & Vicarium ipsum ad tuenda ecclesiasticae libertatis jura cohortatur. 10. jun. 1567.

Fidelis ac diligentis operae Joannis Pauli ab Ecclesia senatoris in agendo negotio, de quo eum ad nos misisti, probe conscii, faciendum nobis duximus, ut ejus ad te reditum debito hoc laudis testimonio prosequamur. non potuit igitur is eam

 rem

(a) Haec epistola inter Pii V. *Apostolicas*, a Francisco Goubau editas, reperitur libro I. num. 17. inscripta sic, *Dilecto filio, nobili viro, Gabrieli a Cueva, Duci Albuquerque, ditionis mediolanensis gubernatori*, & tertio octobris die data. quam quidem temporis notationem refellit non modo codex barberinianus, in quo dies *v. id. jun.* notatur, itemque codex sanctioris tabularii vaticani, in cujus pagina 232. prostat ejusdem epistolae exemplum, die x. *jun.* datae, verum etiam ipsum illud a Goubau editum volumen; in quo epistola XVI. quae hanc ipsam proxime antecedit, ipso illo *die tertio octobris* ad eumdem Gabrielem a Cneva data conspicitur. neque est enim credibile, binas litteras uno eodemque die a pontifice maximo ad unum eumdemque fuisse datas. Scriptorem vero hujus epistolae quem tandem fuisse credemus? equidem certum aliquem proferre ac designare non possum. si omnes eas, quae sunt a Goubau editae, sive unus Caesar Glorierius, sive partim ille, partim Antonius Florebellus scripsit (de qua re, in ultima adnotatione ad epist. *Cum primum* d. 31. jan. hujus anni, quid mihi videretur dixi) hanc profecto, quae inter illas reperitur, sive Glorierius sive Florebellus scripsit. rursus, si barberiniani codicis inscriptio, uni Pogiano omnes eas epistolas, quas ille continet, adscribens, non est mendosa, hanc sane, quae eo codice continetur, non nisi Pogianus scripsit. sed potuit certe utrumque contingere, ut & aliquae, a Pogiano scriptae, inter eas, quas Goubau edidit, fuerint recensitae, & aliquae, quas sive Glorierius sive Florebellus scripserit, in illum barberinianum codicem immigrarint. non autem is ego sum,

b rem (*b*) accuratius gerere nec melius: quae quominus confecta sit, cum ipsius rei vis suam praeseferat difficultatem, nihil attinet causas exponere. quam tamen controversiam, ubi pri-
c mum poterit, perspectis & explicatis omnibus, quae in (*c*)
d utranque partem necessario allata fuerint, ex (*d*) causae veritate dirimendam curabimus. Excellentiam quidem tuam, non quia necesse sit (in cujus animo & actionibus cum prudentis principis officio pium curae sacerdotalis affectum libenter agnosci-

sum, qui eorum, qui similem in latine scribendo rationem sequuti sunt, & parem ferme elegantiam sunt assequuti, possim in una epistola stilum uniuscujusque ac manum agnoscere.

(*b*) Qua de re missus Mediolano Romam Joannes Paullus hic fuerit, docet Rubens in S.Caroli Borromaei *Vita* lib.II. cap.12. his verbis: *Mediolanum reversus* (S.Carolus) *multorum odia, & offensiones incurrit, qui, scortis implicitl aliisque sceleribus assueti, nec sine dolore sanari, nec tolerari sine publica pernicie poterant. nonnullos eorum suavioribus remediis nequidquam aggressus, duci in carcerem jusserat, si forte vinculis astricti vitiorum amorem exuerent. illi, supplicio irritati, plebis ac potentiorum opem exposcunt, absurde vociferantes, non esse in episcopo tantum potestatis, ut in laicorum statum & fortunas inquirat .... Sed nulla res magis, quam regii juris nomen, magistratuum suspiciones accendit. nonnulli ex ministris, penes quos civilium rerum arbitrium erat, seditiosorum criminationibus faciles aures praebebant: cumque tanti cardinalis auctoritati aperte obluctari vererentur, archiepiscopi satellites per idoneos homines monuere, ne cuiquam laicorum manus injicere auderent, aut vetita principis decreto arma deferrent. simul publico edicto declarant, nullo se modo passuras, ut regiae ditioni a quoquam injuria fiat. Perculere ista Caroli animum... Itaque... summum pontificem de iis, quae acciderant, admonere statuit.... Interim cum regiis ministris quam lenissime agere instituit, si forte posset controversiam omnem absque ulla perturbatione componere. sed, cum ab iis literas ad regem scriptas intellexisset, idem sibi faciendum putavit.... Responsa regis ad Carolum fuere humanissima, quibus significabat, rem totam summi pontificis aequitati esse commissam, seque ab ejus judicio minime discessurum. in eamdem sententiam ad supremos provinciae magistratus rescripsit... placere interim sibi, ut Joannes Paulus ab Ecclesia (quem ob singularem prudentiam romana purpura insignitum postea vidimus) ex senatorio ordine Romam mitteretur, ut apud cardinales, quibus id negotium datum erat, regis nomine ageret. Iste ad urbem profectus, cum lente judicium trahi ob rei gravitatem videret, annuente pontifice, Mediolanum redlit: a quo etiam binas epistolas, alteram scilicet ad provinciae gubernatorem* (quae quidem est eadem illa, in qua illustranda versamur), *alteram ad senatum, perferendas accepit; cujus exemplar fideliter subjicio. „ Dilecti filii. Justitiae simul & caritatis officio libenter adducti sumus, ut redeunte Mediolanum collega vestro Joanne Paulo Ecclesia, ejus, quam in publico negotia vestro apud nos gerendo egregiam vobis praestitit, fidei ac diligentiae testimonium redderemus &c. „.* Hanc quoque epistolam, cujus exempla in tribus codicibus nostris invenimus, inferius exhibebimus.

(*c*) *utramque in partem &c.* Goubau.

(*d*) *&* Goub. Minus recte.

scimus & collaudamus), sed paternae (*e*) in te charitatis abundantia commoti, vehementius cohortamur (*f*) in domino, ut pastores ac (*g*) res ecclesiasticas istius urbis ac provinciae suo (*h*) studio ac defensione complectatur (*i*). nam, praeter (*k*) illam necessitatem, quae (*l*) principibus a Deo imposita est, ut iis honorem habeant, qui ad (*m*) curam piorum gregum delecti sunt ab eo, cujus patrocinio & munere dominantur, ea praeterea pietate confirmant regna, populosque (*n*) in officio obedientiae continent. hanc auctoritatem, quae debetur ecclesiae (*o*) jurisdictioni, si multi, quorum, pro communi pastoris ac parentis officio, & temporales (*p*) calamitates & aeterna supplicia saepissime lugemus, non ademissent, cum praesenti rerum prosperitate, tum caelestis beatitudinis expectatione florerent (*q*). quorum enim dexterae principum promptae sunt ad tuenda & amplificanda jura ecclesiarum, eorum imperia ac status perpetuo (*r*) Dei dextera defenduntur; ac libere illi & quiete sua ditione perfrui solent, qui libertatem & quietem ecclesiasticam sartam (*s*) ac tectam conservare student. quorum praesidio freti etiam episcopi, sui officii munus vigilantius exequentes, in (*t*) gregis curam, quem Deus suo sanguine acquisivit, vehementius incumbunt. Provexit orationem nostram longius perspecta nobis religio ac pietas tua: cui salutem precantes sacrum apostolicae benedictionis munus impertimur. Romae. IV. (*u*) id. jun. M. D. LXVII.

(*e*) *elatique in te paternae charitatis abundantia vehementius &c.* cod. barber. Emendavi ex Goub. At ab utroque aberat *sed* ante *paternae*. ego necessario addendum putavi.

(*f*) *hortamur* Goub.

(*g*) *resque ecclesiasticas &c.* id.

(*h*) *singulari* id.

(*i*) *complectaris* id.

(*k*) *ad* cod. barber. Emendavi ex Goub.

(*l*) *quam principes a Deo impositam sustinent, ut &c.* Goub.

(*m*) *curae piorum &c.* cod. barber. Emendavi ex Goub.

(*n*) *populos* Goub.

(*o*) *ecclesiasticae* id.

(*p*) *temporarias* id.

(*q*) *florent* id.

(*r*) *perpetua* id.

(*s*) *salvam & tectam &c.* id.

(*t*) *longius orationem nostram provexit in gregis, quem Deus suo sanguine acquisivit curam & salutem vehementius incumberent excellentiae tuae perspecta religio ac pietas: cui apostolicae benedictionis munus impertimus &c.* cod. barber. Emendavi ex Goub.

(*u*) V. cod. barber. *die* III. *octobris* Goub. Emendavi ex cod. tabul. vatic.



XXIII.

a

Pius PP. V. Senatui Mediolanensi. (a)

20. jun. 1567.

Idem argumentum.

JUstitiae simul & charitatis officio libenter adducti sumus, ut, redeunte Mediolanum collega vestro Joanne Paulo ab Ecclesia, ejus, quam in publico negotio vestro, apud nos gerendo, egregiam vobis praestitit, fidei ac diligentiae testimonium redderemus. cujus negotii cum ea vis & natura sit, quam nemo non intelligit, adhuc ejus ratio facile explicari non potuit. nec vero haec causa diuturniorem, quam necessitas postulet, moram habebit. auditis & plane cognitis, quae utrinque pro rei veritate rationes allatae fuerint, mature judicium expediendum curabimus. interea vos studiosissime hortamur in domino, ut in omnibus rebus archiepiscopo vestro & caeteris provinciae episcopis ad tuendam & ornandam pastoralis officii curam ac dignitatem, sollicitudinem & operam vestram accommodetis. nulla enim re magis saecularis potestas stabilitur & augetur, quam amplificatione & auctoritate ecclesiasticae ditionis. quicquid ad spirituale patrimonium firmamenti & virium accedit, eo temporalis status maxime communitur. nam observantia & pietas principum ac magistratuum in ecclesiarum antistites populos ipsis adeo praebet obedientes, ut fatendum sit, regnorum
b ac statuum incolumitatem uno illo ecclesiastici (b) juris praesidio tanquam fundamento contineri. quod utinam contrariis ad multorum exitium exemplis non pateret! ea laude vestri sic excelluere majores, ut illo facto & ipsi clari sint, & multas civi-
c tates ac provincias ad pii exempli imitationem (c) inflammarint.
d e quo magis etiam (d) nos eximia patrii in vos officii charitate (e), quam quod alioqui opus esse putaremus, cohortandos duximus, ut, quam summa cum animi nostri laetitia retinetis gloriam juvandi ac fovendi ecclesiasticam jurisdictionem, in ea ardentius insistatis. nam ista etiam studiorum vestrorum declaratione pastores, ad di-

(a) Hanc epistolam suppeditavit nobis, praeter codicem barberinianum, codex etiam bibliothecae vatic. pag. 273. & codex tabularii item vaticani p. 234. Eamdem Barptolemaeus Rubeus edidit in *Vita* S. Caroli Borromaei lib. II. cap. XII. cujus editionis variantes aliquot lectiones deinceps adnotabo.

(b) *ecclesiasticorum dominorum observantiae fundamento &c.* cod. barber. Emendavi ex edit. & ex cod. vatic.

(c) *imit. ... quam quod qui alio opus esse putaremus* id. Emendavi ex iisdem.

(d) *nos etiam eximia &c.* edit.

(e) *charitate hortandos &c.* cod. barber. Emendavi ex iisd.

ad diligentiorem sui muneris administrationem incitati, uberiores suorum gregum fructus domino persolvere (*f*) studebunt. Romae. (*g*) IV. (*h*) id. jun. M. D. LXVII. f g h

(*f*) *persolvent. Romae &c.* id. cod. vatic. Emendavi ex iisd.

(*g*) Omitt. cum reliquis editio, & cod. vatic.

(*h*) V. cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic.

XXIV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Gratianopolitano. (*a*) a

De duobus apostatis quid pontifex max. sentiat, & ab episcopo quid requirat, exponit. 14. jun. 1567.

Licet tuis literis, XII. martii 1566. datis, sanctissimus dominus noster satis acquieverit, non tamen omnino ejus animo satisfactum est in duobus istis fratribus, qui sacrum habitum nefa-

(*a*) In codice barber. praeteritum fuerat cui haec epistola data esset. id ex codice tabul. vatic. pag. 484. didici, edendumque curavi. Vocabatur autem gratianopolitanorum (*di Granoble*) hic episcopus Franciscus d'Avançon; ad quem dederat die 29. aug. proxime superioris anni Pius V. sequentes, hanc card. Alexandrini valde illustrantes, litteras, a Laderchio ex *archiv. vatic.* quemadmodum ipse ait, depromtas, & in tomum XXII. *Annalium eccles.* pag. 261. illatas. *Non sine magnâ animi molestia cognovimus, haereticos, qui in civitate tua sunt, suos habere concionatores sectae suae: te vero, qui, ad continendam in fide orthodoxa populi partem catholicam, curare debueras, ut haereticorum concionatoribus opponeres duos concionatores vitae & fidei probatissimae, usum esse ad hoc tempus opera quorumdam, qui ordine, in quo religiosam vitam professi fuerant, deserto, ad saecularis vitae habitum & licentiam redierunt, quorum doctrina nihil fere ab haereticorum doctrina differt, sicut accepimus, praeter quam quod, quae haeretici aperte, ipsi paulo tectius, & arte & simulatione quadam adhibita, docent. mirati sumus valde, tam grave officium apostatis a te commissum fuisse, cum noveris, quantopere hoc hominum genus Deo hominibusque displiceat; quibus, etiamsi catholici essent, infamia, quam fracto voto & deserto ordine contraxerunt, omnem fidem auctoritatemque contrahit* (fort. *detrahit*). *quorum ex numero fuerunt pene omnes, qui aetate nostra tot & tam variarum & perniciosarum haeresum auctores ac principes exstiterunt. cum vero tanta labis etiam haereticae suspicione laborent, quam grave putas esse scandalum, te eorum videri approbare doctrinam? proinde admonendum te duximus, ut animarum saluti, sicut officium tuum postulat, diligentius consulas, & cogitans, reddendam abs te rationem fore de animabus, quae culpa tua perierint, illis apostatis statim a te segregatis & expulsis, quorum familiaritas ipsa non potest non magnam tibi infamiam conflare, & fidem tuam in suspicionem adducere, magna dili-*

gentia

nefarie exuerunt. nec vero est, ut de eorum scelere plura scri-

gentia conquisitis idoneis & probatis concionatoribus, religiosis vel saecularibus, eorum fideli assiduaque opera utaris ad extirpanda haereticae pravitatis zizania, quae in civitate tua crevisse & multiplicata fuisse audivimus, &, quod illi apostatae destruxerunt, sarcire atque aedificare coneris. Illud quoque, etiam tacentibus nobis, ipsa te res monet, ut, quoniam scis, praecipuum telum, quo haeretici fidem catholicam oppugnant, esse corruptos ecclesiasticorum mores, des operam, ut vitae tuae exemplo gregem, tibi commissum, pascas, &, si quid in aliquibus de clero tuo corrigendum esse cognoveris, corrigas. Datum &c. De eodem episcopo hasce alteras ad Michaëlem Turrianum, caenetensium episcopum, apostolicae sedis in Gallia nuncium, a Pio V. eodem augusti mensis 29. die datas litteras idem Laderchius ibidem ex eodem *archiv. vatic.* affert, negocium hoc totum, & gratianopolitani hujus episcopi haereticarum partium studium apertius declarantes: *Certiores facti sumus a viris, quibus fides habeatur, dignissimis, in urbe Gratianopoli provinciae Delphinatus, majorem quidem civium partem esse catholicam, sed (quod sine gemitu referri non potest) episcopum ejus civitatis favere ugonottis, ut eum, qui magna ejus pestis infamia laborat. itaque, cum illi habeant duos concinatores haereticos, uti illum ad eam partem populi, quae catholica est, duobus aliis concinatoribus, qui religiosam vitam aliquando professi, ordine suo deserto, ad saecularem vitam redierunt; quorum doctrina nihil fere ab ugonottorum doctrina differt, nisi quod eadem, quae illi, dogmata paulo tectius, & arte quadam adhibita, docent; nec pati eum, ut quisque* (fort. *quisquam*) *catholicus conciones habeat ad catholicos, praeter illos suos apostatas. cum hanc catholicorum, qui Gratianopoli sunt, necessitatem nosset dilectus filius, nobilis vir, dux Montis Penserii, illius provinciae gubernator, fecit, sicut accepimus, quod catholico principe, ex regio vere francorum genere orto, dignum fuit. rogavit anno superiore de mense februario per literas dilectum filium Ludovicum de Caudreto, Societatis Jesu professorem, ut Gratianopolim se conferret, atque ibi sacro quadragesimolis jejunii tempore Dei verbum catholicis praedicaret; ipsique episcopo scripsit, ut eum praedicare permitteret. at ille minime id passus est; quinetiam affirmasse dicitur, neminem umquam de ea societate, quoad ipse viveret, ibi verbum Dei esse praedicaturum. accidit postea, ut Ludovicus in loco quodam prope Gratianopolim concionandi causa se conferret. ibi cum audisset, episcopum Gratianopoli tunc abesse, visum illi fuit venerabilem fratrem archiepiscopum, Ebred vocatum, qui tunc forte Gratianopoli erat, invisere. eo cum venisset, hortante ipso archiepiscopo, summa cleri ejus ecclesiae & consilii regii voluntate paraverat concionem habere ad catholicos. jamque maxima multitudo catholicorum, catholicum concionatorem audiendi studio incensa, convenerat. cum quidam de ministris episcopi, qui itidem haereticae pravitatis laborare* (fort. *infamia laborare*) *dicitur, obstare, & impedire coepit, quominus is concionaretur, & ugonottos adversus eum adeo concitavit, ut is, qui ducis Penserii locum in ea civitate obtinebat, cum fortasse vereretur, ne ea res tumultum aliquem excitaret, interdixerit, ac vetuerit, ne is concionem haberet, non sine maximo fremitu & querela catholicorum omnium. quae nos cum audivimus, vehementer, pro eo ac debuimus, commoti sumus. nimis enim grave, nimisque indignum est, non modo ugonottos habere concionatores suos; sed*

scribam, cum tu facile perspicias, sic ab illis id admissum esse flagitium, ut nullam excusationem habere possint; praesertim cum in falsa ista causa delitescere conentur, se, propter vim & metum, ac reliqua, quae ab ipsis impudenter afferuntur, suum ordinem deseruisse. te vero, per viscera domini Jesu Christi, vehementer hortatur sua sanctitas, ut salutarem fidei catholicae viam teneas, neque a recta hac semita, quae ducit in caelum, usquam deflectas, vitae actiones omnes cum religionis integritate conjungens. quod ut sperat, sic Deum, ut gressus tuos perpetuo dirigat, deprecatur. Vale in domino. Romae. XVIII. Kal. jul. M. D. LXVII.

sed eos etiam tantum apud quosdam gratia valere, ut catholicos privent concionatoribus catholicis. nec vero dubitamus, quin id dux Montis Penserii molestissime tulerit, cum non modo ea in re catholicis & orthodoxae fidei, sed ipsi quoque, qui illum concionatorem catholicum eo miserat, injuria & contumelia illata sit. quia igitur, nisi tantae catholicorum, qui Gratianopoli sunt, necessitati subveniatur, verendum est, ne magis magisque in dies, propter catholicorum concionatorum inopiam, haeretica pestis in ea civitate augeatur, fraternitati tuae mandamus, ut haec, sicuti gesta sunt, charissimo in Christo filio nostro regi christianissimo narres; quae illi non dubitamus, ut sunt, sic gravissima & indignissima visum iri: cui hoc etiam abs te dici volumus, si talia ferantur, & si permittatur episcopis, apostolica sede contempta, pro catholicis concionatoribus tales, quales illi apostatae sunt, concionatores populis ingerere, fieri non posse, ut in illo regno catholica religio conservetur diutius. proinde hortaberis, ut ejus civitatis necessitati provideat; sicuti pro sua pietate, & catholicae religionis studio facturum eum esse confidimus. id vero quo propensius faciat, eum abs te nostris verbis leniter & amanter admoneri volumus, ea illum jam aetate esse, ut animum virilem ac regium, seque & majoribus suis, christianissimis regibus, dignum, capere, & a suis ministris obedientiam ac debitum obsequium exigere debeat: si talem animum ac spiritus regios sumpserit, fore, ut nemo illius aetatem contemnere audeat, & majori in dies cum auctoritate regnaturum. Datum Romae &c.

XXV.

Pius PP. V. Duci Sabaudiae. (a) a

Ut a Sabaudiensi clero pecuniae subsidium non nisi summa necessitate coactus exigat, majorem in modum hortatur. 14. jun. 1567.

IN cogitatione subsidii, quod a nobis postulasti, dupliciter commota sunt nostrae viscera charitatis. nam, cum ipsi, per pontificatus nostri omnium oculis subjectas angustias (b), b excel-

(a) Emanueli Philiberto.

(b) De iis angustiis vide epist. *Etsi minime* d. 14. apr. 1567.

excellentiae tuae tali tempore (quod ardenter cuperemus) ex nostro nequeamus aerario subvenire, impendentis, quemadmodum tuo nomine nobis expositum est, istius cura periculi (c) paternum in te studium nostrum vehementer angit atque sollicitat. cum vero rursus pastoralis oculos sollicitudinis in ecclesiasticarum personarum statum conditionemque convertimus, quorum sumptibus in propriis etiam necessitatibus adhuc pepercimus (d), moleste sane & graviter eo descendimus, ut eos, qui labo-

(c) Impendebat Emanueli Philiberto totique Sabaudiae periculum a Galliae turbis ac seditionibus, ab hugonotorum factione excitatis.

(d) Sed perpetuo parcere non potuit. per autumnum enim hujus ejusdem anni coactus est Pius extraordinarium suis populis tributum imponere. cui quidem exigendo praefecit in Aemilia Montium Valentium, &, ut reliquos eorumque praefecturas Laderchii verbis utens persequar, *Joannem Baptistam Bracellum pro Campania maritima, Latio, & Sabina: Vincentium Portiicum pro civitatibus Ancona, Fano, Firmo, Asculo & Camerini ducatu: Alexandrum Pallenterium pro Marchia Anconitana: Carolum, Montis Falisci episcopum, pro Patrimonii & Umbriae provinciis, ac pro civitate Perusina, & Spoletano ducatu*. Ad singulos autem singulas uno eodemque hoc exemplo litteras Pius dedit: *Etsi statueramus ab initio pontificatus nullis extraordinariis oneribus gravare populos nobis & S. R. E. subjectos, tamen coacti fuimus, non sine magna certe animi molestia, ac multis ac necessariis de causis, ab instituto nostro hoc tempore recedere. Cum igitur, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio & assensu, & ex certa scientia, ac de potestatis apostolicae plenitudine, imposuerimus subsidium quartae partis unius ducati de camera in singulos centum ducatos, ab eis, quorum bona stabilia patrimonialia valorem quingentorum ducatorum similium non excedant, dimidii vero ducati in singulos centum ducatos ab illis, quorum bona patrimonialia eam summam excedunt, nobis & sedi apostolicae immediate mediateve subjectis, tam baronibus, domicellis & dominis, quam aliis utriusque sexus personis, quocumque illi titulo talia bona possideant, exigendum (cujus impositionis modum ideirco potissimum eligimus, quia non plus eo onerantur pauperes, quam divites): nos fidem, industriam, & diligentiam tuam spectatam habentes, te in civitatibus, oppidis & castellis & locis provinciae nostrae N. ipsius subsidii, juxta formam, quam diximus, exigendi, auctoritate apostolica, tenore praesentium, collectorem, exactorem ac receptorem generalem constituimus & deputamus; mandantes &c. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, 28. novembris 1567. pontif. nostri anno II.* At die ejusdem mensis tertio ad Petrum Donatum Caesium, narniensium episcopum, has, quas subjicio, de subsidio a bononiensibus postulando idem Pius litteras dederat: *Cum propter maximas & gravissimas apostolicae sedis & christianae reipublicae necessitates coacti fuerimus, contra voluntatem & pontificatus nostri institutum, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consensu & assensu, indicere nostris & S. R. ecclesiae subjectis subsidium quartae partis & dimidiae unius ducati de camera in singulos centum ducatos hujusmodi, juxta aestimationem bonorum stabilium patrimonialium exigendum, fecit dilectus filius noster populus romanus rem sane praeclaram, & se & suo ergo*

laborantes in verbo & doctrina communibus omnium opibus suf-

erga nos & sanctam sedem apostolicam; fide, pietate & devotione valde dignam. etenim, simul ac desiderium nostrum cognovit, nobis centum millium aureorum subsidium sponte sua obtulit. cujus exemplum reliquas ditionis nostrae & S. R. E. civitates ut imitari velint, sicuti sperare posse videmur, benevole hortandas esse duximus. itaque fraternitatis tuae compertam habentes fidem, integritatem & in rebus gerendis dexteritatem, in civitate nostra Bononia, ejusque districtu, ipsius subsidii exigendi causa, nostrum & apostolicae sedis commissarium & collectorem generalem constituimus & deputavimus. mandamus autem, ut dilectis filiis XXXX. *viris, & communitati ejus civitatis tam laudabile exemplum imitandum proponens, si paratos eos, uti speramus, ad subveniendum nobis repereris, prout necessitates nostrae requirunt ac postulant, quam* (fort. *& ad eam pecuniae summam solvendam, quam*) *illam civitatem cum populo romano pro portione & rata sua, solvere convenit, nihil nisi benevole & benigne agas. at, siqui, quod non putamus, difficiliores & contumaciores fuerint, quos neque tam grave sedis apostolicae & christianae reip. tempus, nec paterna nostra erga subditos nostros voluntas, nec populi romani exemplum moveat: iis illico edi abs te volumus alteras literas nostras sub annulo piscatoris, super ipsius exactione subsidii tibi datas, & juxta earum formam subsidium exigi, sublata, postquam id exigere coeperis, transigendi & paciscendi, sine expresso consensu nostro, facultate quacumque. Datum Romae &c.*

Quam *grave* autem non modo *sedis apostolicae*, verum etiam *christianae reip. tempus* illud esset, planius in diplomate, sive, ut ajunt, *bulla*, eodem illo ipso novembris die tertio data, ex qua particulas aliquot heic exscribere non gravabor, Pius idem declaravit his verbis: *Statutum quidem nobis ac decretum jam inde ab initio pontificatus fuerat, nullum, si fieri posset, in pontificatu nostro onus nec nostris & S. R. E. subditis saecularibus, neque ecclesiasticis personis imponere. verum eas necessitates extitisse dolemus, tantaque pericula imminere, ut, nisi aliquo subsidio juvemur, officio nostro minime satisfacere possimus. nam humani generis hostis, sicut ubique vulgatum esse jam credimus, tot repente tantosque tumultus in nobilissimo francorum regno per ministros & satellites suos haereticos excitavit, ut non sine gemitu & horrore referri possint crudelia, nefanda, impia ac detestanda facinora, quae in omnibus fere partibus illis, in quibus plus haeretici, quam catholici possunt, perpetrata fuerunt, & assidue perpetrantur.... Ex hoc autem tam propinquo incendio nemo est, qui non cernat, quantum Italiae quoque periculum immineat. in quibus tantis illius regni inclyti, & de religione christiana sanctaque sede optime meriti, calamitatibus, & tam manifesto catholicae religionis discrimine, charissimo in Christo filio nostro francorum regi christianissimo, auxilium nostrum imploranti, & religioni simul cum eo catholicae, pro qua sanguinem etiam profundere parati essemus, deesse nequaquam possumus, nec debemus. Auxilio vero & defensione nostra etiam maxime indigere res nostras* (fort. *indigent res nostrae*) *& S.R.E. peculiares, Avenionensis civitas, & comitatus Venassinus, apostolicae sedis maxime fideles, in hoc universo Galliae tumultu in maximo versantes discrimine, ad eam civitatem & comitatum occupandi* (fort. *occupandum*) *maxime inhiantibus haereticis. Jam vero auditum esse credimus, quantum periculi a novo turcarum tyranno, christiani nominis hoste immanissimo, impendeat... ad cujus tam potentis hostis impetus propulsan-*

tentandi sint, ex suis difficultatibus aliis opitulari jubeamus. verum anxiam deliberationem nostram pietas tua ac religio consolatur, qua cum ita semper excellueris, ut firma sit opinio,
e te plus illis, quam caeteris armis, ad recuperandam olim (e) ditionis tuae possessionem adjutum fuisse, in eodem profecto omnipotentis Dei praesidio majorem nunc etiam spem, quam in externarum rerum adjumento, collocabis. itaque, quod te tua sponte facturum confidimus, ad id te, pro patrio in te praecipui amoris affectu, quantum possumus, in domino cohortamur, ne istud tuae necessitati a nobis concessum sabaudiensis cleri subf
f sidium, nisi necessitas ipsa coëgerit, velis exigere (f). plus enim

pulsandos, munire necesse est & validis firmare praesidiis oppida nostra maritima non sine maximis sumptibus. His tot & tam gravibus necessariisque de causis cum de ven. fratrum nostrorum S.R.E. cardinalium consilio & assensu, subsidium saecularibus hominibus, nobis & apostolicae sedi immediate mediateve subjectis . . . . . nuper imposuerimus, aequissimum esse censuimus a religiosis quoque personis aliquod subsidium exigi; ut tot & tam necessarias impensas facere possimus... Quocirca universis ac singulis monasteriis, intra Italiam constitutis, ordinum & congregationum, Cassinensis, Carthusiensis, Lateranensis, Montis Oliveti, S.Georgii in Alga Maris, Caelestinorum, Cisterciensis in Longobardia, S. Hieronymi, Cruciferorum, & Silvestrinorum, alterum tantum, quantum subsidii nomine quotannis camerae apostolicae solvere consueverunt, pro hac dumtaxat vice solvendum, &, si qua dictarum congregationum solvere tale subsidium non consueverit, ipsa quoque exemplo aliarum taxetur. Conventibus autem singulis cunctorum ordinum mendicantium, intra Italiam consistentibus, unam fructuum, proventuum, & redituum suorum decimam, juxta taxam antiquam, tenore praesentium imponimus, & impositam esse decernimus. Ipsarum autem congregationum, quas diximus, subsidium, & mendicantium decimam a nostro dilecto filio Vitellotio S. Mariae in Via lata diacono cardinali, & dilecto filio Bartholomaeo Bussotto, thesaurario nostro generali... solvi, vel per personas ab eis deputandas exigi & colligi volumus &c.

(e) Id anno 1561. Pio IV. pontifice max. contigerat. Natalis Comes in *Historia sui temporis* ad eum ipsum annum, *Philibertus*, inquit, *dux Allobrogum cum Margherita, Francisci I. regis gallorum filia, in suum principatum restituitur cum incredibili totius cisalpinae Galliae & transalpinae laetitia. nam, praeter Savilianum Pinariolumque oppida, universum vetus ducum sabaudiensium imperium illi restitutum fuerat &c.*

(f) Exegerit ne postea, an non exegerit Emanuel Philibertus hoc a sabaudiensi clero subsidium, nescio. hoc scio, adjutum a Pio non multo post ipsum fuisse decem aureorum millium subsidio, quo instructior ac minore cum suo dispendio ad auxilium Carolo IX. hugonotorum insidiis atque armis circumvento, ferendum in Galliam properaret: ad quem die novembris hujus anni decimosexto has litteras Pius dedit:

Dilecto filio, nobili viro, Emanueli Philiberto, Sabaudiae duci &c.

Placuerunt nobis ea, quae secretarius tuus mandato tuo diligenter nobis exposuit. Cardinali Lotharingio aliquantam pecuniam, sicut hortatus es, misimus.

enim tibi, ad repellendos inimicorum impetus & insidias, preces & vota proderunt sacrorum hominum, quam quantam tibi opem multo etiam major pecuniae vis afferre possit. orabunt illi locis omnibus voluntarii ac libentes, & obtestabuntur Deum pro tua ac tuarum rerum salute & incolumitate. contra autem, si ex facultatibus, quibus se vix tuentur, aliis quoque contribuere necesse habuerint, non pro aliis deprecari, sed coram Deo pro se lugere ac gemere cogentur. illae sunt supplices piorum, tanquam Moysis, manus (*g*), quae sustentatae a principibus victoriam precibus a Deo consequuntnr. sin autem rerum necessariarum inopia orationem remiserint, verendum est, ne ab hostili Amalechitarum manu superemur. sed tuum, ut diximus, catholicae fidei ac pietatis studium nobis persuadet, te, nisi necessario, concessione ista subsidii nostra non usurum. quod cum facies, nos quidem, ad omnem dignitatem & amplificationem tuam valde propensos, arctioribus etiam charitatis vinculis tibi devincies. Deum certe contra non solum haereticos, sed omnes praeterea hostes, tui defensorem ac propugnatorem habebis. Romae. XVIII. Kal. jul. (*h*) M. D. LXVII.

misimus. ad tuam quoque nobilitatem decem millia aureorum in praesentia mittimus, ut ea adjutus pecunia commodius ferre auxilium possis regi christianissimo, tam gravi ejus & catholicae religionis tempore. ad Lotharingiae ducem misimus literas nuper (die XI. nov.) *& nuncium* (Petrum Sanctium), *hortantes eum, ut sese opponat, siqua ex Germania haereticorum auxilia in Galliam transire conabuntur. Italiae vero principes per literas & nuncios hortari & excitare statuimus ad mittenda regi quam maxima quisque eorum poterit auxilia. nullum plane officium tam necessario tempore christianissimo regi a nobis deerit, multo plura praestituris, si majores opes & facultates haberemus, cum pro paterna erga eum charitate nostra, tum divini obsequii causa. te quoque hortatione non egere videmus, ut & Deo & regi, affini & consanguineo* (Carolus enim IX. de quo heic agitur, Henricum II. patrem habuerat, Margaritae, Emanuelis hujus Philiberti uxoris, fratrem), *officium praestes. tantum hortamur, ut celeritatem, quam maximam potes, adhibeas. quod attinet ad oppida & loca, quae a Bernensibus nuper tibi reddita fuerunt, ex secretario tuo cognosces ea, quae nobilitati tuae referenda mandavimus. Datum Romae &c.*

(*g*) In libro *Exodi* cap. XVII. v. 11. *Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israël: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec... Aaron autem & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. & factum est, ut manus illius non lassarentur usque ad occasum solis. fugavitque Josue Amalec, & populum ejus in ore gladii.*

(*h*) Al. *jun.*

XXVI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Archiepiſcopo Salisburgenſi. (*a*)

25. jun. 1567.

Ut in Davidis, Ratisbonenſium epiſcopi electi, doctrinam & mores inquirat, ac referat, pontificis max. nomine mandat.

COgnitis iis, quae tuis literis, ad ſanctiſſimum dominum noſtrum XIV. maji datis, continentur, mihi mandavit ſua ſanctitas, ut ad te ſcriberem, ut de iſtius Davidis (*b*), ratisbonenſis

(*a*) Inſcripta eſt haec epiſtola in codice barber. *Epiſcopo Ratisbonenſi*, errore manifeſto. itaque emendavi ex codice tabul.vatic. De ſalisburgenſium autem archiepiſcopo Joanne Jacobo de Kuon, ad quem ea data eſt, vide vol.II. pag.204. Sed multo plura de eo ſuppeditabit eruditiſſimus P.Marcus Hanſizius T.II. *Germaniae ſacrae* pag.623. & ſeqq. edit. auguſtanae an.1729. A me nunc habe inſigne teſtimonium, hominis virtuti a card. Commendono datum in binis apud me litteris, quas ad card. Joannem Suavem Reomanum Auguſta Romam dedit anno 1566. In prioribus quidem, die 22.mart. datis, *A la più parte*, inquit, *de' ſignori, che quì ſi ritrovano, ho già preſentati i brevi di noſtro ſignore. fra gli altri l'arciveſcovo di Salzburg ha ricevuto il ſuo con molta reverentia. &, in conformità di quanto ſua ſignoria mi haveva già detto un di queſti dì, che venne ad offerirmiſi prontiſſimo di ſervire Dio & ſua beatitudine, mi ha hora di nuovo affermato, che non reſtarà di far l'offitio & debito ſuo, così ne la ſua chieſa come ne la preſente dieta, in tutto quello, che potrà, con metterci ancho, quando foſſe biſogno, il proprio ſangue. & con queſta occaſione è intrato a narrare diffuſamente le fatiche, che ha nel governo de la ſua dioceſi, per la molta infettione, ch'è nell'Auſtria, & ne la Carintia & Stiria; tantochè, ſe da la parte de la Baviera & del contado del Tirolo, ch' è de l'arciduca Ferdinando, non foſſe alquanto ſollevato & diſeſo, non potria pure reprimere i ſuoi proprij vaſſalli, dopo la conceſſione del calice fatti così inſolenti, che non vogliono più nè meſſa nè preti nè communione alcuna per mano de'preti &c.* Die autem 19. aprilis, *L'arciveſcovo*, inquit, *di Salzburg, oltra l'eſſere & di ricchezze & di forze il principale prelato, che hora ſia in Germania, ſi moſtra veramente buon eccleſiaſtico, & dà buoniſſimo eſſempio; particolarmente verſo la ſede apoſtolica moſtra ſingolare reverentia.*

(*b*) De hoc Davide haec a Wiguleo Hund memoriae prodita ſunt in T. I. operis inſcripti *Metropolis Salisburgenſis*, pag.220. edit. monachienſis an. 1620. *David Koldrer, decanus, canonicus & cuſtos eccleſiae ratisbonenſis, eligitur epiſcopus ad* VIII. *idus februarii. hic ad dominicam* exaudi, *quae fuit* XI. *maji, anno* 1567. *Salisburgum ivit, examen epiſcoporum electorum, in concilio tridentino praeſcriptum, una cum confeſſione fidei apud metropolitanum ſubiturus. ibi conſultum videbatur,*

nensis electi, doctrina, moribus & caeteris, quae tali in re necessario requiruntur, diligenter inquiras, eaque, omnibus vere com-

tur, ut etiam caesareae majestatis patrocinium conquireret, eo quod Pius V. cunctantior (corr. *cunctatior*) *diceretur in electione pastorum confirmanda. id quod & factum est, ut electus post biennium* VIII. *idus martii confirmaretur, & confirmationis literae* XIII. *maji Roma Ratisbonam venirent ... Obiit autem David episcopus Ratisbonae die... augusti anno domini* 1579. Confirmationis autem ejusmodi tamdiu differendae justissimas, sed vulgo ignotas, causas habuisse Pium, non est dubitandum: idque suis ipse Pius litteris ad *Capitulum & decanum ecclesiae ratisponensis* die 3. sept. anni insequentis datis, testificatus est: in quibus, *De electo a vobis*, inquit, *episcopo quaedam adeo gravia nobis ex personarum, fide dignarum, testimonio innotuerunt, ut sine magno conscientiae nostrae onere, & aliorum scandalo eum confirmare non possimus. etsi autem ipsi pro nostro jure alium eligere possemus, tamen vobiscum aequius agere volentes, alterius eligendi vobis potestatem relinquimus, mandantes in virtute sanctae obedientiae, ut Dei tantum honorem & ecclesiae vestrae utilitatem ante oculos habentes, talem primo quoque tempore eligere studeatis, quem & catholicum esse compertum habeatis, & cum prudentia & rerum usu tanto oneri aptum, tum ea vitae & morum honestate praeditum, ut, servatis sacri concilii decretis, eum confirmare possimus. Datum &c.* Sed neque alius a capitulo electus est, neque, ut eligeretur, Pius institit, postea quidem quam, Davidis causa diligentius cognita, hominisque vitae institutis sensibusque perspectis, statuit ad electionis jam factae confirmationem rite a se ac legitime deveniri posse. itaque biennio post, quam hanc nostram ad salisburgensium episcopum epistolam miserat, hoc est die 28. jun. an. 1569. sequentes ad Davidem ipsum de eo jam a se confirmato litteras dedit:

„ Dilecto filio David episcopo
„ Ratisponensi electo.

„ Pius Papa V.

„ Dilecte &c. Quod in te episco-
„ po ratisponensi electo confirmando
„ superioribus mensibus nos difficiles
„ admodum, & valde voluntati tuae
„ resistentes expertus es, ob nullam
„ aliam causam accidisse scito, nisi
„ quia de moribus vitaque tua multa
„ nobis, secus quam vellemus, au-
„ dita prohibebant, nos electionis
„ tuae confirmationi cum istius eccle-
„ siae manifesto periculo assentiri. sed,
„ cum postea ab idoneis auctoribus
„ fides nobis facta esset, magnam te
„ morum mutationem fecisse, certior-
„ que & exploratior spes afferretur,
„ te innocentia integritateque vitae
„ reliquisque sacerdotalibus virtuti-
„ bus quotidie magis profecturum,
„ cumque, ut tibi confirmationem
„ concederemus, charissimus noster in
„ Christo filius Maximilianus, roma-
„ norum imperator electus, summis
„ precibus a nobis postulavisset, eo-
„ demque venerabilis fratris archiepi-
„ scopi salisburgensis, dilectique filii,
„ nobilis viri, Ferdinandi archiducis
„ Austriae, aliorumque catholicorum
„ principum preces accessissent, apo-
„ stolicae hujus sedis benignitate per-
„ moti, & paternae nostrae mansue-
„ tudinis non obliti, confirmationem
„ tibi ulterius negandam non esse exi-
„ stimavimus: cujus quidem confir-
„ mationis apostolicas nostras literas,
„ sub plumbo expeditas, accepisse te
„ credimus. Restat nunc, ut, quo-
„ niam tu in eo, quod obtinere vole-
„ bas, nostram benignitatem es ex-
„ pertus, studiose operam des, ne,
„ quam nobis de te spem commodio-
„ rem

commemoratis, quae in utranque partem de illo dicta fuerint; publica auctoritate comprobata, primo quoque tempore perscripta ad (c) ipsius sanctitatem mittas. quod negotium ad (d) amplitudinis tuae conscientiam referens sua sanctitas, non dubitat,

c d

„ rem dedisti, eam apud nos fallas; „ in primisque ut, juxta decretum sacrosancti tridentini generalis concilii, consecrationis munus intra statutum ab eodem concilio tempus suscipias, ut ea, quae episcopatus propria sunt, munera exercere atque exequi possis... In monasteriis ancillarum Dei quaecumque corrigenda reformandaque fuerint, ad veteris censurae disciplinam revocata reformes. praecipue vero reformandi monasterii illius curam suscipe, cujus causa tam multa, quae tibi bene nota sunt, scandala orta sunt. quae si feceris, non solum, quod tibi in primis propositum esse debet, tuo ipse officio functus fueris, sed nos quoque erga te in dies benigniores experieris. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 28. junii 1569. pont. nostri anno 4.

Has Pii V. litteras Laderchius in tomum XXIII. *Annal. eccles.* pag. 278. intulit, ex *archiv. vatic.* depromtas, atque illa subdidit: *Cur vero pontifex tam omnium mulierum monasteriorum, quam illius praecipue, in quo scandala orta fuerant, reformationi Davidem incumbere jusserit, prorsus incompertum.* Atqui mihi videor aliquid de ea re comperisse in quadam card. Commendoni epistola, ad card. Alexandrinum die 24. mart. 1568. Monachio data, quam ex tabulariolo meo, quemadmodum ejusdem caeteras, profero:

Partendo di Salzburg ricevei una lettera di V.S. illustrissima di 12. del passato, che mi commandava, ch' io pigliassi informatione, se quella donna tenuta da l'eletto di Ratisbona sia stata professa o nò. io ne parlai allhora con l'arcivescovo di Salzburg, & di Patavia, che mi vennero ad accompagnare per alcune miglia, & non trovai, che alcuno di essi fosse certo, che colei sia o non sia professa: perchè sono in Germania de i monasterij di donne, ne' quali l'abbadessa sola fa professione. ma, come l'arcivescovo & il vescovo sopradetti mi hanno affermato, & queste & quelle sono tenute per monache. io, perchè hebbi questa lettera di V.S. illustrissima, mentre che partivo, lasciando monsignor di Torcello in Salzburg, acciochè si trovasse presente al principio di quella sinodo, & a l'accettatione del concilio di Trento, gli lasciai ordine, che cercasse d'informarsi di colei. &, per quanto egli ha inteso, & io anchora ho quì udito, ella è di queste donne, che non fanno professione: nè l'eletto per molte admonitioni, che gli sono state fatte, non l'ha voluta mai lasciare, se non ultimamente dopo la sua elettione, gravemente ripreso da l'arcivescovo di Salzburg. anzi si dice, che fra loro s'haveano dato anelli, come marito & moglie. Il signor Duca di Baviera dice, che veramente lo scandalo di questo fatto è stato molto grande, massime per esser seguito in Ratisbona in conspetto di tanti heretici: & che perciò esso havea negato più volte di dare a l'eletto lettere di raccomandatione a nostro signore: & che finalmente per le preghiere di molti rispose a l'eletto, che dovesse porre in scrittura la sua dimanda, che esso l'harebbe inclusa in una sua lettera simplice a nostro signore: come poi fece, rimettendo tutta la deliberatione in sua santità &c.

(c) *huc ad* cod. barber.

(d) *ad tuam conscientiam referens sua beatitudo non &c.* id.

bitat, quin Deo & hominibus ea in re ſatisfacere ſtudeat (e): cui Deum benignum & propitium precor. Romae. VII. (f) Kal. jul. M. D. LXVII. e f

(e) *ſtudeas* id. (f) IV. id.

XXVII.

Pius PP. V. Regi Catholico. (a) a

Ad controverſiae cum rege Poloniae compoſitionem vehementer hortatur. 28. jun. 1567.

IN maximo dolore, quem, pro communis paſtoris ac parentis officio, capimus ex cauſis, quotidie a chriſtianis populis Dei benignitatem abalienantibus, praecipue angimur regum controverſiis atque diſcordiis. cum enim in tantis malis, quibus urgetur eccleſia Dei, ſecundum infinitam ejus miſericordiam, proxima ſpes ſit in concordia principum, ad ſalutarem reipublicae quietem incumbentium, quis jam caeleſtis irae timor non impendeat, illis ſimultatum ac diſſenſionum ſemina nutrientibus? qua in ſollicitudine, pro ſumma etiam erga te charitate, quam multis verae fidei ac pietatis documentis foves atque confirmas, mirifice torquemur ea controverſia, quam habes cum majeſtate Poloniae (b). qua in re cum juſſu illius regis nobis regiam b

(a) Philippo II.

(b) Bona Sfortia, Joannis Galeatii, mediolanenſium ducis, & Iſabellae Aragoniae filia, Sigiſmundi I. Poloniae regis uxor, & Sigiſmundi Auguſti (de quo in hac epiſtola agitur) mater, filio propter eas cauſas, quas in vol. II. pag. 29. attulimus, offenſa, non filium, ſed Philippum II. Hiſpaniarum regem, roſſanenſis in Calabria principatus, ac barienſis in Apulia ducatus heredem moriens anno 1557. reliquerat. hinc Sigiſmundi Auguſti cum Philippo II. de illa hereditate vetus & magno utrimque animorum ſtudio atque ardore agitata controverſia, quae hoc epiſtolae hujus loco ſignificatur, & de qua in ſuperioribus voluminibus ſaepe incidit mentio. Nunc Commendoni binarum litterarum particulas afferam, quibus res tota, ac praeſertim Sigiſmundi Auguſti regis animus, ob injuriam, quam ſibi a Philippo fieri arbitrabatur, offenſus ac valde ſaucius intelligitur. ad card. Borromaeum die 24. febr. an. 1564. Verſavia Romam ſcribens, *Intrammo poi*, inquit, *a ragionare* (col rè Sigiſmondo Auguſto) *de le coſe di Bari, le quali ſua maeſtà diſſe eſſerſi contentata di rimettere ne la maeſtà ceſarea* (Ferdinando I.) *come in padre commune del rè catholico & ſuo: ma che, dopo tanto tempo & tanta ſpeſa & diligentia uſataci, non havea pure potuto impetrare di vedere il principio, non che il fine di queſta cauſa; & che ſi contentarebbe hormai di perdere tutto quello ſtato, purchè ſe le faceſſe giuſtitia contra coloro, che gli hanno avvelenata la madre, & fatti tanti altri*

giam causam & voluntatem exposuerit spectatus in primis vir Petrus

altri torti: nondimeno che sperava anchora assai ne la bontà di nostro signore (Pio IV.), *il quale è il vero & legitimo giudice di questa causa. A che io replicai, che sua santità non era mai mancata di far de gli offitij a favore de la maestà sua, per l'amor, che le porta, & per il desiderio che tiene di udirla consolata: ma che io per la servitù, ch'io tenevo con sua maestà, non restarei di dirle confidentemente, essere state riferite a sua santità più cose contro la maestà sua, & fra le altre l'importantia de li decreti di Petricovia, fatti con tanto pregiuditio de la libertà ecclesiastica: le quali cose non haveano lasciato fare quegli offitij, che altrimenti si haverebbono fatti, & con l'imperatore & col rè catholico: ma che io sperava, che in questa dieta sua maestà, secondo che mi havea detto, sarebbe con gli effetti cognoscere a nostro signore la buona mente sua: il che facendo, io ero certo, che sua santità pigliarebbe protettione di questa causa, & vi si adoperarebbe efficacemente. sua maestà mostrò di haver ciò molto grato. & con questo io mi licentiai*. Sed jam inde ab initio pontificatus sui ostenderat Pius IV. quam valde sibi cordi esset hujusmodi negocium. inter mandata enim Hosio, apostolico apud Ferdinandum nuncio, data die 18. maji an. 1560. quintum fuerat *de causa bariensi, cujus expeditionem sanctitas sua cupiebat sua etiam intercessione cordi esse majestati suae* (caesareae), *quando jam duo reges Hispaniae & Poloniae eam judicem legerunt, neque aliud quicquam petant, nisi jus sibi administrari*. Alterius, quam polliciti sumus, Commendoni epistolae particula, epistolae, inquam, ad card. Michaëlem Bonellum die 15. jun. an. 1571. Verona Romam datae, haec est: *Ho ricevuto hieri la commissione di V.S. illustrissima, ch'io mi porga a l'ordine per il viaggio di Germania & di Polonia: & ho cominciato a fare diligentemente quanto mi comanda... Quanto al rè di Polonia, io stimo, che, per far questa lega fruttuosa da vero, non vi potrebbe entrar principe alcuno di maggior importantia: potendo quella natione, bellicosa assai, assaltare con grosso essercito di cavalleria il paese de' turchi... Per il che ricorderò humilmente a V.S. illustrissima, che oltre l'altre difficultà, che può havere questo negotio in Polonia, il rispetto del rè catholico, che dovrebbe essere principalissimo ad assicurare & muovere ognuno ad abbracciare la presente occasione, temo, che non sia quello, che faccia più che altra cosa ritirare il rè di Polonia. si trova quella maestà malissimo satisfatta degli spagnuoli, per causa de gli stati di Bari & di Rossano; a li quali essendo stata chiamata & compresa ne l'investitura insieme con la madre, pretende di non potere esserne privata, quando bene fosse legitimo il secondo testamento, che hora si allega essere stato fatto da essa sua madre. a questa causa si aggiunge, che, havendo il detto rè quaranta tre mila ducati d'intrata d'un datio, che comprò la madre da la regia camera di Napoli, de la quale senza controversia esso rè di Polonia è herede, & gli è stata fin qui pagata senza contradittione, quest'anno la camera, allegando bisogni di guerra, se gli ha presi, & ricusa di volerne pagare più di dieci mila. la qual cosa, come la sappia il rè di Polonia, che già ne debb'essere avvisato, aggionta a molte altre indignità & aggravij, che sua maestà pretende haver patito da' ministri del rè catholico, non è dubbio, che se ne sdegnarà grandemente. & V.S. illustrissima sa quanto possano ne gli animi de' gran principi questi sdegni: & può insieme considerare quanta difficultà ciò possa mettere a disporre sua maestà, che voglia entrare in lega, & congiongersi con*

Petrus Barzius, ejus legatus (*c*), nos & singularis in te amoris

 & ma-

con un principe, da' ministri del quale si tenga così offesa & maltrattata. onde per servitio publico, io crederei, che sarebbe forse bene, che nostro signore ne facesse qualche offitio con l'ambasciator del rè catholico & con il signor cardinale di Granvela, per levar via, più che si può, questi impedimenti. Ego vero divinam Pii V. prudentiam ac providentiam satis mirari non possum, qui toto quadriennio, ante quam haec Commendonus moneret, sua sponte ad ipsum catholicum regem hanc, quam prae manibus habemus, epistolam scripserit, ac tantopere de tollenda inter eum & Sigismundum Augustum ejusmodi controversia laborarit, ex qua universae christianae reip. maxima olim detrimenta importari posse, sentiebat. & revera Sigismundus Augustus hic, ob exulceratum fortasse adversus Philippum regem animum, memorabilis illius foederis, quod contra Selimum, turcarum imperatorem, cum Philippo ipso rege venetaque republica Pius postea conjunxit, & ad quod ineundum, misso Commendono, illum quoque invitarat, esse particeps noluit, christianamque rem, quantum in ipso fuit, in extremum paene discrimen adduci sivit.

(*c*) Hunc Petrum Barzium, Sigismundi Augusti oratorem, romanam urbem hoc ipso anno ingressum esse die januarii mensis octavo, orationemque suam, qua Pio V. pontificatum maximum regis sui nomine gratulatus est, triduo post habuisse, supra pag. 128. diximus. habuerat autem in mandatis regiis illud quoque, ut de bariensi negocio cum pontifice max. ageret, ac Neapolim deinde, conficiendi ejus, si fieri posset, causa, denique in Hispaniam sese conferret. ad eum, in illa urbe commorantem, datae sunt hae a Commendono Kalendis mart. hujus anni litterae: *Per il suffraganeo di Posnania, che vostra eccellenza mi raccommanda, mi adoperarò volentieri con nostro signore... De la venuta di vostra eccellenza a Roma io ho detto l'opinion mia a messer Giorgio Ticinio, il quale glie la scriverà diffusamente. essa giudicarà quello, che le piacerà meglio. io ero d'opinione, che la dovesse intrattenersi costì, & per spedire prima la cosa de' denari, & per non intrar quì di nuovo ne le difficultà, che pur troppo una volta ci hanno travagliato. & tanto più mi piace questo partito, quanto per gli ultimi avvisi di Spagna è molto cresciuta la speranza, che il rè sia per venire in Italia: & però non è necessario, che l'eccellenza vostra affretti la sua partita per Spagna. & nostro signor Dio la conservi.* Verum, ubi constitit, Philippum in Italiam non esse venturum, Barzius in Hispaniam ad eum profectus est mense, ut opinor, octobri. habeo enim Gratiani ad Jacobum Bresnicium litteras, die 27. sept. hujus anni Narnia datas, in quibus, *Persens*, inquit, *Cataneus est apud regis* (Sigismundi Augusti) *legatum* (Barzium). *his, ut jubes, salutem adscribam tuis verbis. ipsos nunc arbitror Hispaniam petere. nam Philippus rex, cum, expetitus a bonis omnibus in Belgio, jam jamque expectaretur, repente transmissionem suam in sequentem annum rejecit.* In Hispania autem ante vivere Barzius desiit, quam de bariensi negocio, cujus causa eo missus fuerat, transigere potuisset, an. 1570. mortuus: cui in ejusdem rei tractatione suffectus est a Sigismundo Augusto Petrus Volschius, ad quem Gratianus die 21. apr. ejusdem anni has litteras dedit: *Il signor Ticinio mi ha salutato hoggi per nome di V. S. & datomi avviso del suo arrivo in Madrid, & come tosto era per giungere in corte, ov'è tanto necessario & tanto aspettato l'arrivo loro... Così il signore Dio conceda a V. S. gratia di riportare da questa trat-*

& maxime officii nostri esse duximus, per viscera misericordiae Christi domini vehementer petere a majestate tua, ut ipse tuae aequitatis ac pietatis curam in ejus controversiae cogitationem conferas. non enim dubitamus, quin, si ad propriam majestatis tuae mentem ejus causae judicium revocaris, quantamque illa gratiae reconciliatio spem & expectationem meliorum rerum piis omnibus allatura sit, animo reputaveris tuo, brevi efficias, ut ea lis admirabili cum nominis tui gloria dirimatur. quod cum ita exoptemus, ut nostrum ea in re studium esse non possit arden-
d tius (*d*), te perfecturum confidimus, ut ista etiam humanitatis tuae

trattatione quella gloria, col servitio de la maestà regia, che si ha da sperare dal valore de la signoria vostra, & da l'esperientia & notitia, che tiene & del negotio & di cotesta corte. Messer Perseo Catani penso che si troverà appresso V.S. & che la si servirà ancho de l'opera sua. è veramente persona industriosa & intelligente, & che havendo maneggiato questo negotio tutto sotto quell'infelice signore (Pietro Barzi), *& havendo introduttione presso i ministri catholici, potrà essere a V.S. di servitio. & la fedeltà & amorevolezza, ch' egli dimostra verso il padrone suo ancho dopo morte, danno certo grande inditio de l'integrità de l'animo suo ... Le raccomando anchora il Cucharski, che ha servito alcun tempo il cardinale* (Commendone), *mio signore, & è giovane di buon ingegno: da chi il signor Pietro bo.mem. riceveva bonissimo servitio. &c.* Sed de Petri hujus Barzii singulari dignitate, deque ejus eximio catholicae religionis defendendae studio non possum non extremo hoc loco ea describere, quae Commendonus ad card. Borromaeum die 9. sept. an. 1564. Leopoli scripsit: *Io*, inquit, *venni in Leopoli a li 6. di questo: dove l'arcivescovo de gli armeni, & il vescovo de li rutheni, che stanno in questa città, s'erano apparecchiati insieme con l'arcivescovo latino ad uscir con i loro cleri & con i magistrati de la città ad incontrarmi. &, benchè io arrivassi un giorno prima di quel ch'essi m'aspettavano, fu nondimeno un concorso grandissimo per tutte le strade & fuori de la città, con molta dimostratione di riverentia & divotione verso la sede apostolica; ritrovandosi questa città, secondo ch'io intendo, del tutto netta da l'heresie di questi tempi. il che da ognuno è principalmente attribuito a la singular vigilantia & religione del signor Pietro Barzi, che n'è governatore. questo signore è stato quello, che solo ha difeso in Cracovia la chiesa di S. Martino, che gli heretici il maggio passato tentarono fin con la forza d'occupare: perchè, essendosi egli per voluntà di Dio ritrovato a quel tempo in Cracovia, s'oppose a gli heretici con tanto zelo, fin protestando di volerla difendere col sangue suo proprio, che, pigliandone ardire i catholici, & concorrendovi molti a favor suo, gli heretici, anchora che fussero grossi, & favoriti da' primi huomini del regno, ivi presenti, nondimeno abbandonarono l'impresa.*

(*d*) Quam ardens Pii V. studium extiterit controversiae hujus inter Philippum & Sigismundum Augustum componendae, ex litteris etiam cardinalis Commendoni, aeque compositionis ejus studiosi, ad Joannem Baptistam Castaneam, rossanensium archiepiscopum, apostolicum in Hispania nuncium, die 18. dec. insequentis anni Vienna datis, intelligi potest; quas subjicio: *Ho sentito grandissima consolatione da la lettera di V.S. de li ... ottobre circa il negotio di Bari, sì per vedere la molta sua*

tuae significatione sperare possimus, christianis populis jam esse placatiorem Deum: cujus rei magnum argumentum est regum inter ipsos concordia & gratia. nos certe, in communium ecclesiae Dei periculorum sollicitudine, magnopere de ista etiam dissensione laborantes, pia ac vere regia ea animi tui magnitudine singulari molestia liberaris. Romae. IV. (e) Kal.jul. M. D. LXVII. e

sua prontezza in esseguire la commissione di nostro signore, & ajutare il detto negotio, come per il testimonio, che mi dà, de' prudenti & honorati portamenti del signor ambasciador di Polonia (Pietro Barzi), *il quale essendo da me amato come fratello, sento grandemente ogni sua laude. Io vorrei trovare forma di parole, che esprimesse il desiderio, ch'io ho, che a V.S. sia raccommandato il detto negotio. ma, senza che io le dica altro, essa s'immagini da sè la più efficace forma, che possa usarsi, & sia contenta & con gli offitij suoi & col consiglio ajutare il sudetto signor ambasciatore, acciochè presto conduca a fine la sua negotiatione: perchè non sarà ancho se non molto utile al servitio di Dio, & conseguentemente a le cose di sua maestà catholica, che il rè di Polonia habbia da lei questa satisfattione, & resti fra questi due rè quella intelligentia & amorevolezza, che conviene a la congiuntione del sangue, ch'è fra loro, & al bisogno de' presenti tempi. con che mi offero & raccomando a V. S. &c.*

(e) XI. cod. barber. In codice autem tabul. vatic. duplex extat hujus epistolae exemplum, in quorum altero pag.243. *die* V.*julii*, in altero *die* 28. *junii* data haec ipsa epistola comparet. ego posteriorem hanc temporis notationem sequutus sum.

XXVIII.

Pius PP. V. Maximiliano Imperatori. (a) a

Ab eo petit, ut controversias inter Mantuae Ducem & Casalenses cives exortas dirimere quamprimum velit. 28. jun. 1567.

INtelligentes, quantam pacis & mutui amoris necessitatem christianis hominibus imposuerit is, cujus divinae providentiae visum est infirmitatem nostram ad pastoralem hanc sollicitudinem evocare, pro hujus officii munere vehementius animo commovemur, cum, inter quos minime convenit, odii aut inimicitiarum causas exortas esse, cognoscimus. cum vero simultatibus atque dis-

Hh 2 sidiis

(a) Epistolam hanc, etsi inter Pogiani epistolas in codice barberiniano recensitam, a Pogiano tamen scriptam non fuisse, mihi & ejus stilus vehementem suspicionem olim commoverat, & codex sanctioris tabularii vaticani, in quo pagina 238. eam Caesari Glorierio adscribi animadverti, nuperrime persuasit. verum, tum propter elegantiam atque eloquentiam, tum ob argumenti praestantiam, digna sane est, quae inter Pogiani epistolas legatur.

ſidiis populos a ſuis principibus diſcrepantes audimus, incredibiliter angimur, neceſſarium ſanctae charitatis ordinem tanto animarum periculo depravari. quo in genere mirum in modum nos habet ſollicitos ducis mantuani & civium caſalenſium diſſenſio (*b*), acrior jam ac diuturnior, quam ferre poſſint, quae dominos ac ſubditos divinitus inter ſe colligant, mutuae vincula pietatis. nimium illa perturbatione divina & humana jura violantur: multae praebentur anſae nefariis ſpiritibus earum tentationum, quarum etiam cogitationem perhorreſcimus. itaque omnem occaſionem graviorum malorum, illa ſedata controverſia, removeri ſummopere cupientes, te, ad cujus arbitrium eam cauſam de communi ſententia conferri laetati ſumus, rogamus & obſecramus in domino, ut, eam cauſam propria cura & cogitatione complectens, litem tuo judicio & aequitate dirimere velis. erit negotium te dignum; in quo, reliquiis etiam, quaecunque interceſſerunt, communium offenſionum tua prudentia & auctoritate ſublatis, habita tamen ratione ejus, quae a ſubjectis principi debetur, obſervantiae, conſervabis ac ſtabilies in perpetuum illam ditionem affinis (*c*) ducis, obligabiſque tibi ſummi beneficii memoria nobilem & ſuo principi perutilem civitatem. utrique certe, amotis ſummi judicii tui poteſtate ac celeritate periculis, quae litium diuturnitas gignere ſolet, & mutuae voluntatis reconciliatae, praeſertim per imperatoriam majeſtatem, & ſanctae neceſſitudinis communiſque ſecuritatis conſtitutae memoriam perpetuo retinebunt. in quo, praeter gratiam, quam a Deo, auctore pacis atque concordiae, ſingularem inibit majeſtas tua, eam praeterea gloriam conſequetur, quae in ſummorum imperatorum laudibus in primis numeratur, quos poſte-

(*b*) De hac diſſenſione diſſenſioniſque cauſis, ac de totius controverſiae exitu conſule Natalem Comitem in *Hiſt. ſui temporis* ad hunc annum 1567. p. 390. & ſeq. edit. argentorat. an. 1612. Ex qua Natalis *Hiſtoria*, quae ſummatim in *Annal. eccleſ.* tom. 22. pag. 350. col. 2. Laderchius tranſtulit, haec ſunt: *Caſalenſium quoque ſeditiones vix exortae hoc quoque tempore finem acceperunt. in ducem ſiquidem mantuanum* (Guilhelmum) *dominum ſuum li conſpiraverant, quod aegre ferrent ſuorum quorumdam privilegiorum jacturam. ea de re in judicium ante Maximilianum imperatorem ducem ipſum vocaverant. at, cum iſte cauſam obtinuiſſet, & Marchio renunciatus eſſet, Mola, & Capellius, caſalenſes juriſconſulti, quod judicio aſſequi non potuerant, armis extorquere conati ſunt; armatiſque duobus militum millibus, noctu vim duci inferre voluerunt. at is, inſidiarum ab epiſcopo civitatis admonitus, ſe in arcem recepit: &, coacto deinde milite, rebellantes compreſſit.*

(*c*) Eleonora enim auſtriaca, Guilhelmi hujus, Mantuae ducis, uxor, Maximiliani II. ad quem data eſt haec epiſtola, ſoror erat.

posteritas pacificatoris nomine celebravit: plurimum vero hominum studia jucundissimo hoc tanquam sui animi pignore sibi devinciet. nobis certe ita gratum facies, ut nos in maximis curis, quibus urgemur hoc ecclesiae Dei tempore, non parva sollicitudine, qua afficimur ex ejusmodi controversiarum causis, tua sapientia & aequitate satis levatum iri, fateamur. Romae. IV. Kal. jul. M. D. LXVII.

XXIX.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Agriensi. (*a*) a

Legationis, ei decretae, nuncium pontifici max. gratum accidisse, & vestitus in ea obeunda mutationem probari significat. 3. jul. 1567.

Delectatus est sanctissimus dominus noster nuncio amplissimae legationis tuae (*b*) ex literis, a te XVIII. junii datis: b quam legationem, virtute ac prudentia tua fretus, christianae reipublicae fructuosam fore, confidit. itaque tibi permittit ejus sanctitas, ut, & in isto itinere & in aula illius regis (*c*), eo vestitu utare, qui tibi ipsi pro tempore & hominum more convenire videbitur. c profectionem vero etiam & totum iter tuum (*d*) d felici

(*a*) Agriensium hic in Hungaria episcopus Antonius Verantius vocabatur.

(*b*) A Maximiliano II. imper. Constantinopolim hic episcopus cum Christophoro Tiefenbachio mittebatur, de pace cum Selimo II. qui in Pannoniam ingenti cum exercitu venturus dicebatur, acturus.

(*c*) Si non card. Alexandrini, sed Pii V. nomine scripta haec epistola fuisset, fortasse ab hac *regis* appellatione in Selimo designando scriptor abstinuisset. ab *imperatoris* certe appellatione in ejusmodi persona sic Pius abhorruit, ut Carolum IX. Galliarum regem, qui eam ad se scribens usurparat, libere graviterque reprehenderit: *In iisdem tamen* (inquit libro IV. *Apostolicarum epistolarum* epist. 12.) *litteris aliquid fuit, quod nec sine* (fort. *cum*) *parva admiratione, nec sine magno dolore legimus, & de quo cum majestate tua libere, ut personam nostram decet, expostulandum esse, judicavimus. sic enim majestas tua saevissimum & crudelissimum tyrannum, eumdemque acerrimum hostem christianae religionis,* turcarum imperatorem *appellat, quasi aut ille, veri Dei expers, omnino* imperator *esse possit, aut ipsa praeclarissimi sui cognominis* (hoc est, *Christianissimi*) *oblita sit. nihil aliud est, charissime in Christo fili, tyrannum & infidelem* imperatorem *appellare, quam malum* bonum, *& bonum* malum *dicere. an nesciat* (fort. *nescit*) *majestas tua, se, ejusmodi nomine omnipotentis Dei hostem appellantem, omnibus Christifidelibus, qui audiverint, offendiculum & scandalum objicere?*

(*d*) Constantinopolim die 22. aug. hujus anni feliciter hic legatus cum suo collega pervénit.

felici suae benedictionis munere prosequitur; cui praeterea gratias agit, quod ei fidem & operam tuam in isto munere legationis prolixe detuleris (id, quod ego quoque facio meo nomine ex animo): cujus actiones illic omnes, quae tua est pietas ac sapientia, quia ad usum ac tempus reipublicae accommodatas fore sperat ejus (*e*) sanctitas, magnam jam nunc ex ea cogitatione percipit (*f*) laetitiae voluptatem: quod mihi etiam ad animi mei fructum maximum est; qui caelestem ducem & comitem itinerum & actionum tuarum tibi precor. Romae. III. non. jul. M. D. LXVII.

(*e*) *sua* cod. barber. Praetuli, constantiae causa, codicis tabul. vatic. pag. 490. lectionem. in utroque enim paullo supra fuit *tibi permittit ejus sanctitas*.

(*f*) Fort. *praecipit*.

XXX.

Pius PP. V. Maximiliano Imperatori.

3. jul. 1567.

Excusat se, quod ejus postulato satisfacere non possit.

Quemadmodum, pro animi nostri propensione, commendatitias tuas literas ita semper accipimus, ut tuae voluntati mirum in modum gratificari cupiamus, sic dolemus vehementer, non esse ejus generis, quod Ferdinandi, comitis Lodroni (*a*), causa postulasti (*b*), ut ea gratificatione nostrae in te prae-

(*a*) *Ladroni* exempl. Emendavi ex Hanizio, qui in sua *Germania sacra* semper *Lodroni*, numquam *Ladroni comites* appellat. unum dumtaxat ex tomo II. pag. 450. locum afferam; ex quo etiam familiae hujus dignitas ac splendor intelligetur: *Ad eundem*, inquit, *modum substituere sibi solebant* (archiepiscopi salisburgenses) *mareschalcos. . . Anno sequenti tamen* 1437. *Fridericus archidux, ex mente archiepiscopi, id munus apud Nusdorffios reliquit. post quorum decessum venit ad Lodronios, quorum postremus id gessit anno* 1668. *Franciscus Nicolaus: nam ejus filio salisburgenses id nomen suscipere primum vetuerunt: inde tamen confirmatum esse colligitur ex tabulis salisburgensium hodiernis, in quibus Mareschalci haereditarii munus adjungitur Lodroniis*.

(*b*) Totius hujus epistolae sententia diligenter considerata, statui, de aliquo patronatus, ut ajunt, ac nominationis jure in ea agi, quod ex aliqua fortasse a Pio IV. impetrata facultate, in comitis Lodroni persona usurpare Maximilianus vellet. atqui ab illo pontifice concessas ejus generis facultates Pius V. qui ei in pontificatu successit, jam inde a die septimo februarii hujus anni 1567. universas abrogarat, &, ut iisdem verbis, quae in card. Alexandri Farnesii *Diario* apud Laderchium tom. XXII. pag. 314. leguntur, utar, *revocavit, cassavit, & annullavit, ac pro nullis, cassis, excisis, & infectis omnino haberi voluit: volens & de-*

te praecipuae charitati obsequi honeste possimus. est enim id & sacris legibus vetitum, & exemplo periculosum. quod nos quidem, etiamsi ad pastoralem hanc sollicitudinem ante tridentinum

& decernent, quod, ecclesiarum & monasteriorum praedictorum occurrente vacatione, nulla expectata praesentatione seu nominatione personarum, vel cujusvis praesentatione, ecclesiis & monasteriis praefatis personae idoneae per eum & pro tempore existentem romanum pontificem praeficiantur &c. Sed ipsum Pium praestat audire in litteris ad Sebastianum, Portugaliae regem, die 27.octobr. hujus ejusdem anni datis, ab eodemque Laderchio pag.316. prolatis: quibus & rei totius series exponitur, & pontificii facti ac consilii tota ratio continetur. „Per dilectum, „*inquit*, filium nobilem virum, Alva„rum de Castro, oratorem tuum, „quatuor majestas tua querelas ad nos „detulit: quibus singulis ita respon„debimus, ut confidamus, majesta„tem tuam, sincera voluntate nostra „erga se melius perspecta, satisfa„ctionem nostram accepturam.

„I. Questus est primum, quod, „cum huc venisset orator serenissimi „regis Poloniae ad praestandam nobis „obedientiam more institûtoque alio„rum christianorum regum, cumque „is controversiam movisset de digni„tate ac jure, ut dicitur, praeceden„di, nos, perinde ac si de jure tuo „ambigi posset, eum audiverimus. „Quae res quemadmodum acta fue„rit, si diligentius ad te illo tem„pore perscriptum fuisset, plane per„spexisses, nullam te justam habuisse „querendi causam. tantum enim tibi „tribuimus, ut potius gratias nobis „agere, quam expostulare debue„ris....

„II. Quod vero, cum nonnulli „ad nos venissent, impedire conantes „exactionem illius ecclesiastici subsi„dii, quod a praedecessore nostro tibi „concessum fuerat, contra pactiones „inter te & clerum initas, & ab ipso „praedecessore nostro & a nobis etiam „approbatas, illos audiverimus, & „supersederi ab ejus exactione jusse„rimus, literis de hac re ad dilectum „filium cardinalem, patruum tuum, „datis, debuisti in ea re rationem ha„bere officii nostri. nos enim pro „loco, in quo sumus, & persona, „quam sustinemus, quin quoscum„que ad hanc sanctam sedem adeun„tes admittamus, &, quae propo„nere voluerint, audiamus, praete„rire non possumus nec debemus; „praesertim religiosas & ecclesiasticas „personas. sed, ut falli aliquando „atque etiam errare ipsi possumus „(homines enim sumus), ita, cum „errata nostra ipsi agnoscimus, ea „sine mora corrigere solemus, &, si „quid a nobis per obreptionem im„petratum fuerit, revocamus: sicu„ti tum fecimus super subsidium, per„petuum ipsi clero silentium impo„nentes.

„III. Eodem autem modo re„spondemus alii querelae tuae de illo „religioso ex conventu, de Thomar „vocato, a nobis audito, & illius „negocii executione suspensa....

„IV. Restat, ut majestas tua „edoceatur a nobis, qua de causa ju„ris patronatus monasteriorum con„sistorialium, quae in regno tuo sunt, „quod tibi a praedecessore nostro con„cessum fuerat, revocaverimus. ea „vero res ita se habet. Post obitum „felicis recordationis Pauli papae „quarti, patris secundum spiritum, „& praedecessoris nostri, cum colle„gium venerabilium S. R. E. cardina„lium, ex quorum numero tunc ipsi „eramus, convenisset, ut mos est, „ad creandum novum pontificem, „praeter alia, quae visa sunt perti„nere

c tinum concilium (*c*) vocati fuissemus, repugnante tamen ejus-
modi

,, nere ad bonum sedis apostolicae re-
,, gimen, conventum inter eos fuit,
,, ut, quicumque de illis in eo officio
,, esset successurus, nemini jus patro-
,, natus ecclesiarum ac monasteriorum
,, consistorialium concederet, praeter
,, quam in consistorio secreto, & de
,, consensu saltem duarum partium
,, collegii: quam pactionem omnes
,, servaturos nos esse, juravimus. crea-
,, tus postea fuit felicis recordationis
,, Pius papa quartus, qui aliquanto
,, post tempore id, quod de concessio-
,, nibus hujusmodi se, cum esset car-
,, dinalis, in conclavi observaturum
,, juraverat, iterum, cum esset ponti-
,, fex, juravit. cum igitur reperisse-
,, mus, jus patronatus in ecclesia man-
,, tuana ducibus Mantuae ab ipso prae-
,, decessore nostro contra pactionem
,, illam, bis jurejurando firmatam,
,, tributum fuisse, facere non potui-
,, mus, quin ipsam concessionem irri-
,, tam esse declararemus. qua occasio-
,, ne oblata, omnes hujusmodi conces-
,, siones ejusdem praedecessoris nostri,
,, in quibus forma illa servata non
,, fuerat, revocandas duximus: prae-
,, sertim cum nonnullos principes, qui
,, tale jus impetraverant, illo abusos
,, compertum haberemus. in iis au-
,, tem jus quoque, tibi ab eo conces-
,, sum, revocavimus, non eo sane
,, animo, ut te offenderemus, quippe
,, qui ne id quidem jus tibi concessum
,, fuisse, sciebamus, sed quod legem
,, nostram generalem esse oportuit....
,, Haec sunt, quae tuis querelis re-
,, spondenda esse, duximus: ex quibus
,, intelligere poteris, minime justam
,, expostulandi causam te habuisse &c.

(*c*) Concilii tridentini decretis adversari ejusmodi concessiones sensit, scripsitque Pius in litteris ad Christiernam Lotharingam, die 16. ejusdem octobris & anni datis, quae in haec verba ab eodem Laderchio pag.315. afferuntur: *Ex literis tuis, nuper acceptis, nobilitatem tuam duo a nobis desiderare intelleximus, alterum, ut Christianus* (fort. *Christiernus*) *Simoneta obtineat archidiaconatum ecclesiae tullensis, ad quem nominatus fuit; alterum, ut nobilitati tuae, & dilecto filio, nobili viro, duci, nato tuo, indultum, a felicis recordationis Pio quarto, praedecessore nostro, concessum, confirmaremus ... De revocatione ipsius indulti nobilitas tua justam querendi causam non habet. nos enim, salvo officio & conscientia nostra, praetermittere non possumus, quin ea, quae inutiliter, & contra sacrum tridentinum concilium, nimia praedecessoris nostri facilitate, concessa fuerunt, revocemus: quod in similibus rebus jam fecimus, non ut huic vel illi principi injuriam faceremus* (*omnes enim filiorum loco diligimus, & in iis, quae recta & honesta, ipsisque utilia fuerint, preces eorum exaudire parati sumus*), *sed quia non solum id officio nostro convenire existimavimus, verum etiam ipsis principibus expedire, saeculari sua potestate contentos non appetere hujusmodi patronatuum & nominationum jura &c.* Concilii autem tridentini decretum, quo Pius respexit, est in sessione XXV. cap.9. *de reformatione* hujusmodi: *Sicuti legitima patronatuum jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare, aequum non est: sic etiam, ut hoc colore beneficia ecclesiastica in servitutem, quod a multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum. Ut igitur debita in omnibus ratio observetur, decernit sancta synodus, ut titulus jurispatronatus sit ex fundatione vel dotatione, qui ex authentico documento & aliis jure requisitis ostenditur, sive etiam ex multiplicatis praesentationibus, per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasve secundum juris dispositionem &c.*

modi postulationi mentis nostrae conscientia, minime concessuri fuimus. quare, cum multi principes, in eadem causa idem petentes, aequitate negationis contenti fuerint, te, primum (*d*), & summum sanctae romanae ecclesiae filium, id ipsum, pro tua religione atque justitia, in optimam partem accepturum esse non dubitamus, quem in omnibus, quae a nobis rite tribui poterunt, praerogativam nostri in te studii ac pietatis semper cogniturum esse, pollicemur: tibique omnipotentis Dei gratiam, vitae & actionum tuarum ducem & comitem, precamur. Romae. III. non. jul. M. D. LXVII.

(*d*) De *primogeniti ecclesiae filii* appellatione, promiscue romanorum imperatoribus ac francorum regibus a summis pontificibus tributa, vide epistolam *Quod scribis* d. 5. apr. 1567. pag. 165. & seq.

XXXI.

Pius PP. V. Regi Poloniae. (*a*)

Ut e Poloniae regno Quinqueecclesiensium episcopum, qui a catholica religione defecerat, ejiciat, vehementer a Sigismundo Augusto rege petit. 5. jul. 1567.

Nefaria flagitii indignitate Dudicii (*b*), quinqueecclesiensis (*c*) episcopi, qui, evanescens (*d*) in cogitationibus suis, traditus est in desideria cordis & immunditiam, eo magis commoti sumus, quod veremur, ne multi, praesertim in isto regno, & nefandae ejus conjunctionis (*e*) exemplo, & falsae contagione doctrinae, in turpitudinis voraginem demergantur. cujus seditiosum ingenium ac rerum novarum cupidum, cum nihil in ejus vita elucere audiremus, quo ad veram religionem ac virtutem homines incenderentur, ne in perditum aliquod facinus erumperet,

(*a*) Hanc epistolam, in codice barberiniano valde mendose scriptam, damus emendatam ex quodam ejusdem exemplo, quod in adversariis mss. Antonii Mariae Gratiani olim invenimus atque descripsimus.

(*b*) De Andrea Dudicio, sive, quod rectius putamus, Dudithio, deque ejus a catholica ecclesia defectione, caeterisque rebus, ad eum pertinentibus, quas quidem noscemus, neque hominum cognitione indignas arbitraremur, diximus in adnotationibus ad epist. *Nemo unquam* pag. 196. & seqq. in quas ea omnia conjecimus, quibus haec quoque Pii V. epistola illustratur.

(*c*) *Quinque ecclesiae* urbs est Hungariae inferioris, *Funfkirchen* germanis, *Otegiazac* hungaris, *Petscheu* turcis dicta, sub archiepiscopo strigoniensi.

(*d*) Ex epistola beati Pauli apostoli ad Rom. c. I. v. 21. & 24.

(*e*) *Nefandam conjunctionem* vocat sacrilegum Dudithii episcopi conjugium.

peret, semper timuimus. itaque, cum se ipsum aperte modo
f desiderit passionibus (*f*) ignominiae (qua foeditate, qualis item
antea esset, apparuit), te oramus & obsecramus per viscera misericordiae Christi domini, ut eam pestem e Poloniae finibus ejiciendam cures. moveat te Dei omnipotentis gloria, quam, una cum sacrosanctae hujus sedis auctoritate & episcopalis officii dignitate, immani illo nuptiarum scelere violavit. cave existimes, temerariam illam turbulentamque naturam, quae tam impie & agendo & loquendo a Deo defecerit, ullam regum aut principum rationem habituram esse. cogita, quantum isti provinciae periculum immineat; in quam libera consuetudo haereticorum quanta adhuc mala importaverit, & majestas tua dolenter intelligit, neque nos possumus sine summa animi nostri molestia meminisse. quod si tantum caeteri haereticae pravita-
g tis magistri nocuerunt, quid censet (*g*), istum esse facturum,
qui, facillimam escam ad capiendos homines, obscaenitatum, in quibus ipse volutatur, intemperantiam impudenti lingua, tanquam flabello, ventilabit? quare nihil se dignius, nihil nobis gratius facere potest, quam projectum istum sathanae ministrum a suorum populorum pernicie removere. quo facto, catholicae suae fidei, quam habemus, magnam opinionem adeo confirmabit, ut, Deo adjuvante pios conatus, reliqua etiam, quae in
h regnum istud monstra invaserunt (*h*), magna cum sui nominis
gloria e medio sublatum iri, confidamus. ut vero Polonia veterem aliquando verae pietatis laudem recuperare possit, & divina ope, quam orationibus nostris implorare non desinemus, & humanis etiam viribus, quantum, ipso Deo adjuvante, poteri-
i mus, adnitemur. Romae. III. (*i*) non. jul. M. D. LXVII.

XXXII.

(*f*) Ad Rom. I. 26.
(*g*) Nempe *majestas tua*.
(*h*) De religionis perturbatione in Polonia vide hujus Voluminis pag. 130.
(*i*) *Pridie* exempl. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 241.



XXXII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Alberto Duci Bavariae.

Ut Guilhelmo Eysengreinio, insigne maximeque catholicum opus scribere aggresso, ad Bavariae bibliothecas aditus pateat, nomine pontificis max. ab eo petit. 10. jul. 1567.

SAnctissimus dominus noster Guilielmum (*a*) Eysengreinium, a
juvenem & catholicae fidei & doctrinae laude sibi commendatum, libenter vidit, & ejus librum ecclesiasticae historiae (*b*), b

 con-

(*a*) *Gulielmum Fysengrenium juvenem &c.* cod. tabul. vatic. unde hanc epistolam pag.494. promsi. sed malui ita utrumque nomen edi, quemadmodum in autographis ejusdem juvenis subscriptionibus, inferius afferendis, scriptum animadverti. ac de prioris quidem nominis scribendi varia multiplicique ratione memini Possevinium in *Apparatu sacro* tom.I. pag.605. illa scribere: *Gulielmus, quem rectius putant germani nonnulli* Guilhelmus *esse scribendum, germanum sapit. quare & germani per digamma aeolicum pronunciant* Wilhelmus. *alii vero scribunt* Hilermus, *sive etiam* Guilermus. *bellicum creditur a quibusdam esse nomen; quo galeae nomenclatura contineatur, quemadmodum apud nostrates Galeatius, & aliud vetus germanicum nomen Brennus.* Jam Martini Eysengreinii litteras, ad card. Sirletum die 14. hujus ejusdem mensis julii Ingolstadio Romam datas, protuli in vol.III. p.110. & seq. quarum particulam de Guilhelmo hoc nostro, deque ejus hoc ipso negocio agentem, heic describam: *Patruelis*, inquit, *meus Wilhelmus Eysengrein Romam visendi gratia adiit; qui, morum integritate & eruditione insigni praeditus, satis semetipsum commendabit. is enim omne hactenus studium suum, & meo instinctu, & innata quadam animi sui propensione, & devota erga apostolicam sedem fide, ad detegendas haereticorum imposturas, quorum odio se totum exposuit, contulit, ac, contra magdeburgensium ecclesiasticam historiam, primam centuriam, praeter alia opuscula, in lucem edidit: qui labor satis ipsum, uti spero, commendabit. nec dubito, si omnes ecclesiasticae historiae absolverit centurias, quin haereticorum calumniis piorumque expectationi sit satisfacturus. hunc illustrissimae vestrae celsitudini summopere commendatum cupio, eamque humilime rogo, ut pios ipsius conatus & studia, quantum possit, provehere ac juvare, & sanctissimo domino nostro per occasionem commendare dignetur: poterit autem, quantum volet. ego certe, quicquid beneficii illustrissima vestra celsitudo in ipsum contulerit, in me collatum existimabo: nec tantorum beneficiorum memoria apud nos intercidet unquam.*

(*b*) Miror, Possevinium, Dupinium, alios, qui *scriptores ecclesiasticos*, eorumque opera recensuerunt, nullam hujus libri mentionem facere. Dupinius

c contra impios magdeburgensis historiae auctores (c) scriptum, summa sua voluntate legit: cujus institutum ita probavit, ut ejus studium & operam omnium opibus adjuvandam existimet; quod ejus sanctitas, quantum in se erit, benigne semper faciet. sed, quoniam hic Eysengreinius, persequendae & perficiendae suae

nius quidem in *Histoire de l'eglise & des auteurs ecclesiastiques du seizième siecle* edit. parif. an. 1703. pag. 415. *Guillaume* (Eysengrein) inquit, *étoit de Spire, où il fut Chanoine. il a composè un excellent ouvrage, intitulè* Le catalogue des temoins de la veritè; *qu'il publia en* 1565. 1566. *&* 1568. *& une Chronique de Spire, qui finit à l'an* 1563. Atqui longe praestantius Eysengreinii opus est hoc, de quo in hac epistola agitur. Ingolstadii editum fuerat anno superiore 1566. apud Alexandrum & Samuelem Weissenhornios fratres, hoc titulo: *Guiliemi Eysengreinei centenarii sexdecim, continentes descriptionem rerum memorabilium, in orthodoxa & apostolica Christi ecclesia gestarum, pontifices romanos, concilia, conversiones regionum, religiones, vitas sanctorum, miracula, martyria, scriptores, tribulationes & exaltationes ecclesiarum, haereses atque schismata: cum diligenti annotatione eorum, quae, contra veram, catholicam, christianam, & antiquiorem, cum maxima laude traditam receptamque, religionis assertionem, infideliter plane conscribi deprehenduntur; ut veritatis objecto clypeo falsitas scripto notetur: adversus novam historiam ecclesiasticam, quam Matthias Flacius illyricus, & ejus collegae magdeburgenses, contra verum Dei cultum, verasque ecclesiae catholicae caeremonias, scriptis vetustissimorum historicorum depravatis & corruptis, nuper ediderunt. Centenarius primus.* Sequitur operis dedicatio:

„ Sanctissimo ac beatissimo patri „ ac domino nostro D. Pio V. pontifi„ ci maximo.

„ Christianissimo ac potentissimo „ principi ac domino D. Maximilia„ no II. Caesari Augusto, Hungariae „ Bohemiaeque regi, archiduci Au„ striae &c.

„ Amplissimis & illustrissimis prin„ cipibus ac dominis

„ D. Danieli, sacrae moguntinae „ sedis archiepiscopo, sacri romani „ imperii per Germaniam archicancel„ lario &c.

„ D. Friderico, archiepiscopo co„ louiensi, sacri romani imperii per „ Italiam archicancellario, Angariae „ & Vuesphaliae duci &c.

„ D. Joanni, archiepiscopo treve„ rensi, sacri romani imperii per Gal„ lias & regnum arelatense archican„ cellario &c. principibus electoribus.

„ Reverendissimo & amplissimo in „ Christo principi ac domino D. Otto„ ni, sacrae romanae ecclesiae episco„ po cardinali sabino & augustano, „ domino atque praeposito elvvan„ gensi &c.

„ Serenissimis iisdemque illustris„ simis principibus ac dominis D. Al„ berto, comiti palatino Rheni, utrius„ que Bavariae duci &c. D. Guilielmo, „ D. Ferdinando, & D. Ernesto, Al„ berti filiis &c.

„ Guilielmus Eysengrein de Ne„ meto, spirensis, salutem & gratiam in „ Christo sempiternam.

„ Ea, sanctissime atque beatissime „ pater, Imperator potentissime .... „ Ingolstadii Kalendis septembris an„ no a Christi servatoris nostri nata„ li M. D. LXVI.

(c) Horum auctorum nomina, multaque, ad eorum operis, inscripti *Ecclesiastica historia, integram ecclesiae Christi ideam, secundum singulas centurias complectens &c.* cognitionem pertinentia, prodidimus pag. 154. & seq. Vol. III.

suae historiae causa, istuc sibi veniendum (*d*) affirmat, ut multorum

(*d*) Venit sane in Bavariam Eysengreinius insequente sextili mense, ex urbe Roma redux: atque has illico ad card. Sirletum litteras dedit, quas ex ms. codice vatic. 6189. pag. 413. descripsi:

„ Reverendissimo eidemque illustrissimo principi ac domino, domino Guilielmo Sirleto S R.E. presbytero cardinali tituli S. Laurentii in pane & perna, perpetuo administratori episcopatus S Marci, domino atque principi suo clementissimo. Romae.

„ Praeterire non potui, amplissime princeps, quin hoc cum adolescente literas ad amplissimam celsitudinem vestram darem, ex quibus intelligeret meum ex urbe in patriam reditum. In itinere omnia ex animi sententia successerunt, nec est aliud, quod molestius feram, quam quod mihi carendum sit colloquio & conversatione doctorum virorum, quos in urbe habetis. spero tamen, me amplissimae celsitudini vestrae, & reliquis illustrissimis cardinalibus ita jam commendatum, ut minime opus sit longioribus vos molestare literis. unicum hoc precibus ab amplissima celsitudine vestra contendo, velit interdum etiam honestam mei facere mentionem apud sanctissimum, qui me sane paterno prosequitur amore & affectu; nec sanctitas ipsius concepta de me spe frustrabitur, ad cujus oscula pedum beatissima semper me quam humilime offero. ego in conscribendis reliquis centuriis nullis neque vigiliis neque laboribus parcam, ut ecclesiae miserrime fluctuanti aliqua ex parte subveniatur. qua in re, facilius & commodius peragenda, plurimum proderit benevolus amplissimae celsitudinis vestrae animus, praesertim in transmittendis authoribus, quorum hic copiam non habemus. sit salva & incolumis amplissima celsitudo vestra, Eysengreinianamque familiam consueto amore semper prosequatur. Actum Ingolstandii 15.aug. anno salutis humanae 1567.

„ Amplissimae celsitudinis vestrae
„ Addictiss. & humil. servitor
„ Guilielmus Eysengrein de Nemeto J. U. Doctor.

Alteras ex eodem codice vatic. pag.445. ejusdem ad eumdem litteras, die 17. octobr. hujus anni datas, proferam, in quibus de sua opera, in secundum *Centenarium* sedulo impensa, potissimum agit:

„ Amplissimo atque illustrissimo principi ac domino, domino Guilielmo Sylerto, Stylensi, Calabro, S.R.E. presbytero cardinali tt. S. Laurentii in pane & perna, perpetuo administratori episcopatus S.Marci, domino atque principi suo clementissimo. Romae.

„ Salus, de hostibus ecclesiae triumphus, victoria, & incolumitas sanctae sedis apostolicae in Christo Salvatore.

„ Adversae valetudini, princeps amplissime atque illustrissime, ascribendum diuturni silentii tempus. aegrotavi per menses paulo minus tres; vitae periculum imminebat; sed non finienda forsitan (Deo sic disponente) antequam coepto colophon addatur operi: sedulam navo operam, ut secundus quamprimum in lucem prodeat centenarius: & hoc quidem praestiti in quantum a morbo respirandi dabatur facultas. sanctissimo itaque I. C. T. serio commendet operam meam, ut, qui non subdole, sed bona fide, promissis stare cupio, offerens humillima mea pedum ipsius sanctitatis oscula. & si necesse esset, mea opera in alio „ quo-

torum librorum adjumento, in ditione excellentiae vestrae, ad illud opus, quod in manibus habet, abſolvendum, uti poſſit, ab ea ejus ſanctitas vehementer petit, ut omnia quaecunque ex bibiliothecis monaſteriorum Bavariae ipſi Eyſengreinio opus fuerint, ei prompta & expedita eſſe jubeat, eundemque rebus omnibus ad tam ſalutare neceſſariumque negotium juvandum curet. erit id dignum ſumma religione ac benignitate excellentiae veſtrae, ſanctitati vero ſuae pergratum, mihi etiam jucundum: de quo pii & catholici omnes maximam ipſi gratiam habebunt,
e hujuſque hiſtoriae perfectionem (*e*), cujus magnam ſpem in biblio-

„ quocunque negocio beatiſſimo pontifici noſtro, in omnibus obſequentiſſimus ſanctae ſedi apoſtolicae matri eccleſiae eſſe deſidero. Mea interim ſtudia A. T. C. ſibi commendata habeat, &, ſi quid opus eſſet amanuenſi noſtro, praeſentium latori, M. Petro, quamhumillime deprecor, ne mihi C. T. deſit. ego viciſſim gratiſſimum me atque devinctiſs. exhibebo. Novarum rerum nihil apud nos, quam quod ad ducis Albanenſis adventum in Germaniam inferiorem omnia pacata & tranquilla comparuerint. Fertur filius Friderici comitis palatini Rheni electoris, nomine Caſimirus, a rege Hiſpaniarum Philippo in vinculis captivus detineri. hujus parens Fridericus omnis ſeditionis author in Germania extitit inferiori. Jeſus Chriſtus opifex omnium creaturam I. C. T. nobis incolumem conſervare dignetur, ad ſanctae & catholicae fidei defenſionem ac exultationem (*fort.* exaltationem). Ingolſtadio Bojorum. 17. die octobr. anno 1567.

„ Amplitudini tuae celſiſſimae addictiſſimus

„ Guilielmus Eyſengrein de Nemeto J. U. doctor.

(*e*) Perfeceritne univerſum ſuum opus illud Eyſengreinius, neſcio. ſecundum quidem *Centenarium* ab eo perfectum, typographoque traditum, ſcio ex ejus ad Sirletum his litteris, ex eodem codice vatic. pag. 566. depromtis:

„ Ampliſſimo in Chriſto patri, ac eidem illuſtriſſimo principi & domino, domino Guilielmo Syrleto, Stylenſi, Calabro, S. R. E. presbytero cardinali tit. S. Laurentii in pane & perna, perpetuo adminiſtratori epiſcopatus S. Marci, domino atque principi ſuo clementiſſimo.

„ Suaviſſimae adeoque dilectiſſimae meae conjugis, optimae ac catholiciſſimae matronae, obitus, ampliſſime atque illuſtriſſime princeps, hactenus per menſes tres impedimento fuit, quominus abſolverem centenarium meum ſecundum. ſed hac ſeptimana, addita ſuprema manu, typographo noſtro, ut excuderetur, tradidi; quem brevi vel Romam ſum miſſurus, vel, ſi tuae celſitudini viſum fuerit, ego ipſe ſanctiſſimo domino noſtro offerre contendam. animus eſt, poſthac (quo magis elaborate coeptum opus perficiatur) coelibem traducere vitam, ſacris initiari, & in urbe prima mea celebrare ſacra. quapropter tuam, quam humillime poſſum, celſitudinem rogatam ſubmiſſius volo, ne dedignetur has praeſentes, quas ſanctiſſimo ſcripſi, literas ipſius ſanctitati offerre, meque infimam ipſius ſanctitatis oviculam humillime commendare, ut, ſi quid mihi conveniens interea temporis vacaret, gratioſius

bliothecis istorum monasteriorum habet Eysengreinius, magna ex parte acceptam referent excellentiae vestrae: cui ego fidem & operam meam ex animo deferens, salutarem prosperitatem precor. Romae. VI. id. jul. M. D. LXVII.

„ tiosius conferretur. ego vicissim & „ corpus & animam pro salute aposto- „ licae, romanae, & catholicae eccle- „ siae (quod debeo) ponere, ipsum „ quoque sanguinem profundere nun- „ quam desistam. sic me humillimum „ clientem T. C. sibi semper commen- „ datum habeat: quam Deus opt. max. „ ad sui nominis gloriam & ecclesiae „ commodum diu incolumem conser- „ vet. Ingolstadio Bavariae. x. mar- „ tii, anno 1568.

„ Tuae amplissimae celsitudinis

„ Addictissimus & infimus servi- „ tor

„ Guilielmus Eysengrein de Ne- „ meto Spirensis, dictus Fur- „ derer a Borsperg Doctor.

XXXIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Archiepiscopo Strigoniensi.

Epistola commendaticia.

12. jun. 1567.

ANtonium Wrametium (*a*) sacerdotem, qui, Romae apud socios jesuitas insignibus suorum studiorum magna cum laude decoratus, in patriam redit, ut Deo in illo sacerdotalis officii munere inserviat, studiose commendo amplitudini tuae reverendissimae: quae quo diligentius juvabit ac tuebitur istius generis homines, eo majorem spem afferet piis omnibus, fore, ut misere istic labefactatus catholicae religionis cultus, Deo adjutore, aliquando restitui possit (*b*). mirum enim est, quam isto-

(*a*) *Verametzium* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 495.

(*b*) Restitutum catholicae religionis in iis regionibus cultum, Deo pios *illius generis hominum* conatus adjuvante, R.P. Gabriel Bucelinus, celeberrimus e praecellentissimo, nec umquam sine laude nominando, S. P. Benedicti ordine historicus, in *Germania sacra & profana* Tom.I. pag. 138. edit. August. an. 1655. testificatur his verbis: *RR. PP. societatis Jesu, summo Germaniae bono, residentias aliquas, ut vocant, & collegia nonnulla per Germaniam impetrant* (anno 1565.): *quorum concitatione & exemplo, extinctus pridem catholicorum fervor mire resuscitatus est; & Germania deinceps, velut terra nova & caelum novum, revixit, religiosis quibusque ordinibus pia aemulatione disciplinae monasticae remissiora studia salubriter revocantibus.* Cujus testimonii auctoritatem elevare voluisse potest videri recens quidam ex eodem praecellentissimo ordine germanus item historicus, jesuitis universis, *unius ob noxam*, non certe *furias*, sed errorem potius atque imprudentiam, factus acerbus inimicus ac vehemens obtrectator. verum ego, facilem me

istorum hominum opera & industria eluceat in vinea domini. qua in re Wrametium, ad probandum patriae studium suum, cum ipsius pietas, tum in illam, tali praesertim ejus tempore, charitas incitabit. ut ipsum igitur sua benignitate complectatur, ab ea

me atque aequum illius dolori atque iracundiae praebens, reliquis, quae, minus vere ab eo scripta, nullo negocio refellere ac refutare possem, praetermissis, non nisi buceliniani testimonii veritatem aliquot productis testibus, omni, ut ajunt, exceptione majoribus, confirmabo.

Ferdinandus Furstenbergius, paderbornensium & monasteriensium episcopus, in litteris ad patres societatis Jesu, Romae ad totius ordinis praesidem creandum anno 1682. congregatos, die 15.aprilis Monasterio Westphalorum datis, ac Burdegalae inter *Furstenbergiana* biennio post editis, pag.150. *Inter multa*, inquit, *magnaque beneficia, quibus Deus ecclesiam suam per S. Ignatium & institutam ab eo societatem Jesu cumulavit, hoc in primis memorabile est atque mirandum, quod illius opera tam velociter in omnem terram sonus veritatis exiverit, ac ignis iste divinus, quem dominus noster Jesus Christus venit mittere in terram, exigui temporis spatio tam longe lateque exarserit, ut neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus ulla fere hominum natio se ab ejus calore abscondierit. haec in vinea domini exercituum est illa vitis abundans, quae palmites suos a mari usque ad mare, & a Thybri flumine usque ad terminos orbis terrarum propagines suas extendit.* hujus umbra dioeceses quoque nostras, *cum calviniana & lutherana pestis omnes circumquaque regiones ureret ac depopularetur*, operuit: *quando videlicet magnus patruus ac decessor noster Theodorus Furstenbergius, episcopus & princeps paderbornensis, oves suas, malo vicini pecoris contagio laesas*, ope societatis Jesu sanavit & conservavit. *cumque calamitosissimis illis temporibus nostra monasteriensis ecclesia eodem contactu pestilentiae flagraret incendio*, opportuno ejusdem societatis accursu, imminenti periculo subtracta, & in avita fide tantopere firmata est, *ut jam praecipua trans Rhenum catholicae religionis arx atque propugnaculum habeatur &c.*

Rodulphus II. imper. in litteris ad Clementem VIII. die 8.jul. an.1600. datis, & a Paullo Laymanio in *defensione SS.pontificum* edit.diling.an.1631. pag.396. allatis, *Si enim*, inquit, *in ullam orbis christiani gentem societatis Jesu ab illo* (S. Ignatio) *institutae, fructus extat, in Germaniam nostram multitudine populorum pene immensam, adeo in omnia regna, ditionesque diversas ita sese multiplicem diffundit, ut obscuratus, superiorum temporum injuria, domus Dei nitor, quasi novo sole illustratus ubique resplendescere, majestatemque catholicae religionis primaevam adferre videatur &c.*

Margarita austriaca, Philippi III. Hispaniarum regis, uxor, in suo testamento, quod eodem Clemente VIII. pontifice max. fecit, quoque collegium societatis Jesu, sua pietate ac munificentia dignum, Salmanticae instituit, *Paraque*, inquit, *quede siempre una viva y en ninguna manera vana, sino provechosa memoria de mi en España, y asi los infideles de las Indias, como los fieles destos reynos participen y gozen della, y antes todos mi alma, la del rey mi señor, y toda la casa de Austria: haviendole primero considerado muy bien, y encomendadolo mucho a Dios nuestro señor, y a toda su corte del cielo, me determinè con su divino favor dexar una obra universal y perpetua en la manera, que se sigue. Primeramente mis padres tuvieron grandissima devocion a la com-*

ab ea peto; quod, pro sua religione atque virtute, praeclare facturam esse, mihi persuadeo; eique operam meam ex animo pollicens, diuturnam & salutarem vitam precor. Romae. IV. id. jul. M. D. LXVII.

la compañia de Jesus, y murieron con ella. mis abuelos fueron los primeros, que la truxeron a la Alemania, y por medio della, *y de los colegios, que le fundaron*, la conservaron en la fe catholica, *como oy dia por gracia de Dios se ve &c.* Reliqua vide, si lubet, apud Andream Mendium *de jure academico* lib. I. quaest. VII. §. X. pag. 42. edit. Lugdun. an. 1668.

Denique Leopoldus imper. ad Assistentium, quos vocant, collegium die 18. sept. an. 1693. Romam Vienna scribens, *Nostra*, inquit, *in ordinem vestrum singularis propensio, non uno specimine probata, ita vobis nota compertaque esse debet, ut de illa nullo modo dubitare possitis. nos certe, non ignorantes, societatem Jesu sub protectione serenissimae domus nostrae natam, sub eadem adolevisse, propriaque, & praedecessorum nostrorum experientia abunde edocti, novo per bonae familiam subsidio militantem ecclesiam ita roboratam, ut passim de haeresibus aliisque mortalium vitiis gloriosos reportaverit triumphos, eorundem praedecessorum nostrorum vestigia, etiam nonnunquam ultimis voluntatibus firmata, secuti, nullam emolumentorum atque incrementorum hujus, sanctae ecclesiae Dei usque adeo utilis, & nobis dilectae religionis promovendorum occasionem elabi permisimus, quin eam eum gaudio amplecteremur, hujus religionis incrementis orthodoxam simul fidem & pios mores crescere arbitrati... Credimus nihilominus, nos nec nostro erga hunc ordinem affectui, nec ejusdem erga nos meritis, nec, quod caput est, singulari ad propagandam orthodoxam fidem, cujus religio vestra in imperio romano, regnis, & provinciis nostris praecipua conservatrix atque promotrix est, zelo satisfecisse &c.*

Ne non superiora illa, *etiam nonnunquam ultimis voluntatibus firmata*, lector intelligat, docendus est, Ferdinandum II. imper. Leopoldi hujus avum, qui anno 1637. ineunte obierat, haec, quae sequuntur, supremis testamenti sui tabulis adscripta reliquisse: *Prae omnibus serio & summopere cum fervore & zelo commendamus nostris successoribus plurimum venerandam societatem Jesu ejusque patres; considerando, quantum ecclesiae catholicae, non solum his nostris austriacis, sed in omnibus caeteris totius Christianitatis regnis & provinciis prosint, quantoque studio, fervore, & fidelitate pro conservanda & plantanda ubique terrarum religione catholica prae caeteris omnibus laborent, quamque e contra huic perverso & ingrato mundo magis sint odiosi, majoresque persecutiones patiantur, quam quivis alii; & hinc etiam majori praesidia & protectione indigent, & merentur. quod certe a nostris haeredibus & successoribus factum iri confidimus. & haec est nostra inviolabilis voluntas.* Cui quidem augustissimi caesaris piissimae voluntati abunde gessisse morem augustissimos heredes ac successores, valde laetandum nobis est. num vero *perversus* ille *& ingratus mundus* ab ingenio suo suaque consuetudine, his praesertim ipsis temporibus, quibus haec ipsa scribimus, discesserit, lector dijudicet.

XXXIV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Proceribus & Populo Mediolanensibus. (a)

a

16. jul. 1567.

In fratrum Humiliatorum causa rationem justitiae & aequitatis summum pontificem & habuisse, & habiturum esse, significat.

MAgnifici & illustres domini. Literae vestrae, studii & officii plenae erga fratres Humiliatos, jucundae fuerunt sanctissimo domino nostro. significant enim propensam benevolentiam vestram & pietatem in eos homines, qui, relictis terrenarum rerum curis, totos se Deo dicavisse videantur: quos etiam, hac correctione adhibita nonnullorum, quibus, summo periculo salutis ejus sodalitatis, Deus hominesque offendebantur, vobis ejus sanctitas chariores & gratiores fore, confidit. Qui vero huc venerunt ejus causae procuratores, etsi rem omnem magna fide ac diligentia gesserunt, tamen ejusdem ordinis eos esse praestitisset. nam & majorem usum haberent negotiorum suae societatis, & peritiores essent tanquam remediorum ministri,
b quae in rem convenirent. in (b) quo tamen, nulla re deerit ejus sanctitas, ut justitiae & aequitati satisfiat. studium quidem religionis vestrum patrio amore & charitate prosequitur. Romae. XVII. Kal. aug. M. D. LXVII.

XXXV.

(a) Peracto, superiore mense, Cremonae Humiliatorum fratrum generali conventu, cui card. Borromaeus, mediolanensium archiepiscopus, Pii V. jussu praefuerat, quum legibus, sapienter atque e re totius ordinis a cardinale latis, eorum plerique non acquiescerent, neque tamen de his abrogandis summum pontificem, quem earum ferendarum principem atque auctorem fuisse non ignorabant, per se interpellare ipsi auderent, senatum populumque mediolanensem magnis officiis ac precibus impulerunt, publicam ut auctoritatem ac gratiam apud pontificem, impetrandae rei causa, cum litteris tum allegationibus interponeret. quae Pii sententia fuerit, ex hac cardinalis Bonelli ad proceres & populum, & proxima ad senatum epistola intelligimus. De cremonensi autem illo conventu, deque collapsa fratrum Humiliatorum disciplina, denique de eorum ordine per Pium V. exstincto, satis multa diximus in adnotationibus ad epist. *Cum ex pastoris* pag. 211. & seqq.

(b) *Interea tamen his procuratoribus nulla &c.* cod. barber. Retinui lectionem cod. tabul. vatic. pag. 500. Reperitur autem hujus epistolae exemplum in bibliothecae etiam vaticanae codice 3432. pag. 278. b.

XXXV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Senatui Mediolanensi. (a)

a 16. jul. 1567.

Idem argumentum.

MUltum illustris. Quod sanctissimo domino nostro fratres Humiliatos commendastis, fuit ea commendatio pergrata ejus sanctitati, quam ab humanitate ac pietate vestra profectam intelligit. de quibus quidem fratribus vos scire cupit, rationem hanc conformandi eorum vitam & mores ad eas leges, quibus illa societas olim instituta aliquandiu floruit, ipsis ad animarum salutem pernecessariam fuisse. deflexerant enim, quod praeclare intelligitis, nimium de caelesti via, deque cursu majorum suorum. quare, cum nihil ea in re sanctissimo domino nostro propositum fuerit, praeter Dei gloriam, quae tali indignitate violabatur, & hominum offensionem, quae magna erat, & sodalitatis istius incolumitatem, quae proclivis ad perniciem labi videbatur, & Deum huic consilio factoque propitium, & homines fautores fore, confidit: pium certe vestri animi studium, ac propensam erga se promptamque voluntatem collaudat, deque ista professione verae pietatis, quae nunquam ei dubia fuit, Deo gratias agit; cujus etiam causa vos patria charitate perpetuo complectetur. Romae. XVII. Kal. aug. M. D. LXVII.

(a) Exstant hujus epistolae triarum exempla, primum in cod. barber. alterum in cod. biblioth. vatic. 3432. p. 279. tertium in cod. tabul. vatic. p. 499.

XXXVI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Neostatensi. (a)

a 19. jul. 1567.

Id, quod postularat, libenter illi a pontifice max. concessum fuisse, significat.

QUA voluntate est sanctissimus dominus noster in omnes, quorum catholica religio & vitae integritas in pascendis domini gregibus celebratur, tibi, quem in episcopali officio cum laude versari intelligit, libentissime concedit, quod postu-

(a) *Electo novae civitatis* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. p. 497. sed in altero exemplo, quod in eodem tabul. adservatur, barberiniani codicis lectio

b postulasti. adsit modo, qui rem tuo nomine Romae (b) procuret, nihil erit praeterea, quod causae expeditionem morari possit. te vero ejus sanctitas vehementer hortatur in domino, ut Dei negotium, qua soles, pietate & virtute administres. non deerit prompto fidelis ministri studio divina benignitas: in quo, quibuscunque rebus valebit, tibi & praesto semper erit sua sanctitas, & Dei opem suis precibus, quantum poterit, con-
c ciliare non desistet. Vale in domino. Romae. XIV. (c) Kal. aug. M.D.LXVII.

lectio retinetur. Ferrarius quidem & Baudrandius in altera *Lexici geographici* parte ajunt, eam, quam *Neustat* germani dicunt, Austriae urbem esse, latineque tum *Civitatem novam*, tum *Neostadium* appellari; adduntque, multas alias esse eodem nomine urbes in Germania: quarum Antonius Chiusole in sua *Geographia antiqua & nova* non minus septem enumerat. Credibile est, hanc epistolam ad episcopum ejus, quae in Austria est, esse datam.

(b) Omitt. cod. barber. Addidi ex cod. tabul. vatic.

(c) IV. cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic.

XXXVII.

Pius PP. V. Decano & Capitulo Toletano.

20. jul. 1567.

Eorum erga suum archiepiscopum studium ac pietatem commendat, ejusque causam diligentissime Romae tractari, significat.

Accepimus literas & mandata, quae Petro Consalvo, canonico, collegae vestro, ad nos dedistis: ex quibus & communem collegii probitatem, cum religionis studio conjunctam, & amorem observantiamque erga archiepiscopum ve-
a strum (a) libentissime recognovimus. cui absenti cum tale fidei & cha-

(a) Barptolemaeum nempe Caranzam, de haeresi jampridem in Hispania postulatum, ob eamque rem in carcere per septennium ibidem detentum, nuper vero, Pii ipsius jussu, Romam arcessitum, & in Hadriani arcem abductum, adhibitis interea sapientissimis viris, qui de ejus causa, una cum ipso pontifice, ex rei veritate cognoscerent. Literas, quibus Pius Caranzam Romae sisti praecepit, ad Joannem Baptistam Castaneam, rossanensium archiepiscopum, pontificium nuncium apud Philippum II. regem, die 30. jul. superioris anni 1566. datas, exhibet Laderchius in *Annal. eccles.* tom. XXII. p. 291. ex *archiv. vatic.* hujusmodi: *Cum venerabilis frater Bartholomaeus, archiepiscopus toletanus, & Hispaniae primas, septem jam circiter annos, sicut nosti, in carcere retentus sit, & post tres* (fort. *tot*) *annos non modo causa ejus nunquam decisa fuerit, sed ne potuerimus quidem ipsi unquam satis certo scire quid illi objiciatur, nedum quid adversus illum probatum sit; molestissime fe-*

& charitatis officium studiose praestetis, eo etiam diligentiorem curam ac zelum pietatis in iis, quae ad Dei gloriam & cultum tantae

me ferentes, tantam causam, qua nulla major nec gravior incidere potuit, tandiu tractam esse, & praelatum, tanta dignitate praeditum, tam diuturna vexatione affligi: considerantes praeterea, quantum ex ea re scandalum ortum sit, quantaque materia praebita fuerit omnibus gentibus non solum de sacrae inquisitionis haereticae pravitatis officio obloquendi, sed etiam hujus sanctae sedis, ad quam unam tantae causae cognitio pertinebat, nimiam lentitudinem accusandi: dolentes denique vicem ecclesiae toletanae, tam insignis ac nobilis, quae, per tot annos pastoris sui solatio destituta, luget, non sine magno salutis animarum periculo, & bonorum ipsius ecclesiae temporalium detrimento: statuimus ac decrevimus (quandoquidem aliis quibusdam officiis parum adhuc profecimus) non ferre nec dissimulare diutius tantam non solum ipsius archiepiscopi calamitatem, sed etiam nostram & apostolicae sedis injuriam, cum magno totius christianae reipublicae scandalo. quocirca fraternitati tuae mandamus ac districte praecipimus, ut, simul ac has literas acceperis, eas ad notitiam venerabilis fratris archiepiscopi hispalensis, majoris inquisitoris haereticae pravitatis, ejusque consilii, & aliorum, quorum haec scire interest, pervenire facias; ut sciant, quod nos, motu proprio & ex certa scientia nostra, ac de potestatis apostolicae plenitudine, ipsi archiepiscopo hispalensi, praelatis, doctoribus, consiliariis, ac reliquis omnibus ejusdem officii, quocunque nomine vocentur, & quacunque dignitate, etiamsi episcopali aut archiepiscopali, sint praediti, omnem authoritatem, facultatem ac potestatem, a nobis vel praedecessoribus nostris in hac causa, quocunque verborum tenore concessam ... tenore praesentium revocamus atque auferimus. omnibus autem, ad quos spectat, sive ecclesiasticis sive laicis, in virtute sancti spiritus ac sanctae obedientiae, apostolica authoritate, sub poena excommunicationis latae sententiae .... praecipienda mandamus, ut ipsum archiepiscopum toletanum, cum primum harum literarum notitiam habuerint, statim e carcere dimittant, & in libertatem suam restituant, emittique & restitui curent & faciant, sine ulla mora & exceptione, absque ulla cautione & impedimento. Ipsi vero archiepiscopo toletano in virtute sanctae obedientiae atque etiam sub poena similis suspensionis a divinis, mandamus atque praecipimus, ut, simul ac liberatus fuerit (constituto tamen primo per eum ecclesiae toletanae idoneo in spiritualibus temporalibusque vicario, qui ecclesiam toletanam, durante archiepiscopi absentia, regat atque gubernet ....) ad sedem apostolicam veniat, & nostro se conspectui repraesentet: qui, Deo authore, id de ejus causa, mediante justitia, statuemus, quod ipsius Dei omnipotentis honori expedire, officioque nostro convenire videbimus. Mandamus praeterea omnibus & singulis officialibus sacrae inquisitionis, tam dicto archiepiscopo hispalensi, quam reliquis ministris, consiliariis, advocatis, procuratoribus, notariis & tabellionibus, vel etiam scriniariis dicti officii, habentibus processus, scripta, codices, cedulas, vel quaecunque alia ad causam dicti archiepiscopi pertinentia, ut ea omnia & singula intra terminum trium mensium, ab harum notitia inchoandorum, per fidum nuncium, sigillo suo vel sigillis obsignata & clausa ad nos ipsi transmittant, vel, si magis placuerit, infra terminum unius mensis fraternitati tuae tradant atque consignent ... Quisquis autem ipsi archiepiscopo toletano, quominus ad nos veniat, impedimentum aut moram objicere quoquo modo ausus fue-

tantae istius ecclesiae pertinent, vos adhibituros esse, confidimus: quam spem & opinionem nostram & pia majorum istic consuetudo & constans professio vestra facile confirmant. causa qui-
b dem archiepiscopalis agitur magna frequentia & diligentia (*b*) con-

fuerit, vel impedire aut retardare volentibus auxilium, consilium aut favorem praestiterit, quacunque dignitate praeditus sit, sive laicus sive ecclesiasticus fuerit, in easdem, sicut dictum fuit, poenas excommunicationis & suspensionis se noverit incursurum.... De eo vero, quod actum fuerit, continuo nos diligenter facies certiores, & hoc mandatum nostrum ita exequi curabis, ut diligentiam tuam in domino laudare debeamus, & ex hoc officio nostram uberius gratiam merearis. Datum Romae apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die XXX. *jul.* M. D. LXVI. *pontificatus nostri anno primo.*

Caranzam magno cum suorum clientium comitatu Romam denique pervenisse die 29. maji insequentis anni 1567. didici ex hac extrema Gratiani litterarum, ad Nicolaum Tomickium pridie Kal. jun. eodem anno Roma Patavium datarum, particula: *Quarto Kal. junii, qui dies fuit pridie corporis Christi, ad urbem venit archiepiscopus toletanus, sui ordinis in Hispania princeps: qui, haeresis accusatus, atque octo ipsos annos, obtrectatorum calumniis, dilato judicio, in custodia habitus, postremo, eo postulante, ut de se Romae apud pontificem maximum judicium fieret, ipso jubente pontifice, impetravit. nemo est, quin absolutum iri existimet. nam, criminationibus potius quorundam hispanorum principum circumventum, quam ullo certo crimine convictum putant; quod accusatoribus suis tam constanter una confisus innocentia restitit tandiu. illum Romam comitatus est ingens numerus veterum clientum. ipse tamen, praemissis omnibus suis, sub primas noctis tenebras ad urbem rheda accessit, ac recta in Hadriani arcem inductus est,*

(*b*) Pari frequentia diligentiaque reliquis Pii V. pontificatus annis haec eadem causa acta est, neque tamen, nisi post ejus obitum, peragi ac confici potuit: de qua re pluribus mox agemus. nunc Pii ipsius assiduitatem atque labores in ea causa cognoscenda ex aliis litteris ad decanum & capitulum ecclesiae toletanae anno 1569. ab eo datis, cognosce: *Literas*, inquit, *vestras 23. julii datas, libenter legimus, quibus & istius nobilissimae ecclesiae, proprii pastoris solatio tam diu destitutae, incommoda deplorastis, & nos de dilecti filii Telli Geronii, in archiepiscopi vestri locum a fel. rec. Pio papa IV. praedecessore nostro, suffecti, morte, certiores fecistis... Nec vero dubitare, dilecti filii, debetis, ecclesiae vestrae incommoda, pro ea, quam ab omnipotenti Deo nobis impositam gerimus omnium ecclesiarum sollicitudinem, aeque* (fort. *cuiquam aeque*) *ac nobis esse molesta, quibus, terminanda archiepiscopi vestri causa, ut aliquando finis imponeretur, & antea semper sedulo claboravimus & nunc quammaxime laboramus. quantum enim operae, quantum diligentiae ac temporis, in tanta caeterarum rerum occupatione, huic causae a nobis semper impensum fuerit, id clarius atque apud omnes testatius esse existimamus, quam ut a nobis in praesentia scribendum sit. sed ejusmodi negotium fuit, ut, ne tanta quidem adhibita diligentia, huc usque confici potuerit. speramus tamen, illud brevi confectum iri, quia in eum locum causa ipsa jam est adducta, ut ejus decisio diutius differri non posse videatur: quod nos ut quamprimum fiat, quemadmodum adhuc semper fecimus, sic etiam posthac diligenter curabimus &c.*

congregationum; cujus actio atque explicatio causae meliori loco esset, si ejus processus alia lingua conscriptus fuisset: qui tamen ita quotidie transfertur (c) ad communem intelligentiam, ut negotium ex rei veritate atque justitia, Deo adjuvante, brevi confectum iri (d), speremus: cujus rei curam & studium nostrum

c

d

(c) Ex hispanica lingua.

(d) Non *brevi*, quod Pius sperabat, sed anno denique 1576. post Pii obitum quarto, a Gregorio XIII. confectum est hoc negocium: cujus conficiendi ratio in *Annalibus* ejusdem *Gregorii*, Romae an. 1742. editis, tom. I. lib. V. n. 8. diligenter exposita est his verbis. *Correva oramai l'anno quartodecimo della ritenzione del Caranza, arcivescovo di Toledo, del quale spazio la metà era stato custodito in Castiglia, e l'altra metà in Roma: e Gregorio, per quello toccava a lui, si era impiegato con mirabile assiduità nella spedizione di esso, intervenendo personalmente alle congregazioni, che ogni otto giorni sopra ciò si tenevano; facendosi con molta esattezza recitare il processo, e ad ogni articolo ascoltando le allegazioni delle parti, ed i voti de' consultori. e finalmente ben ventilata e ponderata ogni cosa, avea deputato per la sentenza il quartodecimo giorno d'aprile. nel quale, citate le parti, fu l'arcivescovo da Giannantonio Facchinetto, patriarca di Gerusalemme, e da Camillo Boccamazzi cameriero del papa, levato di castel Santangelo, e per il corridore segreto, condotto in palazzo: dove il vicario di Cristo, nella camera dell' udienza publica, sotto il baldacchino si pose a sedere alla presenza de' cardinali e de' consultori e giudici del santo offizio, aggiuntisi sopra il numero i cardinali Madruccio e Montalto. nel fine del cancello, formato dalle panche de' cardinali, dirimpetto alla sedia pontificia, si pose ginocchioni l'arcivescovo, ed i suoi principali avvocati Azpilcueta navarro, dottore celeberrimo, ed il dottore Alfonso Delgado, scolastico della chiesa toletana, mandato da quel capitolo alla difesa del suo pastore. dall'altro canto stavano in piedi il fiscale e gli agenti della inquisizione di Spagna. pochi altri, non senza fatica e favore, furono ammessi a tal vista, piena di orrore e spavento. finita la distribuzione de' luoghi, e fatto silenzio, il papa porse la cedola della sentenza al notaro; il quale ad alta voce la pronunziò. il contenuto era una somma di quanto era seguito nella causa dell'arcivescovo fino a quel giorno, con piena giustificazione di chi l'avea per così longo tempo esaminata e discussa. quindi il papa lo dichiarava grandemente sospetto di eresia, ed obligavalo a detestare ed abjurare senza indugio intorno a sedici capi molto gravi ed importanti; ed in fine lo sospendeva per cinque anni, ed in oltre a beneplacito, dall' amministrazione della sua chiesa; nel quale spazio di tempo egli avesse a stare nel monastero di S. Domenico in Orvieto, con facoltà però di caminare per tutta quella città, e con assegnamento sopra le rendite dell'arcivescovado di mille scudi d'oro il mese, per la sostentazione di lui e della famiglia: riservando a sè la dispensazione del resto de' frutti sequestrati, e riscossi dal principio della ritenzione dell'accusato, fino a quanto durasse l'esilio. v'imposera inoltre alquante penitenze salutifere all'arcivescovo: il quale ricevuto incontinente il foglio delle detestande proposizioni, tenendo le mani sopra i sagri evangeli, ad una per una con solennità le abjurò; mostrandosi con molta sommissione pronto ed apparecchiato a quanto gli era o gli fosse di più stato imposto dal sommo pontefice. finita l' abjurazione fu ammesso*

nostrum ab ipso Petro Consalvo, canonico, collega vestro, suo tempore cognoscetis; in quem omnibus de causis semper erit voluntas nostra propensior. interea vero, quoniam officium literarum mandatorumque vestrorum libenti animo amplexi sumus, adducti eadem in vos paterni animi charitate vehementer vos cohortamur, ut istum debiti muneris institutum tenentes pro communi ecclesia Dei, maxime vero pro pastore vestro, omnipotenti Deo pias preces ex animo facere studeatis. Romae. XIII. (e) Kal. aug. M. D. LXVII.

messo al bacio de' santissimi piedi, senza licenza però di aprir bocca. bene il papa con volto severo a lui disse, che gli errori meritavano gastigo maggiore, ma che la sua lunga prigionia gli avea mitigato in buona parte la pena. finito questo atto, mandò Gregorio un corriero nella Spagna con il ragguaglio di quanto era successo, e col tenore della data sentenza. di che il rè rimase assai contento; parendogli, che per questa via si fosse turata la bocca a coloro, che malignamente tiravano, come da principio dicemmo, la prigionia dell'arcivescovo ad altre cause, che di fede e di religione. dal cospetto del papa e di quella congregazione fu l'arcivescovo condotto in cocchio da Onorato Gaetano, capitano della guardia pontificia, fino al monastero della Minerva: dove mentre si trattiene a compire gli oblighi ed a prepararsi per il confine, oppresso da acerbissimo dolore di calcolo, ed anche aggravato da soverchia tristezza, fra pochi giorni se ne morì.

(e) IV. exempl. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 247.

XXXVIII.

N. N. N. N. (a)

Gratas fuisse pontifici max. de solutione stipendii litteras.

Rever. domine. Satisfecerunt sanctissimo domino nostro literae dominationis tuae de solutione stipendii pro familia archiepiscopi toletani (b); respondit que tua bonitas & prudentia opinioni, quam sua sanctitas de te semper habuerat; quod ei perjucundum fuit. nec vero dubitat, quin posthac futurus sis tui simillimus, praeclaramque in ista re consuetudinem, pietati & aequi-

(a) In codice biblioth. vatic. 3432. pag. 289. hanc Pogiani epistolam, nulla neque inscriptione neque adscriptione notatam, reperi. cardinalis Bonelli nomine scriptam, vix est dubitandum; datam autem ad aliquem toletani archiepiscopatus oeconomum, qui stipendia, Caranzae archiepiscopi familiae, Romae apud eum commoranti, debita, ex Hispania sive misisset, sive quamprimum se missurum pollicitus esset, ne dubitandum quidem. eam cum superiore conjunxi, quod per idem ferme tempus dari debuisse videatur.

(b) Vide superiorem epistolam, ejusque adnotationes.

& aequitati tuae consentaneam, secuturus (c). quae res cum (d) te ipso digna erit, tum ipsi sanctissimo domino nostro, nobisque omnibus (e) gratissima. Vale in domino. c d e

(c) *secuturus sis* exempl. Sed alteram vocem supervacaneam putavi.

(d) *autem* id. Emendavi.

(e) Fortasse cardinalium collegium significat.

XXXIX.

Pius PP. V. Duci Albuquerquio. (a) a

Acta Mediolani contra ecclesiasticam jurisdictionem deplorat, improbat, ac revocari rescindique jubet. 23. jul. 1567.

MAgnam nobis admirationem & dolorem attulit indignitas commissi istic facinoris in ministros justitiae & ecclesiae dilecti filii nostri cardinalis Borromaei, archiepiscopi mediolanensis: cujus acerbitate facti (b) non solum violata est ecclesia- b

 sticae

(a) Videnda omnino epistola *Fidelis*, d. 10. jun. hujus anni huic eidem duci Albuquerquio ab eodem Pio V. data, pag.225. ex qua mediolanensium turbarum harum initia cognoscuntur. reliqua deinceps persequemur.

(b) Factum narrat Rubeus eodem illo libro II. *Vitae* S.Caroli cap.12. his verbis: *Facto senatusconsulto, nonnullis patrum dissentientibus, censuere alii, quamdiu judicium Romae penderet, iis, quae coeperant, acriter insistendum; ne interim regiae partes juris sui possessione deciderent. Satellitii ductor ad exequenda archiepiscopi mandata mercede conductus, repente comprehenditur, tum, revinctis post terga manibus, ter in sublime suspensus atque ad ima demissus, in exilium pellitur cum ea denunciatione, ut, si repertus in urbe foret, ad triremes illico mitteretur. Atrox id Carolo visum, qui non suam modo, verum etiam apostolicae sedis auctoritatem tam tristi sententia violatam videret. itaque, vitae potius quam pontificiae potestatis dispendium subire paratus, praefecto rerum capitalium, regii fisci procuratori, ac scribae, affixis publice tabellis, communione sacrorum interdictum declarat: tum senatui eandem poenam indicit, nisi quamprimum doceat, quo jure animadvertendi in ecclesiae ministros arbitrium sibi vindicaverit. Patres, misso procuratore, respondent, satellitem illum, nemini agnitum, non tanquam archiepiscopi ministrum, utpote violatorem legis, quae de armorum genere lata erat, debitas poenas dedisse. Ad summum quoque pontificem literas mittunt, novitatem facti eadem excusatione purgantes, simul in cardinalem perturbationum omnium initia congerentes... Regebat eo tempore mediolanensem provinciam dux Albuquercius, qui, ob insitam animo religionem, & quod regis sui voluntatem optime nosset, ea, quae a senatu acta erant, aegre ferebat. sane, ut expertem se omnis culpae probaret, judicem quemdam, quod clericum in vincula conjecisset, a conspectu suo rejecerat; & satellites aliquos, qui anathematis tabu-*

ſticae juriſdictionis libertas ab iis, qui maxime eam tueri ac propagare deberent, verum etiam neglecta quodammodo ſacroſanctae hujus noſtrae ſedis auctoritas; apud quam cum iſta juris hujus cauſae cognitio verſaretur (quam ob rem etiam a te, re-
c gis catholici juſſu, ſenator (c) Romam miſſus fuerat) eo inſolentiae ventum ſit, quo, ne ſi apud privatum quidem judicem
d in privata (d) & pendente adhuc controverſia res ageretur,
e quenquam deſcenſurum fuiſſe, unquam (e) exiſtimaſſemus. quare ab excellentia tua, quod ejus aequitatis & officii eſt, magnopere petimus, & pro filiali obedientia vehementer requirimus, ut ipſum cardinalem Borromaeum, archiepiſcopum mediolanenſem, ſtatim in eundem locum reſtituendum cures libere agendi contra clericos & laicos, eorumque patrimonia, in cauſis, ad eccleſiaſticam ejus juriſdictionem pertinentibus, quem, ante iſtam ei inſolentius factam injuriam, obtinebat; iſtumque collateralem archiepiſcopalis executionis miniſtrum, injuſte captum ante fores majoris eccleſiae, ſtatimque ſine ulla cauſae cognitione acerbius tortum, & ejectum, familiamque reliquam ipſius armatam debitas ſui muneris partes tuto exequi permittas: &, advocato, fiſcalibus, ac reliquis archiepiſcopalis curiae adjutoribus, qui injurioſe fugati ſunt, ad ſecuram ſui muneris adminiſtrationem revocatis, omnem archiepiſcopalis poteſtatis libertatem in priſtino ſtatu reponas. Nos vero, praeter ea, quae adhuc ab ipſo cardinale archiepiſcopo ad defenſionem eccleſiaſticae dignitatis recte atque ordine facta comprobamus, deinceps in iſtorum auctores malorum eam animadverſionem adhi-
f bebimus, quae in rem convenire videbitur (f). interea reſtitutionem

tabulas ex palatii templorumque valvis detraxerant, duci in carcerem juſſerat ... Hac igitur piae voluntatis teſtificatione permotus pontifex, tranſmiſſis abſque reſponſo ſenatus literis, ad Albuquercium ſcribit, ut pro ea, quam praeſeferat, religione ac prudentia, rationem ineat, qua cardinali, immo toti eccleſiae, pro illata injuria ſatisfiat. ſimul, miſſo Mediolanum curſore, ſenatus praeſidem duoſque ſenatores, qui velut auctores injuriae notabantur, admonebat, ut cum aliis, anathematis vinculo obſtrictis, Romae ſe ad cauſam dicendam intra trigeſimum diem ſiſterent &c.

(c) Joannes Paullus ab Eccleſia. vide eamdem illam epiſtolam *Fidelis* & ſequentem *Juſtitiae*.

(d) *privata controverſia res ageretur & pendente quenquam &c.* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 250.

(e) *nunquam* cod. uterque. Emendavi, quod mendoſum credidi.

(f) Rei exitum, qui in ſequentem annum 1568. incidit, ex Jacobi Laderchii *Annalibus eccleſiaſt.* tom. XXII. pag. 340. cognoſce: *Interea*, inquit, *Serlavii marchio ex Hiſpania mittitur, qui cardinalem* (S. Carolum), *primo Mediolani convenit, blanditiis ſimul ac minis,*

tionem istam ecclesiastici juris, quam ipsi regi catholico, cujus justum & religiosum animum cognitum habemus, pergratam fore non dubitamus, te, pro tua justitia ac pietate, statim in integrum praestaturum esse, confidimus. Romae x. (g) Kal. aug. M. D. LXVII. g

minis, deinde Romam profectus (extremo februario an. 1568.), *ac pontificem alloquutus, post varias demum contentiones, negotia finis hac ratione impositus fuit, ut regii illi administri, ad quos ea magis causa spectabat, Pio indulgente, a cardinali stata caeremonia in ecclesiae gratiam reciperentur, uti effectum est, meritas piaculis poenitentias publice iisdem subeuntibus, spectaculo prae foribus majoris ecclesiae coram omni populo exhibito. archiepiscopalibus ministris erepta arma sunt restituta, &, qui abstulerant, nihil unquam tale se facinus sunt polliciti patraturos.* Hactenus Laderchius, melior fortasse historicus, quam grammaticus, qui partem illam orationis *Romam profectus ac pontificem alloquutus* suspensam nullique verbo commode atque apte nixam reliquerit. Rubei narrationem de hac quoque re libentius attulissem, nisi (quod equidem miror) controversiae hujus exitum is, qui initia progressusque tam diligenter exposuerat, memoriae prodere omisisset.

(g) V. *Kal. octobris* cod barber. Fortasse recte. Emendavi tamen ex codice tabul. vatic. a cujus auctoritate, nisi plane perspecta re ac penitus explorata, discedendum mihi, ad alia properanti, non putavi.

X L.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Curiensi. (a) a

Ejus litteris, ad pontificem max. datis, respondet. 6. aug. 1567.

Accepit sanctissimus dominus noster literas tuas, idibus martii M. D. LXVII. datas, & catalogum clericorum, qui in tua dioecesi tibi catholicae fidei ac vitae nomine probati sunt.

Ll 2 De

(a) Curiensium hujus episcopi nomen, atque alia quaedam, ad eum pertinentia, ex his, quas subjiciam, catholicorum helvetiorum ad Pium IV. litteris, *ex Badena die 15. mensis julii 1565.* datis, cognoscentur. *Nulla sane privati commodi spe aut alia sinistra affectione, sed pios, eruditos & idoneos viros ad omnium, maxime autem cathedralium, ecclesiarum regimina, quantum in nobis est, promovendi desiderio, & maxima rei indignitate, quae reverendo domino Beato de Porta, pio & docto viro, ad episcopatum curiensem electo, praeter suum demeritum contigit, commoti, non possumus intermittere, quin, intercessorum officium assumentes, sanctitati tuae saepius pro eadem supplices simus. quis enim tam durus & inhumanus est, qui cum tantam vim & violentiam, tamque atrocem injuriam, qua vir ille bonus & pro-*

De istis autem, quos in quarto gradu inter se matrimonio conjunctos permultos esse scribis, quemadmodum dolet ejus sanctitas, perniciosam istam corruptelam una cum caeteris istic introductam esse, sic a te petit, ut contractorum matrimoniorum indicem huc mittas, quique & quales ii sint, qui contraxerint, & quo tempore etiam, distincte perscribas. non enim deerit istarum saluti animarum, quacunque ratione poterit; in quarum incolumitatem ut ipse toto pectore incumbas, pastorisque fidelis & prudentis, ut sperat, officio fungare, te vehementer etiam hortatur in domino: cui ego salutarem prosperitatem precor. Romae. VIII. id. aug. M. D. LXVII.

XLI.

probus affectus fuit & quotidie afficitur, audiat, ejus non commiseratur? quis virum, multis nominibus hoc episcopatu dignissimum, canoniceque & legitime electum, ejici, & hominem simoniacum, ineligibilem, & nullo modo idoneum, in pessimum totius Germaniae exemplum, violenter intrudi, atque, taliter intrusum, in bonis ecclesiasticis, sacrilegis manibus, cum tanta hujus venerandae & vetustissimae ecclesiae jactura, versari, eaque tam profuse & inutiliter dilapidare, aequo animo ferat? Rogamus itaque & obsecramus sanctitatem tuam summis affectibus, ut, pro sua innata pietate & clementia, hunc virum, rite videlicet electum, tamque rarum (fort. *ratum*) *& verum Christi sacerdotem, in gratiam nostram sibi commendatum habeat; atque decreto electionis suae, uti verae historiae, & in tota fere Germania jam notoriae, fidem indubiam adhibeat; & proinde electionis confirmationem, quantum eidem possibile fuerit, acceleres decernatque & concedat. &c.* Postea quid acciderit, episcopus ipse Pium V. suis ad eum litteris, ultimo februarii mensis die an. 1566. Veldirchio datis, docuit his verbis: *Caeterum, cum a sanctissimo domino Pio IV. sanctae recordationis, tam confirmationem quam consecrationem fuissem consecutus, etiam a caesarea majestate temporalem jurisdictionem, quam* Regalia *vocant, qua episcopi per Germaniam uti solent, haud gravatim impetravi. verum confoederati domus Dei, nostri in temporalibus subditi, salicensium instinctu persuasi, haec omnia, nulla vel sanctissimi domini papae vel etiam caesareae majestatis ratione habita, spernunt; neque nos in episcopalem possessionem admittere hactenus voluerunt, omnemque, ut dicitur, movent lapidem, quo, omnium excusso jugo, ipsi liberi suo arbitratu vivere possint. ego tamen interea .... omnia, quae episcopalis sunt muneris, exequor .... Adversarii mense* (fort. *Adversarius meus*)*, personatus ille episcopus, nullis hactenus vel cohortationibus vel aliis etiam mediis a pertinaci suo proposito adduci* (fort. *abduci*) *potuit: verum epicurea quadam ingluvie omnia prodigit ... Sed speramus, si tua sanctitas, uti etiam sanctissimus dominus papa Pius IV. sanctae recordationis, summus amator justitiae, & pollicitus est & praestitit, adjutricem porrexerit manum, has turbas brevi sopiri posse &c.* Factum id quidem fuisse, ex his cardinalis Alexandrini litteris, in quibus nulla ejusmodi turbarum significatio est, conjici potest. caeterum superiores illas litterarum particulas ex Laderchii *Annal. eccl.* tomo XXII. pagina 148. & seqq. descripsi.

XLI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Caesareae Majestati.

In causa Caroli Ferri, sibi commendati, nihil, quod in sua potestate fuerit, se praetermissurum, pollicetur. 9. aug. 1567.

NUllius commendatio apud me plus ponderis habere potest aut debet, quam majestatis tuae, pro mea debita ipsi observantia ac fide singulari. quod ut ei studium & officium meum re magis praestare, quam verbis ostendere cupio, sic vehementer doleo, non esse meum judicium hujus causae Caroli Ferri asculani, quem mihi commendat. est enim ejusmodi res, ut cognosci non possit, nisi a signatura (a) sanctissimi domini nostri coram

(a) *Romani pontifices* (inquit Benedictus Chiavetta, vir pontificii juris consultissimus, in suis *Institutionibus juris canonici*, Panormi editis an. 1711. lib. I. c. 4. num. 159. & seqq.), *volentes consulere indemnitati litigantium, duplicem signaturam instituerunt, gratiae scilicet & justitiae: atque ad utriusque signaturae ministeria deputati sunt viri spectatae virtutis, qui Referendarii vocantur. Nomine autem Signaturae veniunt supplicationes aut commissiones per summum pontificem, aut in ejus praesentia, vel absentia signandae ab alio commisso. seu, Signatura est scriptura conscripta in papyro a papa, vel ab ejus delegato, qui est cardinalis praefectus Signaturae, absque sigillo, in medio scripta, partis supplicationem, papaeque concessionem breviter continens . . . Dicitur Signatura, quia a papa, vel ejus commisso signari solet: ideoque Signatura idem est, ac scriptura signata, id est subscripta, non simpliciter, sed in medio, & statim a partis petitione; quia postea papa declarat quid concedere intendit. est absque sigillo, ad differentiam brevis aut bullae; in quibus ponitur sigillum, vocatum Anulus piscatoris, id est D. Petri. Quod si supplicatio recusetur & non signetur, non dicitur Signatura . . . Papa autem solet signare Signaturas gratiae per* Fiat, ut petitur, *vel per* Fiat, A, B, &c., Antonius, Benedictus &c., *per primam literam nominis supplicantis. Si vero signat delegatus a papa, signat* Concessum, ut petitur, in praesentia domini nostri papae. N. N. cardinalis. *Quod si non fuerit in praesentia papae, signat delegatus* Concessum, ut petitur. N. N. cardinalis . . . *Differentiae autem inter Signaturam gratiae & Signaturam justitiae variae sunt. nam Signatura gratiae signatur per* Fiat *a papa, vel per ejus cardinalem delegatum per* Concessum: *Signatura justitiae signatur per* Placet; *a cardinali delegato signatur* Placet sanctissimo domino nostro papae. N. N. cardinalis . . . *Referendarii vocantur illi, qui commissiones & supplicationes ordinarias justitiae, id est de rebus pertinentibus ad justitiam, vel gratiae, id est de rebus pertinentibus ad gratias apostolicas, ut sunt concessiones beneficiorum, referunt summo pontifici, & pro ipsis signandis assistunt & laborant &c.*

coram ejus sanctitate; & in iis ipse non sum quatuor cardinalibus, ad quos omnium reorum ac damnatorum, etiam contumaciae causa (quo in numero hic Carolus esse dicitur) postulata deferuntur. quem tamen Carolum omni opera ac studio meo illis ipsis, qui ad judicium adhibentur, ubi opus fuerit, commendare non desistam. video enim, quantam mihi hujus officii necessitatem imponat & praeclarum testimonium, quod huic viro dedit tua majestas, & ejus voluntas, cui neminem esse, qui majori cupiditate ipsi obsequendi teneatur, polliceor atque confirmo. quod in his rebus, quarum arbitrium meum fuerit, si mihi aliquid pro sua benignitate mandare dignabitur, plane cognoscet. interea ei omnia, quae a sui observantissimo deberi possint, summa animi mei voluntate deferens, prospera cuncta & salutaria a Deo semper precor. Romae. v. id. aug. M. D. LXVII.

XLII.

a Julius Pogianus Octaviano Ferrario. (a)

16. aug. 1567. *Respondet Ferrarii epistolae; quam supra habes pag.* 116.

Moram scribendi ad me tuam compensas tu quidem cura ac diligentia epistolarum: sed, quemadmodum ego existimo, majore studio conatuque id agere moliris, quam aut res ipsa aut amicitiae consuetudo postulare videatur. elaboras enim tanquam in judicio de industria, ut probes, me, contra quam
b dixerim, hoc, quod habeo, negotii (*b*) nec invitum suscepisse nec moleste sustinere. quae tua contentio quam causam rationemve habeat quia non video, sane demiror. ego enim perpetuitatem quandam laborum meorum cum tecum, quasi cum
c altero me, per literas (*c*) conquestus essem, etsi levatio, quam a te expectabam, minime propria fuit ejus mali, quo premebar, tamen qualecunque remedium non neglexi tuum: rem
d vero tibi, quemadmodum se haberet, alteris literis (*d*) demonstravi. tu, quia non accommodavi morbum ad medicinam, quam ostenderas, scilicet ea re commotior, curationem adhibes & acriorem & alieniorem; meque, non ut ipse sentio, sed

(*a*) *Ferrerio* exempl. Emendavi. Pogiani ad hunc Ferrarium epistolas duas habes supra pag. 109. & pag. 153. quas cum suis adnotationibus consule.

(*b*) Scribendi nimirum litteras alieno nomine.

(*c*) Quarum initium est *Certum consilium* pag. 109.

(*d*) Earum initium est *Literarum officium* pag. 153.

ſed ut tu judicas, vis laborare. nam, quae, ut dixi, ex auctoritate (*e*) neceſſario ſuſcepi, nec libenter fero, ea me & vehementer expetiſſe contendis, & ſumma mea voluntate perferre, nimirum praeſenti mercede, vel majoris etiam ſpe praemii delinitum: quam idem tu non ſolum hujus, quod mihi impoſitum eſt, oneris non abjiciendi juſtam cauſam affers, ſed etiam in dies graviora ſubeundi. hic ſi tibi aſſentiar, a me ipſe, id eſt a veritate, diſſentiam. nullum enim pro me ſtudium ea in re, nullum verbum interceſſit; nullius ad id operam, nullius commendationem adhibui: tantum mihi aſſignatum a pontifice munus non defugi initio, neque deinceps addita ad laborem multa recuſavi. quo iu genere nullam aut praeſentis pretii aut futurae utilitatis rationem habui, ambitionis vero multo minus; a qua ſic & voluntate & toto vitae curſu ſemper abhorrui, ut me, non ſalutantem domi principes, non affectantem, non proſequentem uſquam officii cauſa, ab omni denique gratioſorum conſuetudine remotiſſimum, aliqui, in ambitione artifices, tot annos, quot Romae fuerim, in urbe peregrinatum eſſe, dictitent. ab iſta autem diligentia rei familiaris augendae, quam tu non improbas, immo ſi mihi (*f*) placeat (*g*), etiam laudas, equidem tantum abſum, nihil ut me poſſit eſſe negligentius. cujus mihi rei teſtes ſunt ampliſſimi viri, a quibus, alius ſi eſſem, minus certe diligerer: ſed illi maxime conſcii, qui temporibns valent & valuerunt (*h*); quos cum pro meo jure multa poſſem rogare, nec ipſe quicquam mihi petii ab illis, neque per interpretem (*i*). eſt iſtic (*k*) Borromaeus cardinalis, vir rebus

(*e*) Pii V. In epiſtola illa *Certum conſilium* hanc rem Ferrario Pogianus his verbis ſignificarat: *Sed, dum profectionem paro, ecce tibi ſignificatio principum voluntatis, me ut revocem ad priſtinum munus ſcribendi meum... Parendum neceſſitati fuit, quae quanta ſit vel in nutu eorum, qui potiuntur, non ignoras.*

(*f*) Pronomen hoc *mihi* abeſt ab exempl.& a cod.barb. Addidi tamquam neceſſarium. Sic autem Ferrarius in ſua illa ad Pogianum epiſtola p.164. col.1. ſcripſerat: *Hic excuſabit aliquis domeſticam tenuitatem, ob quam rem ſervire cogatur. Non reprehendam ſane; quin,* ſi vis tu, laudabo etiam: *dummodo rem quaerat, ut abs te quaeri video, tum honeſte, tum neceſſario.*

(*g*) *placet* cod. barber.

(*h*) Eos potiſſimum cardinales ſignificat, qui in novis deinceps pontificatibus principes ad remp. adminiſtrandam a ſummis pontificibus adhibentur: qualis proxime fuerat ſub Pio IV. card. Borromaeus, eratque hoc tempore ſub Pio V. card. Bonellus.

(*i*) Ait, nihil ſe umquam neque *per ſe*, neque *per interpretem* petiiſſe ſibi ab iis cardinalibus, qui plurimum apud pontifices maximos gratia & auctoritate valerent. Eſt autem (quod nemo, niſi plane latini ſermonis ignarus, ignorat) latinis *interpres* non is modo, qui

l bus omnibus ornatissimus, a quo, proximo (*l*) pontifice, omnia petebantur; quicum si quid unquam vel a me vel ab alio actum est meo nomine, mihi ut aliquid impetraretur, haud repugno, quo minus vani hominis nomen merito subeam. mansi idem, & manebo, quoad vivam; ac spero, fore, me ut hujus consilii & in-

qui ignotam aliis linguam interpretando notam facit, verum etiam is, cujus tamquam vicaria opera ad aliquid ab alio impetrandum, aut ad aliud quodpiam negocium transigendum adhibetur. Cicero Action. II. *in Verr.* lib. III. c. 84. *A. Valentius est in Sicilia interpres: quo iste* INTERPRETE *non ad linguam graecam, sed ad furta & flagitia*, UTI *solebat*. & lib. IV. c. 49. *Qui haec, quae dico, jam non occulte, non per amicos atque* INTERPRETES, *sed palam de loco superiore ageret pro imperio & potestate*. Plancus etiam ad Cic. lib. X. *Famil.* epist. 11. *Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad hujus rei societatem invitem, omniaque ei obsequia pollicear, si modo remp. respicere volet*. UTOR *in hac re adjutoribus* INTERPRETIBUSQUE *fratre meo, Laterense, & Furnio*. & epist. 17. *Studium mihi suum L. Gellius, de tribus fratribus Sex. Gaviano probavit: quo ego* INTERPRETE *novissime ad Lepidum sum* USUS. Sunt alia apud Ciceronem caeterosque optimae latinitatis auctores ejusdem generis sexcenta; quibus apposite ac valde ex latinorum consuetudine *interpretis* appellatione Pogianum hoc loco esse usum, possit ostendi.

Atqui ego, qui, eosdem auctores sequutus, illa in meis ad nuncupatoriam Gratiani epistolam, huic operi praefixam, adnotationibus pag. LIV. scripserim, *Harum ipsarum litterarum exempla in tabulario ejus, quam Congregationem Concilii dicunt, adservantur. inde mihi ego apographum .... paravi, amplissimi praesulis, virique doctissimi, Josephi Alexandri Furiettii, ejusdem congregationis a secretis, singulari beneficio*, INTERPRETE *autem apud eum ipsum amplissimo item praesule & humanissimo, Francisco Xaverio Zeladio, auditoris camerae locum tenente*, USUS: ego, inquam, qui similiter, atque illi veteres latini, loquutus sim, tamen acerbissimam R. P. Fr. Vincentii Mariae Dinellii, Cathedratici Casanatensis, ordinis Praedicatorum, quem honoris causa nomino, reprehensionem effugere non potui. in eo enim libello, quem, ab eo contra me atque aliquot amicos meos scriptum ac Romae editum, alibi memoravi, pag. 128. leguntur illa, quae quamquam video (neque tamen dolere possum) mihi quidem summae latini sermonis inscitiae perpetuam notam esse inustura, illi vero (neque tamen invideo) mirificam cum ingenii, tum doctrinae elegantiaeque, addo etiam urbanitatis ac facetiarum opinionem apud omnem posteritatem allatura, describam tamen: *Age: qui* (Lagomarsinius) *eo genere verborum scribendo* (fort. *in scribendo*) *utitur, quae cum aequivoca dici solent, tum si adhibeantur, maximam injuriam gravissimis viris, honestissimisque matronis inferunt, quanam tibi poena videtur dignus? Paedagogi profecto, quem adolescentem his uti noverint, in gurgustium, quod isti vulgo* camerino *vocant, conjicere consueverunt. Sane bene. Jam is* (Lagomarsinius) *de doctissimo eruditissimoque Praesule Furiettio ita loquitur, ac si non latinam modo, sed etiam italicam linguam nesciat. Ut enim cum tanto viro ageret, opus sibi fuisse scribit* INTERPRETE.

(*k*) Mediolani.

(*l*) Pii IV. pontificatus tempore. Ita autem *proximo pontifice* Pogianus dixit, quemadmodum latini veteres *proximis consulibus* dixere.

& instituti mei nullo tempore poeniteat. Quid igitur te, inquis, retinet in isto munere laborioso? Patronorum amicorumque auctoritas, & constantiae ratio; quae mihi prima semper in officio fuerunt. at tibi secus videtur, qui, res ad summi philosophi (m) praecepta perpendens, inde divinam illam expedis regulam, qua vera, simulata, sincera, fucata distinguens, intimos perspicis hominum sensus. quo loco etiam mihi ille non omnino gratus accidit aculeus, quod scribis, principem istum philosophorum, quem tu admiraris, a me contemni. quo id teste, quo argumento probabis? eodem videlicet, quo caetera. an vero, quia, proxima ad te epistola, cum officio satis ab illis minime fieri scripsisses, qui pro beneficio gratiam modo haberent, idque eodem isto auctore defenderes, ego Deum ab hominibus grata, etiam sine effectu, voluntate contentum esse responderim, propterea Aristotelem a me despici coargues? non tu quidem magis istud ratione viceris, quam alterum illud, quod item arripis ad reprehensionem meam, parum apte mea me cum Deo comparare. quam mihi versutam verborum interpretationem si libeat imitari, nihil tam certum definitumque sit, quod non in contrariam partem deflecti posse videatur. sed valeat malitiosa haec loquendi ac scribendi ratio, facessat in amicitia omnis suspicio atque calliditas. nihil me tectum, nihil occultum delectat: ne suspicor quidem, amici pectus animumque a fronte, ab ore discrepare: nolo enim seperstitiosam istam mihi struere sollicitudinem. Verum, cum ipse simpliciter & aperte loquar, aliter de aliis existimare vix possum. tu fortasse ex Aristotele cautior atque munitior: recte, nisi idem sis injustior atque suspectior: quod ad me attinet, minime tu quidem; cujus amorem nulla calumnia (n) unquam exhauserit. sed mirum, quantum ista in odia hominum incurrant. equidem, etiam si in eo perseveraris, mihi ut ex Aristotele pares invidiam, quanquam ejus semper suspexi doctrinam, &, cum vobis illa interiora concederem, quae in promptu sunt, nunquam, cum liceret, non aspicere studuerim, tamen, si ita voles, ut te retineam, illa ipsa dimittam. tantum a te illud etiam atque etiam

 petam,

(m) Aristotelis. Vide eamdem illam Ferrarii epistolam pag.164.

(n) *Calumnia* non modo fictum crimen, alicui illatum, sed etiam, ut heic, alicujus dictorum nimis exquisitam atque subtilem, & quodammodo maligniorem interpretationem significat. Cicero lib.I. *offic.* c.33: *Exsistunt etiam injuriae saepe calumnia quadam, & nimis callida & malitiosa juris interpretatione*. Et pro *Caec.*c.61. *Aequitatis judicium cum erit, cave in ista tam frigida tamque jejuna calumnia delitescas.*

petam, ut, quoniam me nulla tuarum declamatio literarum tibi unquam poterit immutare, tu quoque mihi mutuam tribuas voluntatem. neque enim, si in me lacessendo tui ingenii acumine delectaris, si quid interdum sit in meis literis, quod minus tibi blandiatur, te mihi eo in genere aequum praebere non debes: etsi idem, quod tibi de me confirmo, mihi de te polliceor, fore, ut amicitia nostra, quaecunque intercesserint vel vitia vel incommoda verborum, nihilominus suam religionem obtineat.
o Cargam (*o*) nostrum, quibus officiis potes, quaeso tuere. nam nec

(*o*) *Joannes Carga forlivlensis* (corr. *forojuliensis*) *fuit Manutio intimus: dolendumque magnopere est, quod exquisitae doctrinae vir plura non ediderit. inter initia Sixti V. quum nobis ille innotuisset, obtulit latinum carmen, odamque elegantissimam, qua nos amice laudabat. fuerat olim S. Caroli familiaris; & una cum Amalthaeo* (Attilio) *scribendis epistolis operam navarat*. Hactenus card. Fridericus Borromaeus lib. I. cap. 1. *de fugienda ostentatione*: quod opus ms. in bibliotheca mediolanensi ambrosiana adservatur. Illud *forliviensis* corrigendum, & in *forojuliensis* mutandum propterea statui, qud illa a Gratiano lib. XIII. *de script. inv. Min.* vol. II. pag. 3. memoriae prodita de hoc Joanne Carga memineram: *Est in foro Julii atque in finibus Carnorum haud ignobile oppidum, cui a Fano Danielis est nomen, edito situm in colle, qui leni clivo ascenditur, impositum viae, qua in Germaniam per Carinthiam itur, amoeno & maxime salubri caelo. Hic adolescentes docebat Jo. Petrus Abstemius, vir culto ingenio & erudito... Auctore Joanne Carga, homine docto, ac tum in romana aula in primis gratioso.... qui inde erat, & ex eadem disciplina prodierat, eo missus sum.*

Neque vero aliam Cargae patriam fuisse, licet etiam ex hisce ejusdem Gratiani ad ipsum Cargam mss. apud me litteris, pridie Kal. jun. hoc eodem anno 1567. Roma Mediolanum datis, intelligere: ex quibus alia quoque nonnulla, ad eum ipsum pertinentia, discemus: *Dopo la partita di V.S. io sono sempre stato sì poco bene, che non ho mai saputo mettermi a scriverle; & ho voluto aspettar d'intendere, che la fosse gionta sana a Milano. mi rallegro, che del viaggio non habbia sentito nocumento: di che noi altri havevamo qualche paura per le giornate, che sono corse. mi rallegro anchora de le accoglienze, fattele costì da monsignor illustrissima* (card. Carlo Borromeo) *& da tutti i suoi. V.S. attenda lietamente & ricuperarsi, & a servir Dio sotto lo stendardo di così santo prelato. Noi, sentendoci venir adosso così gran caldi, usati a quei freddi del settentrione, disegnamo di ritirarci in qualche luogo salubre & fresco, vicino a Roma: il quale penso, che sarà Gualdo; dove dicono essere de le commodità assai, & stanza & aere bonissimo. partiremo fatta S. Pietro: & già il cardinale* (Commendone) *ha qualche intentione de la licentia; benchè non possa anchora haverla per certo. speriamo, che nostro signore non habbia da negargliela, sapendo, che ha bisogno di provedere, che quella sua doglia di testa, da la quale è molto spesso molestata, non se gl'invecchi adosso. Io poi per interesse de la mia complessione desidero molto questa uscita di Roma, sentendomi già trattar male da questi caldi, & Dio voglia, ch'io possa contenermi poi d'arrivare fin ad Asolo dal nostro signore Renaldi, & far tutta la state con lui, & andare ancho insieme a solazzo fino in Friuli.* Aque-

nec officiosiorem hominem nec probiorem tua humanitate complecti potes. Filiolum sic institue, ut, patriis imbutus artibus, hanc urbem, qua tu, meo judicio, indigne caruisti, maturius, ac re-

Mm 2

A questo proposito di Friuli, ricordo a V.S. di scrivere al Carga, suo parente; & poichè ella ha potuto ottenere dal cardinal nostro, ch'egli accetti fra qualche tempo al suo servitio un suo figliuolo (il che io so a quanti gentilhuomini & amici del cardinale è stato negato) ottenga ancho da lui, che non manchi a questo giovane; & l'essorti ad allevarlo & instituirlo in modo, che possa essere habile a questa servitù, & presto. & certo, come ho detto anchora a bocca a V.S. non può far meglio, che tenirlo un par d'anni quì nel collegio germanico, dove con i principij di lettere, ch'egli ha dal padre, non è dubbio che sarà in poco tempo mirabile profitto, & si habiliterà ad ogni fortuna. al padre parerà grave la spesa, per pocha che sia, come quello, che con lunghe fatiche si ha acquistato quel, che ha. ma dovrebbe provare più tosto di lasciare a' suoi figliuoli virtù & bono indirizzo, che altra heredità di robba. & siate pur certo, che, se lo alleva in Friuli, perderà assai, & ci metterà più tempo. & Dio sa poi, che riuscita sarà quel giovane: perchè chi cresce in casa sua è in molto periculo di pigliar cattiva piega; massime hoggidì, che i figliuoli escono a bon hora de la potestà de' padri, & vogliono far presto a modo loro. il quale periculo non si correrebbe, allevandosi egli quì, per la bona & inviolabile disciplina, che si serva nel collegio. V.S. con l'autorità sua induca il padre a questa deliberatione; se desidera, che la gratia, che ha ottenuta dal cardinale (il che certo è stato un gran segno del conto, che sua signoria illustrissima tiene di voi) habbia effetto: perchè sapete, che ve l'ha concessa con conditione, che questo giovane si allevi bene. io ho voluto ricordar questo a V.S. per il desiderio, che ho del bene de' suoi, & per l'affettione, ch'io porto a la sua patria, ne la quale ho consumato il più dolce tempo de' miei anni... Con che mi raccommando a V.S. de l'esser de la quale aspettiamo spesso nuova da lei medesima: & Dio la risani & conservi ne la sua santa gratia... Saluto Attilio (Amalteo) *nostro*.

Ex Commendoni etiam litteris ad eumdem Cargam, qui illi cardinalatum gratulatus fuerat, mense, ut opinor, aprili anni 1565. Petricovia Romam datis, nonnulla alia de homine cognoscamus: *Quanto poca cagione, inquit, io habbia di rallegrarmi di questo grado, pochi possono giudicar meglio di voi, che, per il maneggio lungamente havuto de la secreteria di nostro signore, sapete quale sia il bisogno di questi tempi, & apunto per esser noi vivuti molti anni insieme, conoscete, quanto poco lo possa satisfare al debito mio.... dopo sì continue mie peregrinationi, le quali in me non hanno operato altro, che scoprirmi più evidentemente le calamità de la chiesa: per le quali calamità in vero non posso laudare la vostra deliberatione di ritirarvi. hora, che il signore Dio vi ha levato quell'impedimento, che vi poteva ragionevolmente indurre a partir di Roma, sete obligato ad usar la vista a servitio di chi ve l'ha data & poi restituita. & io vi prego a lasciar questa vostra opinione affatto, o almeno ad aspettar, che io ritorni; che farò, come spero, a l'autunno &c.*

De eodem Carga est illa Jo. Andreae Caligarii litterarum ad Gratianum die 16. jan. 1568. Faventia Romam datarum particula, ex qua hominis spectata probitas intelligitur: *Raccommando a V.S. messer Balasso Naldi, figliuolo del più caro amico, ch'io habbia al mondo. pregate anco il Carga a fargli*

ac rebus, ut spero, melioribus, colere possit. Communibus amicis (p) salutem. Romae. XVII. Kal. sept. M. D. LXVII. (q)

fargli di quelle sue prediche, ch'è solito usar a novitij, che vengono in corte: che me ne sarà piacere singolarissimo.

In poëticis quantum Carga valuerit, specimen esto elegiacum illud *carmen, in obitu Julii Pogiani* ab eo scriptum, quod, ab Jo. Matthaeo Toscanio Lutetiae parisiorum an.1576. editum, nos in nostras ad Gratiani nuncupatoriam epistolam adnotationes pag.LVII transtulimus. de quo Carga rediturus est nobis sermo, ubi ad Pogiani epistolam *Recens* d.11. oct.1567. venerimus.

(p) Barptolemaeo Caprae, & Hannibali Crucejo: de quibus vide epist.*Certum* d.21. jul.1566. pag.109.

(q) Quid hisce Pogiani litteris Ferrarius rescripserit, habes in ejus hac, quam subjicio, epistola: *Epistolam tuam Crucejus noster, cum apposita mensa sederem coenaturus, nudius tertius mihi reddidit: qua lecta tantum cepi voluptatis, quantum antea nunquam. sed me tamen prior ejus pagina affecit varie. suspensum enim aliquantisper tenuit a primo. quod, ut repungeres, aculeum erigere videbaris: paulo post autem, ubi ad locum perveni, in quo meam curationem tibi negas placere, eadem cachinnum etiam commovit. ad eam igitur mihi quid in mentem venerit respondere, ex meis verbis, non ex dubia conjectura cognosce. si, quae dicis, vere dicis, medicus ego sum, indoctus scilicet atque indiligens. quapropter, ut significas, neque morbi vim recte judico, neque remedio utor ad sanandum idoneo. turpe est vitium inscientiae ipsum per sese; sed id delicti accessio turpius multo efficit. cum igitur, qui annos triginta ipsos, hoc est integrum saeculum, in his studiis desudarit, neque mala haec declinarit, aut aspexerit, sed adierit atque susceperit, quemnam esse dices? iniquus ergo fueris, si aliquem unum istis moribus, etiam amicum, venia dignum existimaris. e quo grege ne me ipsum quidem, dummodo inveniar hac labe, quod nolim, contaminatus, eximi postulo. Stulte, inquis: nam tuo ipsius judicio te condemnas. Minime vero: nisi quid me fallit regula, quam ipse veram duntaxat, tu, qui altius perspicis, divinam vocas. non ego philosophiam tantum excolui; etiam medicinae scientiam amavi adolescens: in qua quid profecerim, tacitus praeteribo. dicam illud, me nondum etiam poenitere vigiliarum. medici tamen opus, quod unum, ut foecundius, nemo non consectatur, quia male oderam, longe refugi. itaque nec meipsum, nec ex domesticis alium quenquam, si quando iis morbus incidit, domi curo. foris vero, ne accersitus quidem & invitatus mercede, viso aegrotos. quo etiam magis mirandum videtur, me, qui curare neminem ultro consuerim, invocatum curationem tui suscipere voluisse. At enim isti morbo medicinam feci unis atque alteris literis. At id, quod sciam, nunquam equidem feci; neque, si feci, quominus tibi poenas dem tuo arbitratu, recuso. in epistola quidem priore, qui meus esset sensus in amicorum adversis rebus, demonstravi, inconstantiam fortunae & ejus iniquitatem deploravi: huc de tuo in nos beneficio, & privatis rebus nescio quae addidi: praeterea nihil. posterior vero epistola tantum abest, ut remedii aliquid afferat dolori tuo, ut causas etiam exponat, quamobrem non is mibi minuendus esse videatur. istam enim tolle molestiam, sustuleris una opera laborem; eo sublato, honores, & simul honorum praemia necessario tibi peribunt. ii enim sumus ambo, ut vides, quibus frangenda nux est, nucleum esse volentibus. atque haec, quae vera sunt, cum a te colligi, tum ut falsa rejici, aequum fuit,*

fuit, ut amicum hominem accusares, vere potius, quam aspere, ne dicam falso, excusares. nom quod ais, me ideo commotum, quia medicinae morbum non accommodaris, plane ludentis est. nimirum tibi repuerascere videor; qui, convenire calceos pedibus debere, hoc dis primum didicer im. atqui ego de adhibenda huic morbo medicina (idem enim saepe iterandum est, quo memineris firmius) nunquam cogitavi. bortatus sum ad veri studium. in eo sive nunc primum es, sive tu semper fuisti, est, quod gaudeam: sin non es, & abes longius, est, cur doleam; quia bona re careas. cum boec tibi opto, ut bene sit, opto: quo certe animo non fere est quisquam in alium commotior. quod si commotum, eundem ira percitum intelligis, quis, obsecro, iratus non si male esse vult, cui irascitur? sed reprimam me. nam & tu scribis aperte, genus hoc dicendi invisum tibi videri; & ipse, ne non ita sit, incipio vereri ob eam rem unam in primis, quod verum jucunde audiuns paucissimi. modum igitur faciam. vides ne ex uno literarum tuarum ambitu quam multa jam fluxerint? quid censes futurum, si rescripserim ad omnia? ut scias, tanta sunt reliqua, ut abunde possint totas chartas quatuor explere. quamobrem constitui mecum, quoad una simus, ea mihi reservare. tunc omnia, si voles, effundam, sed cum eo, ut, quicquid ipse dicam, seu recte, seu secus, tu vultu illo familiari tuo arridens (fort. *arrideas*), *non timids* (fort. *tumide*) *reclames. Carga dimitti postulavit: per Constantium* (fort. *Constantinum*) *egit: nihil impetravit: ducentis aureis, ut adhuc est, promissis. non adnumeratis, quibus, quae debet, dissolvat, coactus est manere. hominem tabulario, haud ita pridem aedificato, praefecerunt. eo scripta omnis generis, forensia, domestica, privata, publica, suis quaeque areulis condi oportet. lentum negotium, ac paulo, quam sit e re hominis infirmarum virium, operosius. ipse autem berus cum eo verbum adhuc nullum. quomodo agit tamen in dies singulos, facturus videtur. nos opera, consilio, re, quoad facultas nostra fert, praesto sumus. verum Carga, ut nosti, nimis est pudens. Superioribus diebus librum ego nactus sum sane veterem, in quo Nazianzeni scriptae orationes continentur, partim editae, partim necdum etiam typis divulgatae; omnes tamen cum uberi commentario, graece item, ut alia, conscripto. orationum indicem his literis adjeci, si quid ea res ad usum tuum forsitan pertineret. Alciato cardinali, & Monutio nostro, Pantagatho etiam, si rectum putas, oro te per amicitiam, salutem verbis meis dicito. Bene vale, meque mutuo amare perge. Mediolani. Kal. septembris 1567.*

Venit ad me Corga heri. fuimus una horas quinque amplius. ajebat, a se confectam descriptionem tabularum omnium, hero inspiciendam tradidisse, iis praesentibus, qui sunt apud illum magis gratiosi; rerum ordinem ac distributionem collaudasse uno ore omnes; optasse loqui solum cum solo; verecundia sua autem esse factum, ne, quod optasset, assequeretur. Hactenus Ferrarius: de quo Argelatus in *Bibliotheca scriptorum mediolanensium* T. I. P. II. col. 610. *Medicinam*, inquit, *etiam calluisse dicitur*. Fidentius clarissimus auctor loquutus certe fuisset, si in hanc Ferrarii epistolam incidere potuisset.



XLIII.

XLIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Henrico Card. Infanti Portugalienſi. (a)

a

20.aug. 1567.

Acta provincialis concilii, ab eo habiti, pontifici max. valde probata eſſe, ſignificat.

MAgna fui animi voluntate ſanctiſſimus dominus noſter & literas ſerenitatis tuae legit, & acta vidit olyſſiponenſis (b) provincialis concilii. qua in re egregiam ejus operam ac diligentiam collaudavit: excuſationem vero etiam tarditatis miſſi concilii facile accepit; quippe qui, pro ea quam habet opinionem virtutis ac religionis tuae, ſibi perſuadet, eam nulla re deeſſe gravioribus rebus, ad Dei gloriam ſalutemque animarum pertinentibus. quo in officio etſi nullas ſui muneris partes deſiderari patitur, tamen, quo effertur in ipſam ſtudio ſua ſanctitas, meis his literis eam paterne hortatur, ut ſuum iſtic in meſſe domini & inſtitutum tenere, & ſtudium praeſtare velit. cum primum vero conſtituta erit concordia bracarenſis (c) & eborenſis ec-

b

c

(a) De eo vide epiſt. *Multum* ante junium an. 1566. pag. 102.

(b) *Dum autem Henricus*, inquit in ejus *Vita* Oldoinius, *Eborae optimi praeſulis officio fungitur, moritur Olyſippone Ferdinandus Vaſconcellus, qui ſedi illi praeerat metropolitanae. oportebat vero, cum Olyſippone ad gubernacula regni, cui adhuc Sebaſtianus rex immaturus erat, aſſidere. idcirco, ſummi pontificis auctoritate, ab eborenſi eccleſia tranſiit ad olyſipponenſem.* Cui eccleſiae cum praeeſſet, provincialem ſynodum, ex concilii tridentini praeſcripto, anno, ut opinor, proximo habuerat.

(c) Non arbitror, hanc concordiam, de qua heic agitur, conſtituendam fuiſſe inter utramque eccleſiam bracarenſem & eborenſem, quaſi altera ab altera diſſideret, ſed potius ſignificari puto diſcordias aliquas, quae propriae unicuique ſeorſum eſſent, quaeque non cum externis, ſed cum domeſticis utrobique exercerentur. ac de eborenſibus quidem turbis nihil me ſcire, profiteor; de bracarenſibus autem ſcire mihi aliquid videor. erat hoc tempore bracarenſium archiepiſcopus vir ille ex ordine praedicatorum ſanctiſſimus Bartolemaeus de Martyribus; cujus rerum geſtarum hiſtoria eſt apud me manuſcripta, hac inſcriptione: *La vita di Don Bartolomeo de' Martiri, religioſo dell'ordine di S. Domenico, e arciveſcovo di Braga in Portogallo, cavata dalla iſtoria ſcrittane in lingua ſpagnuola e portogheſe da cinque autori .... compoſta in lingua franceſe, ind' tradotta nell'idioma italiano da un religioſo della compagnia di Gesù, e dal medeſimo dedicata all'illuſtriſſimo e reverendiſſimo ſignore monſignor Tommaſo Bonaventura de' conti della Gherardeſca, arciveſcovo di Firenze, e principe del ſacro romano imperio.* Scriptor

ptor gallus, qui in hac inscriptione significatur, Isaacus le Maistre de Sacy fuit, italus vero interpres P. Clemens Felicius, romanus, qui anno 1729. VII. id. jan. Florentiae decessit, vir insigni pietate doctrinaque praeditus, & optime de universa illa civitate meritus. is interpretationem suam cur non ediderit, nihil necesse est, me hoc loco dicere. illud, quod ad institutum meum pertinet, dicam, in libri III. capite 45. haec de bracarensibus turbis, quas hoc hujus epistolae loco significatas puto, commemorari: *Per ben intendere, qual fu la materia di questa lite, convien sapere, che anticamente tutta la giurisdizione il temporale che spirituale dell'arcivescovo di Braga, e tutta l'amministrazione delle sue rendite, era comune tra l'arcivescovo e'l capitolo, e si governava ogni cosa indivisibilmente dall'uno e dall'altro. così fu praticato lungamente. ma, essendo col tempo insorte fra loro delle gelosie e controversie, furono queste terminate con molte e lunghe liti. finalmente, per sedare tutte le differenze, convennero insieme, che l'entrate si dividessero ugualmente fra l'arcivescovo e'l capitolo; e quanto alla giurisdizione, la temporale fusse tutta riservata all'arcivescovo, e la spirituale spartita fra lui e'l capitolo; che il capitolo l'esercitasse in tutte le parrocchie, le cappelle, e i romitorj della città, e nelle chiese di S.Giovanni e di S.Jacopo, senza che l'arcivescovo vi potesse aver mai parte alcuna; e che tutte le altre chiese dell'arcivescovado fossero della giurisdizione dell'arcivescovo, senza che il capitolo v'avesse alcun diritto. quest'accordo, concluso fra loro, tolse per allora tutte le differenze; ma fu un seme di nuove discordie per l'avvenire. imperocchè, in virtù di questo accordo, il capitolo nominò i visitatori, che visitavano il clero e tutto il popolo della città; di modo che l'arcivescovo, ch'era il loro vero pastore, aveva come le mani legate, senza che osasse d'intromettersi a governare la propria greggia, nè informarsi della vita degli ecclesiastici e delle persone più autorevoli della città: dal che nascevano tutti i disordini... Ora il santo prelato* (Bartolomeo de' Martiri) *considerando tutte queste cose, non potè vedere senza un estremo cordoglio le malattie mortali e contagiose, che infettavano tutta la città, nella quale egli teneva la sua residenza... Mandò a dire al capitolo, che si astenesse in avvenire di nominare i visitatori per la visita della città: perchè era risoluto di cominciare a visitare da sè la sua greggia; e che si teneva più tenuto ad eseguire i decreti del santo concilio* (di Trento), *che glie l'ordinavano espressamente, che i concordati de' suoi predecessori: poichè niun prelato poteva con pregiudizio de' suoi successori cedere ad altri una parte della loro giurisdizione spirituale. e puntò ancora il giorno, in cui voleva dar principio a questa visita. essendosi sparso per la città il rumore del disegno dell'arcivescovo, vi si eccitò un gran tumulto, e si vide uno strano cambiamento di spiriti... Essendo arrivato il giorno prefisso dal santo prelato, comparve la mattina nella sua chiesa catedrale col podestà, notari, e testimonj, e significò la sua risoluzione in presenza di tutti i canonici del capitolo; i quali avevano quivi convocato in loro favore un gran numero di persone potenti, e intendenti di simili affari. gli fecero tutti questi gagliarda istanza a non s'intromettere nella visita della città, essendo ella della giurisdizione del capitolo, e di non turbare loro il possesso, in cui erano da tanti secoli innanzi. di poi possarono alle solite proteste, e alle altre formalità, che si osservono in simili rincontri. L'arcivescovo rispose loro brevemente, e con*

rat, de ea certior fieri a te summopere cupit. Ego, tuae celsitudini, quae a me praestari possunt, libentissime deferens, ei
d a Deo salutarem prosperitatem precor. Romae. XIII. (d) Kal. sept. M. D. LXVII.

XLIV.

con tutta moderazione. ma, quanto più fu dolce e moderata la sua risposta, tanto più si mostrò costante ed immobile nella sua risoluzione.... Cominciò subito a fare la sua visita nelle chiese della città... e, malgrado tutte le opposizioni del capitolo, senza mai interromperla, volle intieramente finirla... Il capitolo dopo aver fatto tutti i suoi sforzi per attraversarsi a questa visita, determinò di sostenere potentemente la sua causa in Roma, dove aveva ad essere giudicata... I canonici, che per la maggior parte erano ricchi, e più forniti della scienza legale, che della ecclesiastica, non preterivano punto di quello, che poteva giovare a giustificare la loro causa appresso il papa (Pio IV.) *e suoi principali ministri. trattavano ancora ingiuriosamente l' arcivescovo, e parlavano di lui con termini oltraggiosi: e, affine di fare un corpo più potente, unirono alle loro querele quelle di tutti i monasterj, de collegj, de' commendatori, e di più altri particolari, che essendo stati visitati dall'arcivescovo.... facevano contro di lui varie doglianze. Il loro disegno era, che, se non potevano fargli perdere il credito e l'autorità, che avea in Roma, rappresentando la forza della loro ragione e la pretesa ingiustizia del suo tentativo, almeno almeno fossero fortificati dal gran numero di quelli, che contradicevano alla sua condotta, acciocchè restasse oppresso dalla moltitudine colui, che non potevano vincere colla ragione; perchè i lamenti universali, quantunque ingiusti, sono sempre di gran peso, massimamente contro gli assenti, e per lo meno danno a credere di non essere affatto senza fondamento. Intanto il santo arcivescovo non trascurava di sostenere dal canto suo una causa, che considerava più come causa di Dio, che sua. informò pienamente sua santità d'ogni cosa... impegnò altresì appresso il papa l'autorità del cardinale infante D.Errigo, principe molto pio, ch'era legato a latere in Portogallo... Pio IV. governava tuttavia la chiesa in questo tempo... Spedì un breve al suo legato D.Errigo, col quale gli raccomandò di procurare in qualche buona maniera la riunione dell'arcivescovo col suo capitolo: e, in caso che non si accordassero, sua santità rimesse totalmente in lui l'ultima decisione di questa causa... Ma, i canonici, o che l'avessero per sospetto, a cagione dell'amore, che portava all'arcivescovo, o che si fondassero sulla pretesa giustizia della lor causa, non vollero ammetterlo per arbitro. ed egli stesso, non ostante l'autorità speciale datagli dal papa, non potè mai quietare queste dissensioni. anzi la causa andò tanto in lungo, che arrivò fino al pontificato di Pio V. Piacque finalmente a Dio di terminare una lite così ostinata: e si stabilì fra l'arcivescovo e 'l capitolo con un trattato solenne e irrevocabile, che l' arcivescovo di Braga visitasse in persona tutto il clero della città, e che, per visitare i laici, nominasse due canonici, i quali fossero obligati a rendergli conto di quanto avessero trovato nella visita.*

(d) IV. *Kal. aug. &c.* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul.vatic. pag.514.

XLIV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Archiepiscopo Cameracensi. (a)

a

De catholicae religionis in Belgio perturbatione.

23. aug. 1567.

QUEM dolorem sanctissimo domino nostro renovavit in tuis literis commemoratio impietatis diaboli ministrorum in sacris imaginibus violandis (*b*), lenivit sane pietas & verum catholicae religionis studium istorum hominum, qui sa- b

Vol.IV. Nn lutaria

(*a*) Maximiliano a Bergis: quem Gabriel Bucelinus in *Germania sacra* tom.I. part.I. pag.60. ait fuisse primum cameracensium archiepiscopum, anno 1562. a Pio IV. creatum, & anno 1570. obiisse dicit. De nova episcopatuum in Belgio institutione exstat Paulli IV. *Bulla*, IV. id. maj. an. 1559. data, in qua tres archiepiscopi constituuntur, cameracensis, mechlinienfis, trajectensis: *& cameracensi* quidem, inquit pontifex, *atrebatensem, tornacensem, audomarensem, & namurcensem; mechliniensi vero antuerpiensem, gandavensem, brugensem, iprensem, buscoducensem, ruraemondensem; trajectensi autem harlemensem, daventriensem, leevvardiensem, groëningensem, & middelburgensem civitates dioecesesque auctoritate apostolica, & tenore praesentium attribuimus: quorum singulorum causae ad suum cujusque eorum archiepiscopum, secundum sacros canones, deferantur perpetuo, similiter concedimus & assignamus &c.* De hac eadem Belgii episcopatuum institutione, vide, si lubet, quae praeterea diximus Vol.II.pagg.59.343.347.

(*b*) Significari ea puto, quae Haraeus in *Annalibus tumultuum belgicorum* ad an.1566. his verbis commemorat p.48. & seqq. *Solemnes annuae festo assumptionis beatae Mariae virginis urbicae supplicationes de more peragebantur* (Antuerpiae); *imago beatae Mariae virginis solemni pompa per urbem circumlata, inde pro more in medio templo collocatur. multis itaque verborum contumeliis jericbuntinum hunc triumphum arcae novi testamenti .... multi proscindunt* (haeretici): *deiparam (pro scelus!) Mariolam fabri, a Josepho fabro, salutant. accendunt animos ministri, fugienda non animo modo, sed & corpore idola, clamant; eradicari, extirpari tantam summi Dei contumeliam oportere, vociferantur .... Die Augusti vigesimo, post preces vespertinas, nebulones nonnulli sacram aedem primariam, divae virgini sacram, ingressi, insanis clamoribus vocibusque toto templo concertant; imaginem beatae Mariae compellant; si*, vivant Geusii, *clamet, parcituros se illi, affirmant: aedituis insultant: cum catholicis rixantur. excitus ad eum rumorem magistratus, initio apparitores, post e suo collegio certos in templum nullo fructu ablegat. sub vesperam itaque, hora sexta, occlusis templi foribus, praeeunte quodam centurione, qui tutandarum concionum munus tenebat, sublata voce ad numeros genevenses psalmum auspicatur, eo eventu, ut, velut carmine motis mentibus, in imaginem deiparae ceterasque furibundi insilirent, Christum denique una cum cruce funibus detractum in frusta comminuerent,*

c lutaria illa monimenta a nefaria injuria vindicarunt (*c*): quos ipsos, christianae fidei laude suis majoribus dignam sobolem, & d ea rura (*d*), quae adhuc retinent, paternae charitatis affectu & piae benedictionis laetissimo munere prosequitur sua sanctitas, &, ut in viis domini tum exemplo tum institutione retinere studeas, vehementer hortatur. interea, Deo adjutore, aliqua ratio inibitur, qua in officio contineri possint ii, qui caeteris pie- e tatis & omnis officii lumen praeferre deberent (*e*). Ingemuit vero

nuerent, latrones tamen, suos equidem tutelares, intactos relinquerent; sacrosanctum sacramentum horrendis contumeliis afficerent, praestantissimorum pictorum monumenta confringerent, religiosa, jure etiam gentium, mortuorum sepulchra violarent, supellectilem sacram omnem auferrent... Franciscanorum, Clarissarum, D. Jacobi, Andreae, Georgii, Michaëlis.... Dominicanorum, &, ut semel ac simul dicam, totius antuerpianae urbis templa sacellaque omnia insano festinoque tumultu vastant; ita ut, ante clarum orientis solis jubar, praecipua quaeque diruta deturbataque fuerint... Postridie mane, statim atque portae patebant, iconomachorum quidam extra urbem currunt primo ad D. Bernardi monasterium, sesquimiliario ab urbe, deinde circumcirca in pagis, Antuerpiae vicinis, incredibili audacia & strenuitate omnia in templis confringunt ac demoliuntur.... Accidit tum id profanum Tornaci, ut, dum iconomachi in templo defossas a canonicis argenteas sanctorum imagines pervestigant, ossa Adolfi Geldri, ibidem sepulti... indigne, tota spectante urbe, spargerent.... Excurrunt interea iconomachi tornacenses in agros, jungunt se valencenates, ceterique, quos vel praedae vel sceleris impietas transversos ageret, obvia quaeque monasteria, pagorumque ecclesias invadunt, proterunt, praedas abducunt.

(*c*) Idem Haraeus pag. 58. ita narrare pergit; *Varia quidem eo tempore Insulis versabat tuendae catholicae religioni consilia Rassengemius, Insularum, Duaci & Orchinii praefectus: jamque per pagos vigilias signaque constituerat, quibus armati rustici contra iconomachos evocarentur. nihilominus tornacenses & valencenates illi abbatias S. Amandi, Vicognii & Hasnonii, extra Rassengemii limites sitas, mox diripuerunt. verum, cum octavo Kalend. septembris Marchianum, item celebre benedictinorum monasterium, sub vesperam spoliassent, Robertus Longovallius, dominus Zittardii, & Ferricus Guyonius, monasterii aquicinctensis baillivus, ingenti rusticorum manu ad Thilloum & Brilloum totam eam, Marchiano redeuntem, praedonum manum ad internecionem contrucidarunt. inde efferati animis rustici, cum, die insequenti, nova sese hominum colluvies in eos agros effudisset, quae bovvigneum, inde monasteria aquicinctense & flineum cogitare diceretur, multique ex Hannovia ad duacenates rusticos alii rusticani milites accessissent, nova clade totam eam sacrilegam multitudinem concidunt, eo rerum successu, uti immunis in posterum a contumelia omnis is ager existeret, rusticique magnis animis, contemptis nonnullorum suorum caedibus, religioni conservandae accurate studerent.*

(*d*) Ideo *rura* memorantur, eaque *benedictionis munere prosequi* Pius dicitur, quod rusticorum hominum opera ac virtute victoria illa de haereticis relata fuerat.

(*e*) Cameracense sacerdotum collegium, sive capitulum, significari notarique

vero etiam ejus sanctitas, sceleratos ac sacrilegos istos sacra
communis salutis signa atque subsidia coinquinare ausos esse (*f*): f
quos item nefandi furoris sensisse ultorem Deum, incredibiliter
laetata (*g*) est. quae mihi etiam res, atque adeo omnibus, & g
propter detestabilem audaciam, & propter opportunam sceleris
poenam, & molestiam attulit & voluptatem. de quibus ac de
aliis, quae amplitudo tua uberiora etiam pollicetur, ea avide
expectamus. Superest, ut Deum precer, ut amplitudini tuae
ac piis istic omnibus salutarem prosperitatem largiatur: quod
facio ex animo. Romae. x. (*h*) Kal. sept. M. D. LXVII. h

garique hoc loco puto. de quo Laderchius in *Annal. eccles.* tom. XXII. p. 353. col. 1. *Maximilianus a Bergis*, inquit, *Pii monitis excitatus, sacri tridentini concilii decreta in morem induci totis nisibus voluisset. at ecclesiasticorum reformationi, ab ipso initae, capitulum & canonici cameracenses, exemptionis quoddam indultum, ab ipsomet juratum, objecerant, quo illius zeli conatus irriti reddebantur. ea de re Maximilianus pluribus litteris commonendum pontificem duxit &c.*

(*f*) Heic videntur alia quaedam, eaque recentiora, haereticorum flagitia ac sacrilegia significari: de quibus tamen nihil in Haraei *Annalibus* commemoratum inveni. ea fortasse proximo vere contigerant, antequam, ejectis Cameraco calvinianis, urbs est in archiepiscopi potestatem redacta: de qua victoria idem Haraeus pag. 72. *Nono*, inquit, *Kalendas ejusdem aprilis, versus Cameracesium, civitatem episcopo repugnantem, copias nonnullas Noircarmius transmittit. fugiunt ad solum eum rumorem calvinistae, urbeque deserta, facilem episcopo, qui milites in vicino nonnullas habebat, victoriam eo eventu efficiunt, uti, episcopi militibus in civitatem admissis, res istbic parvo momento componeretur. Noircarmius, urbe Valencenn hunc in modum recuperata, una atque altero die, dum ad parmensem rem refert, ita in urbe quiescit, uti seditionum principes, & in his uterque minister* (calvinianus) *una cum Michaële filio clam diffugerent .... Post nihilominus .... comprehensi a praetore S. Amandi, initio Tornacum, inde vincti Valencenas ministri Michaëlque sunt remissi. conjectus inde similiter in vincula pater Michaël, ingensque ceterorum hominum multitudo, poenaeque de damnatis sunt sumptae.* Hoc ipsum fortasse supplicium significatur illis, quae continuo sequuntur, epistolae nostrae verbis; *quos item nefandi furoris sensisse ultorem Deum, incredibiliter laetatus est* (Pius V.).

(*g*) *laetatus* exempl. Emendavi. est enim ad *ejus sanctitas* referendum.

(*h*) Uberrimam scribendi materiam res belgicae ac turbae religionisque catholicae alia atque alia per plurimos annos detrimenta, & superstite cameracensium hoc archiepiscopo Ferdinando, & eo etiam exstincto, praebuerunt. cameracensis quidem ecclesiae calamitates S. Carolum Borromaeum in quadam epistola deplorantem animadverti, quae inter scriptas ejus nomine ab Joanne Botero, ab eodemque Mediolani an. 1586. editas, reperitur pag. 14. estque hujusmodi:

N. Archiepiscopo Cameraci. Namurcum.

Patri Claudio ordinis minorum, pontificis max. (Gregorii XIII.) *jussu istuc proficiscenti, facere non potui, quin literas ad te darem; quibus quidem & te plurimum salutarem, & in tantis rerum difficultatibus, in quas ecclesiam tuam incidere Deus permisit, studia tibi mea atque officia sine exceptione deferrem. ego quidem, pro eo*

communis boni studio & zelo, quem ecclesiae catholicae debeo, Romae nuper causam tuam enixe pontifici max. commendavi: cujus quidem de tua dignitate & de communi causa cogitationes & curas commemorare non est hujus loci. adeo enim vehementi transalpinarum omnium nationum juvandarum studio incensus est, ut, dum hoc assequatur, nullis sumptibus, nullis etiam laboribus, ac ne vitae quidem ipsi parcere existimetur. supplicandum Deo est, ut sanctissimis pontificis consiliis faveat, eaque ad optatos exitus perducat. Mitto ad te amoris argumentum mei Acta ecclesiae mediolanensis, quae perjucundum mihi erit tibi probari. Libelli, unde hanc S.Caroli epistolam descripsi, copia mihi facta est a clarissimo doctissimoque viro, nobisque amicissimo, Joanne Carolo Antonellio, diocliensium episcopo ac velitrensium suffraganeo; cujus libelli hic titulus est: *Caroli Borromaei S.R.E. cardinalis archiep. mediol. epistolarum libri II. a Joanne Botero Benensi ejus nomine scriptarum... Mediolani apud Antonium & Antoninum de Antoniis socios* 1586. Testatur autem editor in sua ad *Vincentium Laurum* cardinalem extrema praefatione, eo libello non nisi eas epistolas contineri, quae duobus postremis, quibus Borromaeus vixit, annis, hoc est 1583. & 1584. scriptae fuerant. qua ex notatione facile mihi fuit deprehendere, eam, quam modo protuli, epistolam non posse nisi ad annum 1583. pertinere. in ea enim ita scriptum est: *Romae nuper causam tuam enixe pontifici maximo commendavi.* Venerat autem ille Romam non multis ante Kalendas novembres an. 1582. diebus, unde idibus januariis an. 1583. discesserat, ac Mediolanum februario, ut opinor, pervenerat: quo etiam mense, sive non multo post, scripta videtur epistola. Cameracensi archiepiscopatui tum praeerat Ludovicus Berlaymuntius; qui Ferdinando a Bergis, anno 1572. e vivis sublato, successerat, obiitque deinde anno 1596.

XLV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Olomucensi. (*a*)

a

23. aug. 1567. *Impetratum fuisse id, quod episcopus postularat, & quae mens pontificis max. sit de visitationis liminum apostolorum officio, significat.*

QUOD per me petiisti a sanctissimo domino nostro literis, quinta augusti datis, id tibi concedit ejus sanctitas. in quo tamen te de eo monet, illud officium visitandi ad definitum tempus limina apostolorum (*b*) ea re maxime episcopis impo-

b

(*a*) Olomucensium episcopus erat hoc tempore Guilhelmus Prussinovvsckius, qui ad annum 1572. vixit, egregie de suis civibus, ac de societate Jesu meritus, cui collegium Olomuci fundavit. est autem Olomucum, sive, ut Baudrandius appellat, Olemutium (*Olmuz*) urbs ampla & munita, Moraviae provinciae caput, in regno Bohemiae, ad Morávam, sive Moram fluvium, sex & viginti milliaribus germanicis Cracovia in occasum distans.

(*b*) Vide Sixti V. constitutionem *Romanus pontifex*, anno 1585. editam, cujus

impositum fuisse, ut pontifici max. suarum ecclesiarum statum coram exponerent, quibusque in rebus, quod ad eorum residentiam, animarum salutem, ac caeteras pastoralis muneris rationes attineret, pontificia auctoritate indigerent, ipsi, qui id optime omnium scire & curare debent, praesentes declararent (c). c
quod quando etiam per procuratorem fieri potest, hortatur te sua sanctitas, tam necessarium officium in posterum ne praetermittas, quod & ecclesiae tuae fructuosum, & tibi ipsi pergratum esse poterit. interea, ut istum domini gregem omni ope atque

cujus summa capita Flavius Cherubinus in secundo *Bullarum Campendii* tomo pag.115. haec affert: *Romani pontifices antiquissimis temporibus instituerunt, quod episcopi, & primates, praescriptis temporibus, limina apostolorum Petri & Pauli de urbe se visitaturos jurejuranda promitterent. §.1. Sed haec constitutio variis de causis valde refriguit. §.2. Hic itaque pontifex decernit, ut episcopi & primates ordinandi, etiamsi cardinales sint, antequam consecrationis munus, aut pallium. de corpore beati Petri sumptum, suscipiant, vel, si ad aliam ecclesiam transferantur, antequam illius administrationi se immisceant, beatorum Petri & Pauli limina se visitaturos, & de eorum pastorali officio, & statu ecclesiae & cleri & populi sui rationem romano pontifici se reddituros, ac mandata apostolica diligentissime se executuros, jurent. §.3. &, legitime impediti. per nuntium hoec adimpleant. §.4. Hortatur principes, ut opera ipsorum episcoporum aut aliorum, a sede apostolica pro earum ditionibus* (adde *& rebus firmandis ac stabiliendis*) *& cum sanctae religionis causa coniungendis suffragia petant. §.5. Italos & alios ex insulis adjacentibus quolibet tertio anno, caeteros autem aliis praescriptis temporibus dicta limina visitare praecipit. §.6. Hanc legem ad antistites etiam jam ordinatos extendit. §.7. Inobedientibus poenas imponit. §.8. Contrariisque derogat.* Vide etiam sanctissimi domini nostri Benedicti XIV. recentissimam omnium de eadem liminum visitatione constitutionem *Quod sancta sardicensis synodus*, IX. Kal. dec. 1740. datam, hoc titulo: *De sacris liminibus beatorum apostolorum visitandis. Confirmatur constitutia Sixti papae V. eaque extenditur ad abbates aliosque habentes monasteria, seu ecclesias cum jurisdictione quasi episcopali & territorio separato.*

(c) Hasce easdem atque alias earum similes praescriptae hujus apostolorum liminum visitationis causas recensuit postea in sua illa constitutione Sixtus V. his verbis: *Nimirum ut episcoporum opere & adjumento, ubique locorum gregis sibi commissi vultum agnosceret, & spiritualium ovium morbos intelligeret, curationesque adhiberet: atque ex sui muneris officio, perdita requireret, abjecta reduceret, confracta alligaret, infirma consolidaret, pinguia & fortia custodiret: denique assiduis pastorum vocibus admonitus, de toto ecclesiarum singularum statu certior redderetur, ne quicquam omnino illum lateret earum rerum, quas ad Dei gloriam augendam, ad christianam religionem propagandam, ad animarum salutem procurandam necessario eumdem scire atque intelligere oportet, ut, omnibus cognitis & examinatis, pro ea, quae sibi a Christo domino tributa est, summa potestate, alia in vinea domini Sabaoth evellat, alia plantet, alia aedificet, alia destruat, quemadmodum ex rerum & temporum conditione salubrius in domino viderit expedire.*

atque opera tua in ipsius domini pascuis retinere studeas, a te etiam atque etiam petit sanctissimus dominus noster. quod item ego facio, qui tibi omnia salutaria & opto & precor. Romae. x. Kal. sept. M. D. LXVII.

XLVI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Eystetensi. (a)

a 29. aug. 1567.

De litteris ad Capitulum missis, ac de Beneficiorum unione.

JUssu ac nomine sanctissimi domini nostri missum est breve ad capitulum ecclesiae tuae, scriptum in eam sententiam, in
b quam & admonueras (b), & scribi cupiebas. ac de beneficiorum unione, tibi maxime faciendum censet ejus sanctitas id, quod te pro tua pietate facturum esse, minime dubitat, ut ea in re a
c praescripta sacri tridentini concilii (c) ratione non discedas; cui illud praeterea magnopere placeret, ut aliquot simplicia beneficia isti tuo seminario unires. Literas tuas, pridie Kal. jun. datas, & indicem accepit. qua ex re diligentiam ac vigilantiam prudentis pastoris agnoscens sua sanctitas collaudavit, mihique etiam illud proprie mandavit, ut, apostolicae benedictionis salutare munus suo nomine tibi his literis impertirem: quod & libenter facio, & tibi perpetuam omnipotentis Dei gratiam pre-
d cor. Romae. IV. (d) Kal. sept. M. D. LXVII.

XLVII.

(a) Martino de Schaumberg. eum Bucelinus in *Germania sacra* tom. I. part. I. pag. 15. ait successisse in episcopatu Eberhardo ab Hirnheim, qui an. 1560. decesserat, fuisse virum praestantissimum, cujus egregias laudes Robertus Turnerus diligentissime perscripserit, denique anno 1590. obiisse.

(b) *admonuerat & scribi cupiebat ad te de beneficiorum &c.* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 406.

(c) Sess. XXIII. cap. 18. *de reform.*

(d) Omitt. cod. barber. & vatic. Addidi ex cod. tabul. vatic.



XLVII.

Pius PP. V. Decano & Capitulo Coloniensi. (a)

Ut, ubi coloniensem ecclesiam vacare contigerit, idoneum archiepiscopum eligant, hortatur. 29. aug 1567.

Literas vestras, idibus julii datas, accepimus; in quibus amamus officii vestri partes in mandatis nostris studiose ac diligenter exequendis: zelum etiam religionis ac perpetuam pietatem

(a) A coloniensi canonicorum collegio Fridericus Veda jam inde ab anno 1562. renunciatus illius provinciae archiepiscopus fuerat. is electionis suae confirmationem, quam dicunt, a Pio IV. pont. max. impetrare nequaquam potuerat, quod catholicam fidem ex concilii tridentini formula publice profiteri numquam in animum inducere voluisset. in qua pertinacia quum etiam Pio V. pont. max. perseveraret, illi hic quoque pontifex constantissime restitit: nec modo ab ejus electione confirmanda ad hoc usque tempus abstinuerat, verum etiam, aliis remediis ad sanandum illius animum frustra adhibitis atque consumtis, de adimendo homini archiepiscopatu hoc maxime tempore cogitabat. quod ille quum sive cognosset sive suspicaretur, consilium cepit ejus honoris sua sponte dimittendi, cujus possessione sese pontificis max. auctoritate atque coactu fore exturbandum praevidebat. quod hominis consilium quum Pio non multo ante hoc tempus innotuisset, essetque vulgo caeteris ignotum, valde ipse laetatus est, ecclesiae coloniensis saluti ac commodis cessione potius archiepiscopi voluntaria, quam necessaria animadversionis suae vi ac severitate consuli: coepitque jam nunc cum canonicis coloniensibus agere de optimo antistite deligendo, ubi primum illam sedem vacare contigisset. In hanc sententiam scripta est a Pogiano haec epistola, tresque praeterea aliae; quas omnes, res ut tota simul cognosci possit, nullis aliorum litteris interruptas, aliam post aliam deinceps exhibebo. Fuerat autem Pio V. maximae cum curae tum molestiae totum hoc coloniense negocium, illique tanti momenti visum est, ut in eo explicando prope biennium impendere non dubitarit. cujus mihi negocii quum universa ratio atque tractatio ex card. Commendoni mss. apud me epistolis, partim ad card. Reomanum, partim ad card. Bonellum Romam Augusta datis, comperta sit, facturum me operae pretium existimo, si eam cum eruditis hoc loco communicaro. nam, quae de eadem re sive a Gabutio in *Vita* Pii V. lib.II. cap.1. sive a Laderchio in *Annal. eccl.* tom.XXII. pag.152. ac quinque sequentibus, & pagg.419. 421. 423. afferuntur, reconditioris historiae studiosis cumulate satisfacere non possunt.

Redeunti igitur in Italiam ex polonica legatione Commendono allatae sunt Oenipontem Pii V. litterae, paucis post initum ab eo pontificatum diebus januario mense an.1566. datae, quibus jubebatur in ipso itinere subsistere, ac mox alterae Tridentum, quibus illi legatio ad imperii rom. comitia, quae Maximilianus II. imper. Augustae vindelicorum propediem habiturus erat, demandabatur. quid in iis comitiis curari atque agi ab legato ponti-

tatem erga nos & sanctam hanc sedem, quam, ut debetis, constanter profitemini, magna cum animi nostri laetitia collaudamus.

pontifex max. vellet, libello, ad ipsum legatum paullo post misso, card. Joannes Suavis Reomanus, qui tum erat Pii V. a secretioribus consiliis, in haec verba significavit: *Dovendosi hora celebrare la dieta imperiale in Augusta, & essendo commune opinione, che vi s'habbiano a trovare in persona tutti gli elettori & principi di Germania, è parso a la santità sua di voler haver ivi un legato, il quale, per nome suo & di questa santa sede, habbia pensiere & cura d'ajutare & promovere, quanto sarà possibile, tutti li negotij, che in qualsisia modo concernano l'amplificatione & conservatione de la santa fede & religion nostra catholica, & parimente si adopri con vigilantia per tener lontani tutti li pensieri & disegni d'introdurre ogni quantunque minima novità. &, benchè siano occorsi a la santità sua alcuni reverendissimi cardinali, la persona & opera de li quali poteva sperare che dovesse in questa impresa far riuscita, conforme al bisogno de gl'istessi negotij & al desiderio de la santità sua, ha nondimeno, con l'ajuto di Dio benedetto, & conseglio di tutto il sacro collegio de' reverendissimi cardinali, deliberato di dar quest'honore a voi, monsignore reverendissimo Commendone, & raccomandare a la pietà, dottrina & prudentia & circunspettion vostra la somma tutta di questi sì gravi negotij .... &, perchè non mancano cause, le quali fanno temere, che in questa dieta si habbia a presumere di trattare per directum vel indirectum de la religione, vuole sua santità, che V. S. reverendissima si opponga arditamente ad ogni simile presuntione: essendo contra Dio, li sacri canoni & santa consuetudine de la chiesa, che laici piglino a trattare negotij di fede & religione ... E' parimente bene, che V. S. reverendissima sappia, com'è venuto a notitia di nostro signore, che subterfugendo l'arcivescovo di Colonia di fare la professione de la fede, secondo che dopo il fine del concilio di Trento l'hanno cominciata a fare tutti gli eletti vescovi non solo d'Italia, ma di Francia, Spagna, Polonia, Hungaria, & Alemagna ancora, &, essendosi odorato, che gli altri dui elettori favoriscano il pretesto & cause messe inanzi dal detto coloniense, pare a sua santità, che V.S. reverendissima debba con ogni diligentia batter questo punto, & render capace così l'Imperatore & quei signori del suo conseglio, come li detti elettori ecclesiastici & ogn'altro, che lei giudicarà bisognare, a fine che non si cominci a mandare in disuso così pia & laudabile consuetudine. & perchè questo negotio è di gran consequentia, come dal contenuto di essa professione de la fede (copia de la quale sarà con questa) potrà V. S. reverendissima comprendere, la sia certa, che, quanto maggiore studio & diligentia lei porrà in questo, tanto meglio confermarà l'opinione, che la santità di nostro signore, e tutto il sacro collegio ha concetta del valor suo. Saprà parimente V.S. reverendissima &c.*

Cum autem Augustam Commendonus die 17. febr. pervenisset, coepit continuo card. Reomanum de suis deinceps actionibus per litteras certiorem facere: quarum ego litterarum particulas, ad coloniense hoc negocium pertinentes, heic describam.

Die 5. mart. 1566. *L'eletto di Colonia*, inquit, *si aspetta quì fra pochi giorni, &, per quanto s'intende, viene con animo di proporre in dieta la causa, per la quale non ha potuto ottenere fin'hora la confirmatione da nostro signore, & per dimandare conseglio. allega di non haver voluto con questa formula professionis fidei, che se gli richiede, introdurre lui una cosa nuova in Germania,*

mus. immovero vos scire volumus, eam esse opinionem no-

 stram

nia, & di tanta importantia, senza commune deliberatione de li principi de l'imperio. non vede nè vuole vedere la necessità presente di questo decreto, specialmente in Germania, nè l'obligo suo di obedire al concilio universale & a nostro signore, nè il pregiuditio, che con questi suoi modi sia per portare a tutti i prelati di Germania con sottometterli a la voluntà de' principi & sottomettere insieme li decreti ecclesiastici al giuditio seculare. io ho fatto circa questo & farò tutti quegli offitij, che mi pareranno opportuni. ma, se resta ostinato, crederò, che fin da hora fosse bene di provedere a tutti li casi, che nel progresso di questo negotio potessero occorrere. pare ad alcuni, che, se questo eletto havesse voluto consiglio da' catholici, lo havesse potuto havere per lettere, & non con tanto romore dove ci saranno più lutherani, che catholici; & se lo vuole in dieta, non è dubio, che, se non tutti, almeno gli heretici lo essortaranno & instigaranno a non fare la confessione, & a lasciare la confirmatione, & a tenere in mano la chiesa; & si offeriranno anchora a diffenderlo; & di vantaggio pigliaranno hora questa occasione, datali da un prelato, di mettere in campo dispute de la religione & del concilio, & particularmente de la superiorità de la sede apostolica. &, se bene non si concludesse circa questo alcuna cosa, nondimeno bastarebbe assai per fare gran danno a la chiesa, che questo eletto si confermasse ne la sua ostinatione. & V.S. illustrissima, senza che io glie ne scriva altro, conosce molto bene & l'importantia & le consequentie del presente negotio. & però la prego a darmi hor le instruttioni & le commessioni, che vi giudicarà opportune.,. Questo eletto di Colonia tiene stretta pratica col duca di Cleves, & tutto quello, ch'è per fare, lo farà di consiglio & con l'assistentia del duca. è ancho assai caro a l'imperatore, & tenuto da lui per tutto suo. per li quai rispetti & circonstantie sue, oltre le altre ragioni, seria bene di ovviare quanto prima a questo disordine, &, se così piacesse a sua beatitudine, scrivere un breve a l'imperatore, nel quale sua santità espressamente richiedesse l'imperatore ad operare sì, che questo eletto si disponga a fare quello, che, essendo catholico, non può ragionevolmente negar di fare a richiesta di qualunche persona, non che di nostro signore, & in essecutione del concilio; cioè di confessare la sua fede: & io lo presentarò, secondo il bisogno. sarebbe ancho necessario vedere per tempo, come il rè di Spagna, che ha gli stati vicini a Colonia & a Cleves, intenda questo negotio, & ciò che si potesse sperare, quando pare convenisse procedere inanti. perchè, se questo eletto persiste negando di far la confessione, nessuno altro prelato la farà per l'avvenire in Germania: &, se senza confirmatione resta in possesso, cade tutta l'obedientia: &, volendo procedere a le censure, bisogna considerare prima bene il modo & il fine de la essecutione. Quas ad imperatorem a summo pontifice scribi litteras e re fore Commendonus extrema fere epistola sibi videri dicit, eas Pius, illius certe hoc admonitu, non multis post diebus scripsit, egoque nunc describam.

„ Charissime in Christo fili noster
„ salutem &c. Quanti momenti sit ne-
„ gotium, de quo ad majestatem tuam
„ scribendum esse duximus, & quan-
„ tae curae nobis esse debeat, majestas
„ tua pro sua sapientia facile intelli-
„ get. Coloniensis electus ab hinc
„ triennium & eo amplius, cum ad
„ eam ecclesiam electus fuit, etsi ini-
„ tio confirmationem suam ab aposto-
„ lica sede, praedecessorum suorum
„ & aliorum catholicorum more, pe-
„ tiit,

ſtram de probitate veſtra ac ſtudio religionis, ut dignitatem colo-

" tiit, tamen; quominus eam obti-
" neret, duo impedimenta ac difficul-
" tates ipſemet objecit: quarum alte-
" ra, quae ad jura cardinalium & alio-
" rum curiae romanae officialium per-
" tinet (quae levior fuit), felicis re-
" cordationis Pii papae IV. praedeceſ-
" ris noſtri, hortatu, & ipſorum car-
" dinalium aequitate ac benignitate
" minui facile potuiſſet; ſicut ipſi ſi-
" gnificatum fuit. altera ejuſmodi fuit,
" ut eam nemo catholicus, nedum
" praelatus, objicere debuerit. cum
" enim deberet, juxta ſacri tridenti-
" ni concilii decretum ſanctiſſimum &
" his temporibus maxime neceſſarium,
" fidei ſuae confeſſionem facere priuſ-
" quam confirmaretur, & de ea fa-
" cienda non ſemel admonitus fuiſſet,
" eam facere recuſavit; tametſi ea ſuſ-
" cepta & uſu recepta fuerit juxta
" formam, ab ipſo praedeceſſore no-
" ſtro approbatam, non in Italia ſo-
" lum, & Franciae, Hiſpaniae ac Po-
" loniae regnis, ſed in ipſa etiam Ger-
" mania. qua in re ejus recuſatio &
" tam diuturna contumacia fidem ejus
" non parvam in ſuſpicionem addu-
" xit, & maximum colonienſibus &
" omnibus catholicis ſcandalum pepe-
" rit: quod nos ſcandalum, pro pa-
" ſtoralis officii munere, removere
" compellimur. ſed, quia inviti ad
" acriora remedia eſſemus deſcenſuri,
" tentandum prius duximus, ſicut hu-
" jus ſanctae ſedis ac noſtra manſue-
" tudo ac moderatio poſtulat, ſi ipſum
" lenibus remediis adducere poſſimus,
" ut errorem ſuum agnoſcat, ac ca-
" tholici viri ac praelati officio funga-
" tur. quocirca majeſtatem tuam, cu-
" jus auctoritate magnopere eum com-
" motum iri ſperamus, hortandam in
" domino duximus & rogandam, ut
" eum benevole officii ſui admoneat,
" & ad hujuſmodi confeſſionem facien-
" dam, ac parendum apoſtolicae ſedis
" tam aequis & ſalutaribus monitis
" adhortetur, & illis eum rationibus,
" quas majeſtati tuae ſua ſapientia
" ſuggeſſerit, inducat: ac, ſi ex hac
" re in comitiis agere tentarit alicujus
" principis favore nixus, ſicuti eum
" in animo habere certiores facti ſui-
" mus, ab hac eum temeritate deter-
" reat. erit hoc pietatis majeſtatis
" tuae dignum officium, & illi gra-
" tiſſimum eſſe debebit, nobis certe
" erit, qui nollemus ullam neceſſita-
" tem nobis imponi cum eo ſeverius
" agendi, ac parati ſumus, ſi ille of-
" ficio, quo debet, functus fuerit, &
" debitam huic ſanctae ſedi obedien-
" tiam praeſtiterit, paterna illum cha-
" ritate complecti. ſed, ſi in contu-
" macia perſeveraverit, nec apoſtoli-
" ca monita, nec caeſareae tuae ma-
" jeſtatis auctoritas ſatis apud eum
" valuerit, non poterimus officium
" noſtrum praetermittere, &, juxta
" canonicas ſanctiones, neceſſitati tam
" nobilis eccleſiae, quae tamdiu pa-
" ſtore caret (tametſi is ſe pro ar-
" chiepiſcopo gerere minime verea-
" tur), providere, & ne id malum
" propter exemplum latius ſerpat,
" occurrere, Deo juvante, curabi-
" mus, majeſtatis tuae & omnium ca-
" tholicorum favorem nobis, juſte,
" quod juſtum fuerit, facientibus,
" ipſiuſque in primis omnipotentis
" Dei auxilium non defuturum eſſe
" confiſi. Datum Romae apud S.Pe-
" trum ſub annulo Piſcatoris die 23.
" mart. M. D. LXVI. pontificatus no-
" ſtri anno primo.

Nunc reliquas Commendoni ad card. Reomanum litterarum de eodem negocio particulas, pergam deſcribere.

Die 6. ejuſdem mart. *Per il ſignor Kevenniller*, inquit, *mandato coſtì da l'imperatore, ſcriſſi h'er ſera a V.S.illuſtriſſima quello, che ſua maeſtà mi haveva commeſſo circa la domanda, che fa di ſoc-*

coloniensis ecclesiae, quam, tanquam lumen quoddam verae & catho-

soccorso per Hungaria. hora le darò conto di dui altri particulari, che passorno nel medesimo ragionamento, l'uno circa la confirmatione de l'eletto di Colonia, l'altro circa il trattato de la religione ne la presente dieta... Quanto al primo, riferendomi sua maestà gli avvisi, che havea de la venuta de' principi, & fra gli altri di questo eletto di Colonia, & laudandolo molto di bontà & di sincerità, a me parve bene di prendere questa occasione; & dissi, havere inteso il medesimo da molti: onde tenevo per certo, che tutta la sua tardanza circa la confessione de la fede secondo i decreti del concilio di Trento fosse instigatione d'altri, & non voluntà sua, & che tosto fosse per conoscere da sè stesso & la equità & la necessità del decreto di Trento, & il debito suo; & che mi era grandemente caro, che venisse in Augusta, dove la maestà sua, la quale per la singulare prudentia sua prevede di lontano, dove così fatti principij di passo in passo conducano le cose, gli potrebbe parlare. L'imperatore sopra queste parole discorse lungamente... Riferirò solo quattro capi principali, che sua maestà parlando toccò con molta prudentia & dimostratione di bonissimo zelo circa la religione, & di molto bona voluntà verso nostro signore. il primo punto fu, che il concilio di Trento non era anchora stato accettato in Germania. A che io risposi, che per avventura tanto più si dovea havere riguardo, che con un tal fatto de l'eletto di Colonia non paresse, che apertamente si rifiutasse il concilio, & spetialmente in cosa, che concerne la confessione de la fede, la quale conviene esser una di tutta la chiesa, che però si chiama catholica. &, se bene in ogni tempo conviene, che questa confessione sia palese, nondimeno in tempo di heresie, & in persona di vescovi, che hanno a pascere & reggere il gregge. che, se ben monsignor eletto di Colonia poteva essere di sè medesimo certo di esser catholico, non però poteva esser certo de gli altri; anzi dovea considerar l'importantia & la necessità di questo decreto, & l'occasione, che si darebbe a gran rovina, cercando di torre & d'impedire questo rimedio, non altrimente, che se altri volesse, che in un essercito, & con gl'inimici vicini, non si desse il nome a li soldati, non che a li capitani. che, quanto a me, non dubito, che monsignor eletto crede tutto quello, che diffinisce il concilio, & insieme sa molto bene, che non può essere catholico chi non tiene la fede, che i concilij universali, confirmati da la sede apostolica, dichiarano, & che altrimente non potrebbe la chiesa esser catholica, perchè nasceriano ancho fra noi di quei disordini & novità, che nascono del continuo appresso gli heretici, errantes in inviis & non in via: *che, se sua signoria reverendissima così crede, nessuna cosa gli è più facile, che* profiteri quod sentiat, *nessuna più conveniente, che obbedir al concilio, & dar insieme con gli altri catholici conto de la sua fede, nessuna più necessaria, che con l'essempio suo stabilire questo rimedio, stato sempre solito di farsi ne la chiesa a tempo di heresie, & hora reintrodutto dal concilio di Trento, acciochè* discernantur oves ab haedis, *& in luogo di pastori non entrino lupi* ad devorandum gregem domini....

Il secondo punto fu, che a Roma si dispensava contra questo concilio, & che si potrebbe far dispensare ancho in questo particulare. A che io risposi, che a mio parere la maggior necessità, che la chiesa habbia in terra, è, che ci sia una suprema potestà, la quale ne le cose, che sopportano alteratione, vada secondo i tempi supplendo a li bisogni particulari, a li quali la legge, ch'è universale, non può mai provedere in tutti i casi. essere prohibiti i matrimonij ne gradi

catholicae fidei in istarum regionum turbulentissimis & perniciosis

gradi più stretti: & nondimeno, per conveniente rispetto, essere stato dispensato con sua maestà, & convenire, che in altri casi anchora si dispensi; ma un decreto, quale è questo, de professione fidei, non potere in alcun modo ricevere dispensa: perchè, oltre che tutti siamo tenuti di essere parati semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem, & maggiormente i vescovi, i quali hanno ad insegnare a gli altri, è da considerar grandemente, che non si può pure negare di farla senza dare sospetto di sè & mal'essempio a gli altri; nè si può dissimulare o tralasciare senza grandissimo danno de la chiesa catholica: tanto che assai manco male sarebbe, che non si fosse fatto il decreto, che, essendosi fatto, si sprezzasse, per li rispetti & consequentie, che sua maestà vedea molto meglio di me.

Il terzo, che ci erano certe cause, per le quali l'eletto non si risolvea di far questa professione, & che alcuni principi ne haveano communicate alcune con sua maestà. Io le domandai, se queste cause si poteano sapere. Mi rispose, che non vorria entrare in questo. & io replicai, che a me bastava, che sua maestà le sapesse: perchè speravo, ch'essa ne farebbe offitio con l'eletto molto meglio & con più frutto d'ogn'altro. essere cosa veramente misera, che & di diligentia & di zelo & di libera professione de la fede ci lasciamo così vincere da gli heretici, & che essi non facciano cosa nè più spesso, nè più volentieri, nè più arditamente di queste loro confessioni; & un prelato catholico rifiuti o habbia rispetto di farne una commune con tutta la chiesa catholica, & per decreto de la chiesa.

Il quarto (il che però fu il primo in ordine) è, che ci fa molto bisogno di destrezza in questo negotio, per non perdere il tutto. A che io ... dissi, che a me anchora veramente pare, come a la maestà sua, che non solo in questo caso, ma in qualunche altro si debba procedere con ogni possibile destrezza, non ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, & che si debba andare ancho per questa strada sempre inanti, quanto si può con Dio & con la salute del prossimo, nè uscirne mai per altro, se non perchè ciò di medicina non diventi veleno, & nuoca a la chiesa. lo studio di nostro signore esser solo, che altri non perda sè stesso: & la perdita, che sua santità stima, & a la quale procura di reparare, essere che altri non si perda; poichè ha da rendere conto di tutti: l'altre perdite essere di poco momento, & tutte dependenti & fondate in questa sola. Sua maestà, come oltre a ogni credere è humanissimo principe, ascoltò tutto benignamente, & in fine mi essortò a parlarne con l'eletto; & mostrò insieme di havere speranza, ch'egli fosse per rimettersi al dovere, laudandolo di nuovo, & facendomi fede, ch'egli è catholico & tanto huomo da bene, quanto alcun altro prelato, & ch'era stato accusato così a torto ... Il principale rispetto, che mova l'eletto di Colonia, o coloro che lo consigliano, io temo che sia di non stabilire in Germania quelle cose, circa le quali hora cercano alcuni far concordie & misture di religione, & dubitano, che questa sia una via, con la quale senza publicatione accettino il concilio di Trento, se ciascun prelato fa questa confessione. ha questo eletto senza dubio havuto, & haverà molti, che lo instigano & lo spingono fuor di strada.

Die 12. ejusdem mart. Di quello, inquit, che V. S. illustrissima mi scrive in cifra circa il capitolo di Colonia, io dubito assai, & credo esser necessario fare quì ogni prova con destrezza & con dignità per condurre l'arcivescovo a fare il debito suo. perchè, se bene il capitolo è in qualche differentia con lui,

hor è

ciosis erroribus elucere confidimus, majoribus etiam privilegiis ornare

harà gran rispetto a mostrarsi in questa causa. già io ne ho parlato assai distesamente con l'imperatore, & con il duca di Baviera, & con l'arcivescovo di Magontia, cercando di mostrarli, che ciò fa per loro, & che doveriano essortarlo & condurlo a fare la professione. di gran momento fu, che questo eletto, non confirmato, fosse senza alcuna difficultà admesso a la elettione del presente imperatore (mense nov. 1562.): *perchè con questo & simile essempio pretendono già gli elettori ecclesiastici di havere l'administratione de gli stati libera senza confirmatione; & alcuni si curano poco del resto: perchè non intendono quello che per lo spirituale importi la confirmatione, & come necessariamente derivi la podestà episcopale da un vicario di Dio, & come si conservi con questa dipendentia l'unione de la chiesa catholica. ha questo eletto una prepositura, giuspatronato del rè catholico, che, se bene non vale molto, ha però grandissima collatione. questo anchora ci gioverà qualche cosa.*

Die 16. ejusd. mart. *L'eletto*, inquit, *di Colonia venne hieri, incontrato & accompagnato da l'imperatore; & mandò subito un suo canonico a visitarmi con molte officiose parole & offerte, & con assai particulare mentione di tutte le volte, che io sono stato in Colonia, & de l'amore, che sua signoria reverendissima mi ha sempre portato, & de la confidentia, ch'è per havere in me in tutte le cose sue. A' che io primamente per nome di nostro signore, & poi per proprio mio risposi con ogni amorevolezza & bona dimostratione di voluntà; & manderò hoggi a visitarlo ... Quanto a Colonia. sua maestà mostra hora d'intender meglio i rispetti, & di consentire a le ragioni allegatele, & di haver miglior speranza, che le cose siano per passar bene: nè mi ha però mostrato di haverne anchora parlato con l'elettore; ma solamente mi ha largamente detto, che l'eletto è tutto suo, & che sempre in tutte le cose ha mostrato & mostra di fare quanto sua maestà desidera.*

Die 20. ejusd. mart. *L'altr'hieri*, inquit, *monsignor l'eletto di Colonia mi mandò un suo canonico a dire, che, quando non mi fosse incommodo, haverebbe voluto venire il dì sequente a parlarmi, & che mi pregava a non haver per male, se, essendo alquanto sordo, mi parlasse per interprete, perchè così sperava di potere non solo esprimer meglio il suo concetto, ma intender meglio quello, che io dicessi. Risposi, che a me sarebbe caro tutto quello, che tornasse commodo a sua signoria illustrissima, & che, dove potessi farle servitio, lo farei molto prontamente & voluntieri: in somma, che in qualunche modo le paresse di trattar meco, a me sarebbe grato egualmente. hier sera poi ha mandato di novo il sudetto canonico ad iscusarsi di essere stato molto impedito, pregandomi a pigliare in bona parte questa dilatione. a che parimenti io ho risposto con ogni dimostratione di bona voluntà. Hoggi, a proposito di questo negotio, l'imperatore mi ha detto di haver parlato con alcuni, che ci hanno parte, & che ci trova di molte difficultà; nè io ho lasciato di far offitio di novo con sua maestà, nel modo che mi è parso espediente, oltre il resto ricordando, come ne l'ultima audientia lei mi haveva detto di conoscer coloro, che inturbidano & impediscono questo negotio, & che essa come con monsignor eletto, così con costoro confidava di poter molto; onde io non poteva non esser certo, che le cose passarebbono bene con servitio di Dio, di sua maestà, & de l'elettore stesso ... In questo negotio di Colonia è necessario di havere principalmente riguardo, che l'eletto non si conduca a parlarne in dieta, & però ha bisogno di molta destrezza; facendo hora*

ornare cupiamus; tantum abest, ut de veteribus ejus ornamen-
tis

hora quanto si può con l'imperatore, con lui, & con gli altri elettori, & con i loro consiglieri; riserbando il resto, quando el non possa fare romore in dieta. io cerco di mostrare a gli elettori & altri vescovi, che questo è interesse loro, che essi stessi ci doveriano dimandare questo rimedio, & che i francesi sono stati quelli, che l'hanno dimandato nel concilio per le medesime ragioni, per le quali i vescovi di Germania ne doveriano fare hora molto più instantia, vedendo come passano le cose, & come gli adversarij cercano di usurpare tutte le chiese: & pur essi son quelli, che lo rifiutano. Al duca di Baviera ho detto, come in questo negotio si va per una via di condurre più facilmente a le chiese & a gli elettorati ecclesiastici un figliuolo del duca di Sassonia, che un figliuolo di sua eccellentia. Coll'imperatore vo mettendo inanti a sua maestà, dove necessariamente si ha da condurre la cosa, se l'eletto persiste nel suo proposito, & quanto sia impossibile a nostro signore di lasciarla correre, & quanto facile a l'eletto di fare quello, che si richiede da lui. La principale oppositione, che mi si fa, è, che il concilio non è stato anchora accettato... La dilatione, che l'eletto ha presa di parlarmi, credo che sia, perchè il duca di Cleves sabbato si fermò quì vicino, nè è voluto entrare prima di hoggi; & l'eletto dipende in tutto da questo duca.

Die 23. ejusd. mart. *Hoggi*, inquit, *monsignor di Colonia ha mandato di novo a dirmi, che non vorria, ch'io interpretassi in mala parte questa sua tardanza; ma che dovendo giunger quì monsignore illustrissimo di Augusta fra dui giorni, haverebbe molto caro di aspettarlo, purchè non mi fosse discaro: &, come per occasione, mi ha fatto dire da questo suo canonico, che sua signoria sopra ogn'altra cosa desidera di dare fine a questo negotio, per liberarsi da la molestia di molti principi, che vogliono pur sapere da lui per qual cagione non può ottenere la confirmatione. Io ho risposto in conformità di quello, che ho già scritto due volte a V. S. illustrissima.*

Die 30. ejusd. mart. *Hoggi*, inquit, *è venuto a visitarmi l'elettore di Colonia con molta dimostratione di observantia & reverentia verso nostro signore: & siamo stati insieme un gran pezzo sopra i generali (che così ho giudicato essere molto meglio). ho poi messo ordine di andare a visitarlo: & così comminciarò a trattar seco, & con monsignore illustrissimo di Augusta sopra il negotio de la confirmatione.*

Die 3. apr. *Nel negotio di Colonia*, inquit, *vo sempre scoprendo nove difficultà. bisogna maneggiarlo di modo, che non si proponga in dieta: il che per molte vie si procura da certi mali spiriti: perchè l'elettore è assai buona persona, & più tosto ignorante che altrimenti: il che difficulta grandemente il negotio seco. a questo elettore & ad altri anchora intendo che alcuni s'offeriscono di fargli havere indulti & altre gratie. io ricordarò riverentemente a V. S. illustrissima, che, come il conceder gratie a questi signori è bene, così il correr lor dietro, &, beneficandoli, mostrare di ricevere & non di dare benefitio, fa, che il servitio non si stima, & toglie reputatione a la sede apostolica.*

Die 5. apr. *Visitai*, inquit, *tre dì sono l'elettor di Colonia, & li presentai il breve: sopra il quale, secondo il solito di Germania, fece una lunga consulta a parte con i suoi consiglieri: &, dopo molte parole di cerimonia, & di reverentia verso nostro signore, venne al negotio de la confirmatione, & lo toccò brevemente, riferendosi ad una scrittura, che fece leggere. Io gli risposi humanissimamente, & cercai solo di disingannarlo, che questa dimanda* pro-

professio-

tis quicquam imminuere cogitemus. De necessariis archiepiscopatus

fessionis fidei *non si faceva a lui solo, nè per sospetto che si havesse di lui, ma generalmente a tutti coloro, che si dovevano confirmare; & che in Polonia tutti gli eletti l'havevano fatta anzi tempo. A l'altre parti de la scrittura non volsi per allhora risponder altro, sì per non inasprire nel primo incontro il negotio & sì per haver occasione di dimandare la scrittura, & ancho commodità di trattarne lungamente con gli altri consiglieri: & però gli dissi, che, se così gli piacesse, io gli direi sopra tutti i capi de la scrittura quello, che sentivo, con desiderio di fare ogni servitio a sua signoria illustrissima; & glie ne dimandai copia, & l'hebbi: & con questo restammo in fine, che il dì sequente, che fu hieri, i suoi consiglieri venissero a trovarmi. Vennero: & io di passo in passo risposi a la scrittura in modo, che essi confessarono, che l'elettore doveva in ogni modo mutar parere, & obedire, & mi mostrarono di haver buona speranza, che fosse per farlo. io, perchè costoro ragionando si lasciarono particolarmente intendere, che l'elettore suspica, che nostro signore habbia mala opinione di lui, & che questa professione sia come una abjuratione, per la quale debba restare sempre macchiato, procurai di farli capaci de la verità: & di più mi offersi di procurare, che, dopo la confirmatione sua santità dasse qualche publico segno del conto, nel quale teneva l'elettore, gratificandolo in quanto potesse, & in specie con la concessione de l'indulto: di che mi ringratiarono grandemente. Hoggi sono tornati, &, per quanto mostravano, assai mal contenti. in somma mi hanno referito, che l'elettore sia fermo in questo di non poter alterare da sè alcuna cosa; & che però supplica sua santità a fargli gratia di accettare da lui il giuramento solito: poichè egli fu eletto del* LXII. *inanti i decreti di Trento: il che quando non possa ottenere, egli, non potendo da sè solo risolversi, proporrà la dimanda di sua santità in dieta, per haverne consiglio. Io gli ascoltai patientemente, &, senza mostrare alcuna alteratione di animo, esposi loro di nuovo la necessità & l'utilità di questa professione, & la facilità che l'elettore ha in esseguirla, essendo cosa di fede, che dipende da lui, & non concerne cose temporali nè miste, ma simplicemente spirituali; in che non ha da aspettare nè dimandare altro consiglio, salvo che da la sede apostolica & dal concilio universale: esser cosa troppo misera, che li principi di Germania di tante sette mandino quale a Ginevra, quale altrove a pigliare ogni dì novi catechismi & professioni di fede, senza proporlo in dieta, & che li prelati catholici vogliano essi in causa di fede rimettersi & sottoporsi al giuditio de' laici; i quali, quando anchora fossero tutti catholici, non hanno che fare in questo: & mi distesi lungamente così circa l'offitio di nostro signore, come circa il debito de l' elettore; essortandoli a considerar molto bene quello, che di ciò potesse succedere. Essi sono restati di tornare dimane: io non ho voluto restare di scriver hoggi quello, ch'è seguito fin hora.*

Die 6. apr. *Son venuti*, inquit, *i consiglieri di Colonia, & mi hanno portato una lettera per nostro signore, & lettami la copia, pregandomi per nome de l'elettore a raccomandare questo negotio a V.S. illustrissima, & ad esporle le ragioni de l'elettore. La si degnerà presentare la lettera a sua beatitudine*. Ejus epistolae exemplum est.

„ Beatissime pater, ac domine „ clementissime.

„ Post beatorum pedum oscula & „ debitam promptissimamque erga san„ ctam sedem apostolicam reveren„ tiam, obedientiam & observantiam.

„ Quan-

patus ministris, quod vestris quodammodo diffisi viribus opem nostram

„ Quandoquidem omnipotens & misericors Deus, post obitum felicis recordationis Pii IV. pontificis maximi, sanctitatem vestram, ut excellenti doctrina praeditam, & vitae innocentia insigniter ornatam, ita summo pontificatu maxime dignam, ad regimen ecclesiae suae vocavit, non possum nisi & divinae ejus majestati ac bonitati ex animo gratias agere, & sanctitati vestrae eo nomine reverenter & humiliter gratulari, faustaque & felicia omnia illi precari. quamvis autem maturius aliquanto hoc ipsum facere, & pro impetranda confirmatione devote, humiliter & diligenter instare constitueram, cum tamen intelligerem, sanctitatis vestrae sanctaeque sedis apostolicae legatum hisce augustanis comitiis interfuturum, non inconveniens existimavi hanc rem in haec comitia rejici, humiliterque hinc petere, ut sanctitas vestra illud quidquid est morae atque dilationis patienter ferat, mihique pie ignoscat. porro sanctitatis vestrae clementissimas litteras, per ejusdem legatum reverendissimum & illustrissimum dominum Joannem Franciscum card. Commendonum in hisce comitiis mihi praesentatas, ea, qua decet, reverentia & humilitate accepi. ex quibus sanctitatis vestrae summo pontifice dignam curam, sollicitudinem & vere paternum affectum erga gregem sibi commissum & me (cui & filii nomen clementer tribuit, & paternis adhortationibus ad praestandum id, quod officii suscepti ratio exigit, non leve calcar addidit, & promptissimum animum suum gratiosissime significavit) facile intellexi. quo nomine sanctitati vestrae summas merito gratias ago, humiliterque ac reverenter polliceor, me & hisce tam salutaribus, piis ac paternis adhortationibus, quantum in me erit, ea, qua decet, obedientia pariturum, &, Deo volente, usque ad extremum vitae spiritum in obedientia sanctae romanae & catholicae ecclesiae, sedisque apostolicae constanter permansurum, & nihil, quod ad ejus auctoritatem ac dignitatem conservandam, & gregis mihi concrediti salutem, ecclesiaeque commissae utilitatem pertinebit, & in mea potestate erit, intermissurum. caeterum, cum ad has tantas res, quas officium meum postulat, rite peragendas, electionis meae confirmatione summopere opus habeam, non potui non cum praefato reverendissimo domino legato de hujusmodi confirmationis negotio diligenter conferre, illique omnes difficultates, quae hactenus circa idem negotium interciderunt, & causas, propter quas nihil insoliti & inusitati a me exigendum existimem, plene & confidenter recensere. quamvis autem idem reverendissimus dominus legatus, vir integerrimus, ad hanc rem promovendam sese perquam benigne, amanter & fraterne obtulerit, ne tamen mandati sui fines excedere videretur, ad sanctitatem vestram me remisit, promisitque, se hac in re facturum, quae posset, omnia. cum igitur, sanctissime pater, omnibus aliis difficultatibus superatis, haec sola supersit, quod non tantum vetus juramentum, ad quod praestandum me semper obtuli, nec ea tantum obedientia, quam praedecessores mei hactenus praestare consueverunt (cujus in brevi sanctitatis vestrae fit mentio), sed praeterea insolita quaedam atque jurata fidei professio a me exigitur; ea autem vel hanc ob causam, quod electio de me facta, & negotii confirmationis plena

„ instru-

nostram imploratis, non deerit prudentiae vestrae pastoralis cu-
Vol.IV. Pp ra no-

„ instructio, ab ejusdem impetratione „ (quam nihil, quod in me potestate „ fuit, impedivit) benigna juris in- „ terpretatione non differens, & exi- „ stimationis ac fidei meae sufficiens „ defensio & professio, summi etiam „ pontificis calculo approbata, dudum „ ipsius concilii tridentini conclusio- „ nem & confirmationem praecesserit, „ in hoc casu nec necessaria sit nec in- „ felici ac turbulento hoc tempore „ sine summo catholicae religionis & „ ecclesiae afflictissimae, mihi commis- „ sae, detrimento a me praestari pos- „ sit: ut haec omnia praedictus domi- „ nus legatus ex me meisque plenius „ intellexit, & sanctitati vestrae procul „ dubio fideliter relaturus est. idcir- „ co, quanta possum & debeo, humi- „ litate & reverentia peto, ut tandem „ sanctitas vestra solito juramento a „ procuratore meo, Romae excolen- „ te, recepto, omnique difficultate & „ mora submota, confirmationem, „ tantopere desideratam, & periculo- „ sissimis hisce temporibus ecclesiae „ coloniensi adeo necessariam, gratio- „ se mihi concedere, & benigna legis „ sequentis interpretatione, totque re- „ levantium causarum ratione habita, „ hac vice insoliti & inusitati jura- „ menti praestationem clementer re- „ mittere dignetur. quod si, ut spe- „ ro, fiat, non poterunt illi, qui „ posthac eligendi & confirmandi sunt, „ quorum par similisque causa non „ erit, hoc ipsum in exemplum trahe- „ re. ego certe non eo minus catholi- „ cae fidei & religionis, quam toties „ & verbis & scriptis & re ipsa profes- „ sus sum, sectator & propugnator „ ero, & ab ea, Deo me favore suo „ prosequente, numquam recedam. „ spiritus domini nostri Jesu Christi „ animam & omnes conatus sanctitatis „ vestrae ad Dei gloriam & salutem „ christiani orbis dirigere, & sancti- „ tatem vestram diu nobis incolumem „ servare dignetur. Datum Augustae „ Vindelicorum VI. apr. M.D.LXVI.

„ Sanctitatis vestrae

„ Devotissimus filius Fridericus

„ electus coloniensis.

Quibus Friderici litteris, quas ex Laderchii *Annalibus eccles.* tom. XXII. pag. 154. depromsi, sequenti epistola Pius rescripsit.

„ Dilecto filio Friderico, electo „ coloniensi, sacri romani imperii prin- „ cipi electori.

Pius Papa V.

„ Dilecte fili &c. Cuperemus ad- „ modum te fratris nomine posse ho- „ norare, sicut mos est pontificum ro- „ manorum eos, qui consecrationis „ munus jam susceperunt, archiepisco- „ pos & episcopos appellare. sed te, „ donec id suscipias, filium ad pater- „ nae nostrae erga te benevolentiae in- „ dicium appellamus, confisi, fore, „ ut utrumque erga te & patris & fra- „ tris affectum conservantes usitatiore „ te nomine appellemus. Accepimus „ literas tuas, quibus primum nobis „ gratularis, quod ad apostolatus offi- „ cium assumpti fuerimus. gratum „ fuit nobis, perinde ac debuit, illud „ tuae erga nos pietatis indicium. hoc „ autem Dei de nobis judicio ita de- „ mum nos quoque laetabimur, si „ quid dignum hoc loco, in quo sine „ meritis nostris constituti fuimus, „ ad divinae majestatis honorem & ec- „ clesiae catholicae utilitatem agere, „ divina gratia favente, ac te ac cae- „ teris, qui nobis adesse debent, ju- „ vantibus, poterimus, omnes labores „ ac molestias, quas tecum (*fort.* secum) „ tantae servitutis officium offert (*fort.* „ affert), patientissimo ac libentissimo „ animo excepturi. Cum dilectionem „ tuam de assumptione nostra certiores „ per literas fecissemus, grato quoque „ animo acceptam abs te fuisse horta-

„ tionem

ra nostra in istorum etiam provisione membrorum, capitis tamen,

„ tionem nostram libenter cognovimus.
„ cui cohortationi nostrae quod ea,
„ qua decet, obedientia obtemperatu-
„ rum te esse polliceris, laudamus ad-
„ modum in domino istud pium pro-
„ positum tuum, & magnam in spem
„ venimus, fore, ut nostris salutaribus
„ monitis acquiescas. De professione
„ fidei, secundum tridentini concilii
„ decretum facienda, intelleximus,
„ quae tu excusandi tui causa attuli-
„ sti: sed in ea exigenda perseverare
„ compellit nos commissum nobis of-
1. Il colore di andare a visitare il maguntino, & il treverense, io credo che potria esser solo il passare per andare in Fiandra, & visitarli come di passaggio.

Non

tentia, si, reliquis posthabitis rationibus, tantum vobis eo tempore

Non nominerei elettore il treverense, finchè non è confermato.

Non direi a l'imperatore d'esser stato mandato sotto altro colore, ma d'esser stato mandato a posta per questo.

Non mostrerei di far solamente querela, o di conferir con sua maestà, ma espressamente mostrerei, che nostro signore non può più differire &c. richiedendo sua maestà ad ajutare &c.

2. Dove nomina patronato, io tacerei quella parola, la quale non è punto necessaria, & potria destare nuovi humori.

Dove dice, che quelli prelati di Germania, che personalmente non hanno potuto intervenire al concilio di Trento, vi hanno mandato suoi ambasciatori, saria forse meglio il tacerlo, perchè si verifica in pochi.

4. Dove dice, che questo eletto ancho innanzi l'elettione s'è mostrato consentiente a l'opinioni del zio, saria forse bene vedere, se se n'ha pruova.

Dove dice de' disegni de l'eletto, saria ancho bene d'intendere, se si sanno per certo, per non dir cosa, che negandosi, bisogni tacere, o che metta l'eletto in più riputatione, che non converrebbe.

5. Dove dice, che l'elettor treverense offerisce di fare la profession de la fede, saria forse bene haverla prima in mano, massime, che già più d'un mese i suoi ambasciatori sono in Roma, & non la danno.

Dove dice, che sua santità vuole havere informatione da gli elettori del modo, con che s'havrà a procedere contra questo eletto, io non so, se forse fosse meglio mostrare più risolutione di procedere &c. non restando però di ascoltare quello, che & l'imperatore & gli elettori dicessero.

Dove dice, che a sua santità pareria di citarlo, è bene di considerare, se fosse meglio dire, che sua santità è per citarlo.

6. Dove dice de l'amministratione del cardinal Cusano, io crederei esser bene a tacerlo.

Et similmente lasciarci di nominare nè Augusta, nè altri, nè metterei innanzi il consiglio di far più tosto postulatione, che elettione, per le ragioni dette con la scrittura, che sarà con questa.

Dove fa mentione de la voluntà & favore del rè catholico, o vero lascierei di farla, o la farei con più sicurtà. perchè se a la corte cesarea non si credesse, che 'l rè catholico fosse per favorir questa causa, il negotio harebbe assai mancho caldo.

7. Dove dice, che, havuta la risposta da l'imperatore, s'avvij in diligentia &c. si potria aggiungere, che, in caso che l'imperatore lo volesse intrattenere, come facilmente sarà, dica d'havere lettere per Fiandra, & commission d'andarvi quanto prima.

Dove dice di fermarsi in Augusta, o in Norimberg, è da avvertire, che 'l camino più dritto verso Ascemburg, dove risiede il maguntino, è per Norimberg, ma quel de la posta è per Augusta: & il camino di Norimberg non è molto securo: nè in Norimberg starebbe bene un nuntio, ma li converrebbe andare ad Herbipoli: la qual terra è da una parte del monte Speissart, oltre il qual monte è Ascemburg, residentia del maguntino. & questa troppa vicinanza, col fermarvisi il nuntio alcuni dì, merita forse qualche consideratione.

Da Augusta a Maguntia harebbe da passare per il paese del conte palatino; nel quale converrebbe che si guardasse.

Brevi credentiali.

A l'imperatore.
A l'arciduca Carlo.
A l'arcivescovo di Saltzburg.
A l'elet-

pore proposueritis Dei gloriam, & salutem populorum. quem

A l' eletto di Treveri.
A l' eletto d' Osnaburg.
Al capitolo di Colonia.
A l' arciduca Ferdinando.
Al duca di Baviera.
A l' arcivescovo Maguntino.
Al vescovo d' Herbipoli.
Al vescovo di Liege.
A la città di Colonia.
Al cardinale d' Augusta.
Al rè catholico.

Et ne la corte del rè catholico a chi parerà a sua beatitudine, & , oltre a questi, 5. o 6. brevi credentiali in bianco:

Et uno al duca di Cleves, del quale si potrà valere secondo il bisogno.

Al Cardinale Alessandrino. Di Passignano a gli 16. di Settembre 1567.

La lettera, che V.S.illustrissima mi mandò per corriero a posta a gli XI. di questo, mi trovò già partito da Gualdo, & mi fu data solamente hier sera dismontando dal monte de l'Avernia. & però, non havendo potuto rispondere, come la mi commandava, per sabbato, dubito di non esser più a tempo. tuttavia non ho voluto restar di scriverle così in fretta quel poco, che la vederà ne l'alligata scrittura. &, supplicandola a baciare humilmente in mio nome i santissimi piedi a nostro signore, in sua buona gratia mi raccomando.

Per trattar con degnità, & per condurre ad effetto la postulatione di monsignor reverendiss. d'Augusta a l'arcivescovado di Colonia, io harei tenuto per bene, che in questa strettezza di tempo si fosse scritto quanto prima a l'imperatore un breve credentiale nel nuntio, & ad esso nuntio si fosse dato commissione, che, presentato il detto breve a sua maestà, le havesse dimostrato prima quanta satisfattione habbia nostro signore de le buone operationi di sua maestà, & spetialmente quanto sia rimasta sua beatitudine consolata de gli offitij fatti nel negotio di Colonia, il quale, per gratia del signor Dio, col mezzo de la prudentia & buon zelo di sua cesarea maestà, pare che si sia rivolto a buon verso. di poi havesse soggiunto, che sua beatitudine, intesa la cessione de l'eletto, era stata in pensiero di scrivere al capitolo di Colonia per essortarlo ad usare religiosamente & bene la facultà che ha di eleggersi l'arcivescovo, & a far hora elettione di persona, che sua santità per servitio di Dio & di quella chiesa, con pace & sicurezza de la conscientia sua, habbia da confermar volentieri. ma, che havea voluto mandar l'espeditione in mano del nuntio, & communicar prima il tutto con sua maestà cesarea, acciochè si facesse questo offitio unitamente & da sua beatitudine & da sua cesarea maestà, essendo una l'intentione & il desiderio d'ambedue, rivolto solo a servitio di Dio, & benefitio di quella chiesa. che, per la relatione, che n'ha sua beatitudine, in quel capitolo non par che si trovi per hora soggetto alcuno idoneo ad esser arcivescovo, chi per difetto d'età, & chi per altri impedimenti: onde sarebbe necessario, che i canonici s'inducessero a far una postulatione fuor del capitolo di persona, atta a governare & ristorare quella chiesa. & a questo proposito con buon modo ricordasse il cardinale d'Augusta, lodandolo, come veramente merita d'esser lodato: &, trovando sua maestà inclinata a la persona, la richiedesse a scrivere di ciò quanto prima al capitolo; dicendo, come a tal effetto haveva in mano un breve di sua santità per il detto capitolo, che l'essorta a la postulatione del cardinale d'Augusta. Quando il nuntio trovasse l'imperator non inclinato a que-

judicii & officii vestri fructum quia ea, quam diximus, opinio

a questa postulatione del cardinale, cercasse di mostrare a sua maestà la bontà del cardinale d'Augusta, l'integrità sua, il zelo verso Dio, & la fede verso casa d'Austria; & vedesse di persuodere sua maestà: perchè in vero nostro signore è stato inspirato da lo spirito santo a promover questa postulotione. onde mi par tonto meno necessario di ricordar altri, secondo sua santità mi commette. tuttavia, in caso che l'imperatore (il che io non credo) non volesse favorire la postulatione di monsignor reverendissimo d'Augusta, mi parrebbe, che si potria ricordare il vescovo di Liege, & il vescovo di Munster, che sono vescovi de la provincia coloniense, & confinano con essa, & sono principi di qualche potere, & ambedue di molte buone conditioni, come altre volte n'ho fatto fede a sua santità.

Giudicando nostro signore di dirizzare il negotio per questa via, si potrebbe mandare in mano del nuntio Biglia due brevi per il copitolo di Colonia. il primo, che gli essortasse a la postulatione del cardinale d'Augusta; il secondo gli consortosse ad eleggere o almeno a postulare persona atta, & che potesse essere con buona conscientia approvata & confermata da sua beatitudine, & li nominasse tutti tre insieme, prima il cardinal d'Augusta, & poi li due vescovi sopradetti di Liege & di Munster: & di questi due brevi il nuntio mandasse poi quello, che più piacesse a sua maestà. perchè in vero, non solo per condur bene & con degnità il presente negotio, ma anchora perchè sua maestà, per la bontà sua, & per l'opre, che tuttavia escono da lei a servitio di Dio, lo merita, par conveniente, che nostro signore indirizzi il negotio, quanto più si può, con sodisfattione di sua maestà & unitamente con lei; sì che ogniuno vegga la buona intelligentia, & la paterna & filiale amorevolezza, ch'è fra loro. perciochè, come nessuna cosa ha partorito mai ne la christianità inconvenienti maggiori, che la poca intelligentia de gl'imperatori con li pontefici, così nessuna cosa può esser più salutare & di maggior commodo, massime a questi tempi, che una buona & sincera confidentia fra loro &c.

Perchè ne la relatione, mandatami da V.S. illustrissima, è scritto, ch'essendo passato proposito di postulare il vescovo di Munster, è stato detto, ch'egli non è de la nobiltà richiesta da gli statuti di quel capitolo, io non restarò di dire a V.S. illustrissima, esser vero, che'l detto vescovo non potrebbe, secondo le leggi del capitolo, esser canonico di Colonia: perchè, se bene è di casa nobilissima de' conti d'Hoia, & i suoi nipoti sono canonici in Argentina, dove si richieggono le medesime conditioni di nobiltà che in Colonia, nondimeno, havendo havuto per madre la sorella de lo rè Gustavo di Suetia, il quale di privato gentilhuomo fu assunto al regno, non può provare tutti i quarti de la nobiltà: è però da avvertire, che ciò è necessario ne l'admissione al canonicato con voce attiva & passiva, & conseguentemente ne l'elettione, ma non già ne le postulationi, che si fanno fuora del numero de' canonici. & mi ricordo havere inteso, che 'l cardinal gurcense non potè mai esser eletto di Saltzburg, anchora c'havesse tanto favore da Massimiliano primo: ma, fatto vescovo gurcense, fu poi postulato di Saltzburg. & il cardinal di Cusa, che si dice essere stato postulato administratore de la chiesa coloniense, nacque in una villa, dove io sono stato, di padre pescatore. il vescovo di Liege è nobile di Gheldria, di casa Grosbech, ma non è conte, nè baron libero: onde non potria esser canonico di Colonia, ma sì bene postulato per la ragion detta. ma nel cardinal d'Augusta cessa ancho questo scrupolo, che potes-

nio virtutis ac prudentiae vestrae postulat, ut certum expectemus, spiritum charitatis & sapientiae vobis precantes brevi hac cohortatione contenti erimus. Romae. IV. (b) Kal. sept. M.D.LXVII.

potessero havere i canonici, perchè è habile per la nobiltà ancho al canonicato, essendo libero barone, che in Germania s'aguaglia a' conti, & vi è in Colonia canonico un nipote suo di fratello. anzi in questa postulatione del cardinale havrebbono un'altro vantaggio, di non essere astretti a metter contributione a la provincia per la spedition de le bolle, &, mettendola, potriano convertirla a benefitio de la medesima provincia, che ne ha molto bisogno &c.

Al cardinale Alessandrino. Di Narni a li 19. di settembre 1567.

Di Passignano risposi a la lettera di V. S. illustrissima de gli XI. *mandata per corriero a posta. ho poi ricevuto l'altra sua di* XIII, *ne la qual mi richiede informatione di un Leisentritio, governator di Lusatia. io fui in Lusatia l'anno 61. & non ci era questo governatore, nè mi viene a mente chi egli si sia. ma perchè la fa mentione de la diocesi misnense, le dirò, che, se è negotio che appartenga in qualche cosa a la chiesa misnense, V. S. illustrissima saprà, che quel vescovo è fatto apostata, & (come intendo) ha preso moglie, &, convenutosi con l'elettor di Sassonia, gli ha lasciato quasi tutti i beni del vescovato, riservandosi solo un castello; il qual disegna di fare hereditario de' suoi figliuoli. io sono arrivato in Narni, & fra pochi dì spero di venire a' piedi di sua beatitudine, & a servire la signoria vostra illustrissima: a la quale bacio riverentemente le mani. Di Narni a gli 19. detto.*

(b) VI. cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 262.

XLVIII.

Pius PP. V. Decano & Capitulo Coloniensi. (a)

Ut optimum archiepiscopum, ac, praeter caeteros, Othonem cardinalem Augustanum eligant, hortatur.

LAetati sumus mirabiliter in domino perseverantia officii vestri & constantia religionis, quam zelo fidei & pietatis vestrae confisi, ut nobis semper antea polliciti sumus, sic hoc tempore collaudamus, & sacrae benedictionis munere libentissime prosequimur. quoniam vero divinae obediens inspirationi archiepiscopus vester cessit archiepiscopatu (b), per viscera misericor- diae

(a) Tria hujus epistolae tribus in codicibus exempla invenimus, primum in bibliotheca barber. alterum in biblioth. vatic. tertium in tabul. vatic. cui postremo in diei ac mensis, quo data fuerit, notatione obsequuti sumus, quum reliqua duo tum ab eo tum inter se discrepent.

(b) Apparet ex hoc loco, septembri hoc ipso mense Fridericum Vedam coloniensi

diae domini nostri studiosissime vos cohortamur, ut eum ad istud

lonienfi archiepiscopatu sese jam abdicasse, Pioque eam ipsam abdicationem innotuisse. mirari propterea subit, eumdem Pium binas deinde, tribus ferme interjectis mensibus, litteras (alteras ad coloniense capitulum die 29. novembris, alteras ad Maximilianum imperatorem die 6. decembris) dedisse, quibus in litteris de eadem abdicatione, tamquam de recenti re, ad seque proxime perlata, agere videtur. nos utrasque ex Laderchii *Historia eccles.* tom. XXII. pag. 422. lectoribus diligentius considerandas, describemus.

„ Dilectis filiis Decano & Capitu-
„ lo ecclesiae coloniensis.

„ Pius PP. V.

„ Dilecti &c. Non parva animi
„ molestia ac solicitudine liberati fui-
„ mus, postquam ex literis nuntii no-
„ stri, apud majestatem caesaream re-
„ sidentis, cognovimus, eum, qui a
„ vobis electus archiepiscopus fuerat,
„ suo tandem jure cessisse. gaudemus
„ admodum, & Deo gratias agimus,
„ quod jam de integro potestas ad vos
„ delata sit novum archiepiscopum eli-
„ gendi. hortamur autem in domino,
„ & omni studio vos admonemus, ut
„ officii vestri memores, matura de-
„ liberatione adhibita, & eo, quo de-
„ cet, consensu, ejusmodi personam
„ eligatis, ut electionis vestrae & Deo
„ & hominibus rationem reddere pos-
„ sitis. agitur, ut videtis, honor Dei,
„ agitur animarum salus, agitur offi-
„ cium & existimatio vestra. cogita-
„ te, quam haec turbulenta sint tem-
„ pora: mementote, quanto in pe-
„ riculo alias ista ecclesia versata sit,
„ quanta damna & detrimenta acce-
„ perit, quorumdam praesulum cul-
„ pa. si unquam capitulum istud in
„ eligendo archiepiscopo curam & di-
„ ligentiam adhibuit, nunc multo ma-
„ jorem, quam antea, adhibeat ne-
„ cesse est. proinde Dei tantum obse-
„ quium & animarum salutem atque
„ utilitatem ecclesiae propositam ante
„ oculos habete; & eligite seu postu-
„ late virum, cujus exploratum &
„ plane compertum habeatis catholi-
„ cae fidei zelum, qui praeterea vita
„ & moribus & rerum usu atque pru-
„ dentia ad tantae ecclesiae regimen,
„ non solum in spiritualibus, sed
„ etiam in temporalibus, maxime
„ aptus atque idoneus sit. talem si,
„ ut speramus vestra fide, probitate
„ prudentiaque confisi, elegeritis,
„ electio vestra Deo grata, ecclesiae
„ salutaris erit; vos autem judicii ve-
„ stri non solum a nobis & ab omnibus
„ aliis magnam laudem, sed a Deo
„ etiam praemium consequemini. Da-
„ tum Romae apud S. Petrum sub an-
„ nulo Piscatoris die 29. nov. 1567.
„ pontificatus nostri anno secundo.

„ Charissimo in Christo filio no-
„ stro Maximiliano, Hungariae & Bo-
„ hemiae regi illustri, in romanorum
„ imperatorem electo.

„ Pius PP. V.

„ Charissime &c. Gravi admodum
„ cura levati fuimus, postquam cer-
„ tiores facti sumus, electum a capi-
„ tulo coloniensi electionis suae jure
„ cessisse. qua in re sicut majestatem
„ tuam persuasum habemus functam
„ esse officio, quod ipsius sapientia
„ ac pietate dignum erat, ita confidi-
„ mus, curae ei quoque futurum esse,
„ ut ad ecclesiae tantae regimen ejus-
„ modi persona a capitulo eligatur,
„ cujus integritas fidei, ac religionis
„ orthodoxae zelus cum vitae & mo-
„ rum honestate conjunctus sit, quae-
„ que praeterea aetate ac rerum usu
„ apta sit ad tantum onus subeundum.
„ etenim, si unquam adhibita in eli-
„ gendo cura fuit, hoc maxime tem-
„ pore curandum & providendum est,
„ ut quamoptimo praesuli ac pastori
„ ea ecclesia committatur. ad quod
„ nos

istud archiepiscopale munus eligatis, qui tantum onus, primum catholicae fidei, deinde charitatis & prudentiae laude, possit sustinere. quid temporum, quid locorum conditio postulet, videtis. Dei omnipotentis gloriam, salutem animarum, & existimationem vestram in isto discrimine electionis versari intelligitis. quod si in collegio vestro non esset, qui vel aetate vel facultate vel aliis rationibus, quae ea in re maxime requiruntur, archiepiscopali muneri, omnium difficillimo, vel judicio vestro vel sua confessione, satisfacere posset, quanta esset vestra laus, quanta apud Deum vobis reposita merces, si alium postularetis, quem archiepiscopalem provinciam utiliter administraturum consideretis! qua in cogitatione, ut vobis de jure privilegiorum ac libertate suffragii vestri nihil praescribimus, quam augere & ornare vehementer cupimus, sic, pastoralis officii sollicitudine, & paternae erga vos charitatis affectu, cogimur eum, si res integra est, vobis proponere, in quo postulando archiepiscopo coloniensi & a Deo & a piis omnibus magnam gratiam inire possitis. is est venerabilis frater noster Otho, cardinalis Augustanus (c), cujus ardorem catholicae religionis & summum charitatis c

„ nos quidem diligenter, pro eo ac „ debuimus, ipsum capitulum hortati „ sumus. sed speramus, ut diximus, „ majestatem tuam quoque studiose „ curaturam, ut in hac re Dei omnipotentis honori & animarum saluti „ quamoptime consulatur. quod cum „ faciet, gratissimum Deo obsequium „ praebebit, & maximam ab hominibus laudem merebitur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 6.dec.1567 pontificatus „ nostri anno secundo.

(c) Othonis Truchsesii cardinalis, augustanorum episcopi (ejus, cujus nomine scriptae a Pogiano sunt pleraeque earum epistolarum, quae secundo ac tertio hujus operis volumine continentur) praeclara ac magnifica laus est, eum, Pii V. sanctissimi pontificis judicio ac testimonio, dignum fuisse, cui coloniensis ecclesiae gubernatio committeretur. hominis praestantem dignitatem summaque merita Albertus, Bavariae dux, litteris ad ipsum Pium die 2. febr. an.1566. datis, complexus his verbis fuerat; *Quamobrem ita mihi persuadeo, cum maxima sint hujus cardinalis in ecclesiam & remp. christianam merita, hoc demum sub sanctitate vestra idoneum venisse tempus, quo ejus justa habeatur ratio, quo praemia virtuti decernantur, quo laboribus atque periculis grata mercede satisfiat. ut enim pietate in Deum, studio ac devotione in sacrosanctam sedem apostolicam, animi sinceritate & candore erga omnes, a nemine sui ordinis facile superatur, hoc certe sibi peculiare & quasi proprium habet, quod nemo est antistitum in Germania, qui tantum in religionem contulerit, tantaque pro eadem perpessus sit, ac etiamnum sustineat fortiter. nam, si cultus divini amorem & observantiam spectet sanctitas vestra, nihil desiderabit in eo, quod priscorum ecclesiae procerum pietati addi queat; si zelus fervens, si animus pro religione intrepidus, si neglecta praesentissima pericula in considerationem veniant, heroicae appareant istae virtutes, omnesque in sui admirationem*

tatis studium satis vobis notum existimamus . quare talem virum

tionem atque amorem rapiant, necessum est : si denique tam episcopatus , quam propriorum bonorum effusissima largitio, in usus ecclesiae optimos & saluberrimos facta , suo pondere discutiatur , dignissimus profecto judicabitur , cui ab eo loco , in cujus honorem & dignitatem ista omnia collata sunt , gratiae efficaces saepius habeantur . ac pietatis quidem studia , easque cardinalis virtutes, quae Romae in admirationem veniunt , ipsa sanctitas vestra luculenter mecum testabitur ... Catholicae autem religionis quam fervide & sincere sit amans , ipsa posteritati semper loquentur pericula , testabuntur damna , injuriae , afflictiones & persecutiones ejus , quibus affectus quidem gravissime & saepissime fuit, at nunquam expugnatus , nunquam ita oppressus , ut officium deponeret , ut pacem cum haereticis manifestis periculis praeferret . cessit aliquando augustanae reip. furiis , dum ea a pessimo & seditiosissimo quoque invaderetur , ejectumque clerum in Bavaria mea & alibi continere maluit , quam haeresis & rebellionis spectatorem Augustae agere ..., neque satis illi erat pro Dei gloria , pro ecclesia & religione jacturam passum esse bonorum & possessionum, nisi vitam quoque in discrimen adduceret , & sanguinem , qui solus superesse videbatur , instructissimis ecclesiae hostibus subjiceret... Etsi autem gravissimo isto belli tempore oppida & bona episcopatus sui miseris modis dilacerata & afflicta fuerint , ac propter illatam calamitatem multis adhuc annis ad se redire vix queant , studia tamen liberalitatis & munificentiae tam impigre exercuit reverendissimus & illustrissimus cardinalis , ut , unde suppeterent ista omnia , miraretur quidem aliquis , nemo autem esset , qui vel episcopatum , vel paterna cardinalis bona tantis impensis respondere putaret . nam universalis dilingensis studii nova constructio & institutio , amplissima professorum salaria , pauperum scholarium stipendia , aedificia , & collegia his rebus idonea & necessaria , quanti constiterint , quam exhaustum reddiderint auctorem , facile conjecturam facient , qui talium rerum experientia sunt edocti ... Haec novae scholae fundatio , quae tum propter seipsam aeternitatis gloria dignissima est .... tum etiam auctoris pietate ac virtute commendabilis existit , omnibus satisfacere , omnibus placere atque grata esse merito potuit : ipsi autem fundatori non satisfecit soli . florebant ibi studia publica & privata , docebantur discebanturque ingenuae artes magna alacritate. verum , qui nihil magis in votis habebat , quam ut ea , quae docerentur discerenturque , ad omnipotentis Dei laudem ac gloriam simul unice confluerent , utque honestissimis morum praeceptis vitae quaedam sanctimonia egregie responderet , desiderabat in magistris laicis disciplinae rigorem , in discipulis & auditoribus vitae ac morum continentiam. quibus ut mederetur ex aequo , ut tam professores in ordinem redigeret , quam scholarium petulantiam cohiberet , maximis impensis jam erexit Dilingae novum societatis Jesu collegium, hominum sanctissimorum & doctissimorum contubernium , qui formandorum ingeniorum ac morum soli deinceps magistri maneant , solique in caeteros imperium habeant . qua ex re quantum ad ecclesiam catholicam , quantum ad remp. & conservandas in Germania sincerae avitaeque religionis reliquias accedere queat , ipsa sanctitas vestra aestimabit commodissime . ego certe , tam publico ecclesiae , quam meo nomine privatim , tantum mihi polliceor ex isto catholici cleri seminario , ex hac nobilium & ingenuorum adolescentium castissima educatione & informatione , quantum ex omnium aliorum Germaniae episcoporum scholis , studiis , & impensis ; cum inde

rum vobis etiam commendandum putavimus; quem si postulare libuerit, quia civitati ac dioecesi vestrae optime consultum fore judicamus, nobis propterea pergrata fuerit illa postulatio. Deum quidem precamur, ut ipse liberas consultationes sententiasque vestras in archiepiscopali creatione ita regat ac moderetur, ut eum deligatis, quem nos, de incolumitate provinciae vestrae summopere laborantes, libenter confirmare possimus. Datum Romae. Prid. (*d*) id. sept. M. D. LXVII.

XLIX.

inde non eruditi solum, sed & sanctissimis moribus imbuti homines expectentur. quae omnia cum ita se habeant, cum reverendissimus & illustrissimus cardinalis non modo omnes suas & episcopatus facultates his rationibus in usus tam sanctos & utiles optime collocarit, sed etiam temporis iniquitate, belli ac seditionum incommodo, sumptuumque magnitudine obrutas, aes grande alienum conflaverit, unius ac solius certe pontificiae liberalitatis erit auxiliares adhibere manus, tam praeclarissimas virtutes, ne sub pondere concidant & languescant, fovere, tot erga sanctissimam sedem apostolicam in religionem, in remp. merita agnoscere &c. Ejusdem Othonis card. Augustani dignitati testimonium hoc card. Commendonus in litteris ad card. Reomanum die 30. mart. 1566. (hoc est, quattriduo ante quam proximae Alberti, Bavariae ducis, scriberentur) dederat: *Monsignor illustrissimo di Augusta, che arrivò quì* (in Augusta) *a li 28. del presente* (marzo), *mi ha mandato a mostrare una lettera de l'agente suo di costì* (di Roma), *il quale scrive di havere qualche difficultà in ottenere da li ministri di nostro signore la confirmatione de la legatione, che ha ne la città & diocesi sua; & mi ha pregoto a volere scrivere in sua raccomandatione. io, se non tenessi per certo, ch' è molto ben noto a sua santità & a V.S. illustrissima, come il cardinale usi ben queste facultà, & quanto giovi esso a la sede apostolica; ne scriverei più longamente, con pregarla, che volesse conservar la dignità & l'autorità di un prelato tanto principale & utile in questa provincia. hora non le dirò altro, se non che, lasciati da parte i meriti del cardinale, la signoria vostra illustrissima per servitio de la religione sia contenta a far, che gli siano non pur confermati, ma ampliati: perchè le facultà a i buoni non sono mai troppe per servitio di Dio, & a li tristi non sono mai poche per loro iniqui guadagni.*

(*d*) XXI. *oct.* cod. vatic. *Kal. sept.* cod. barber. in quo tamen monitus a librario meo sum praefixum quidem esse quemdam ante *Kal.* diem, sed, propter nescio quam pagellae complicationem, legi non posse. ego, quemadmodum supra dixi, codici tabul. vatic. in hac mensis dieique notatione obsequutus sum.



XLIX.

Pius PP. V. Decano & Capitulo Colonienſi. (a)

Idem argumentum.

INgraveſcit in dies paterna ſollicitudo noſtra de iſto domini grege, proprii paſtoris praeſenti cura deſtituto. licet enim piam ac religioſam prudentiam veſtram, ut antea ad vos ſcripſimus, in iſta deliberatione omnino defixam eſſe confidamus, quomodo ſtudii ac ſuffragii ſui rationem Deo, nobis ac piis omnibus probare poſſit, tamen, qua ſumus in iſtos populos patria charitate, temporum & locorum pericula caute circumſpicientes, alacritati veſtrae paſtoralis etiam vigilantiae ſtimulos addendos duximus. urgete igitur, quam maxime poteſtis, electionem archiepiſcopi, iſti muneri ac tempori congruentem, vel, ſi illa talis exiſtere non poteſt, qualem neceſſitas flagitat, propter aliquod in collegio veſtro vel aetatis vel alterius cujuſvis rei apertum vel etiam ſuſpectum incommodum, adhibete eam poſtulationem, qua & ſuperioris temporis voluntas conſiliumque veſtrum in iſtam rationem comprobetur, & ea opinio in reliquum tempus propagetur, vos in iſta ſuffragatione vobis eum finem tantummodo propoſuiſſe, ut ſimul Dei gloriae & iſtius gregis ſaluti conſulatis. illa enim erit vera libertas, illa dignitas, paſtorem non qualemcunque, & cujus vos poſtea poeniteat, ex conſuetudine domi creare voluiſſe, ſed ex ratione aliunde delectum accerſiſſe; ex quo judicii veſtri laetiores fructus quotidie capiatis. cujus nos laudis & ſalutis veſtrae cupidiſſimi, libertati veſtrae antea proponendum putavimus venerabilem fratrem Othonem cardinalem Auguſtanum, in cujus poſtulatione iſti civitati ac dioeceſi ſatisfactum iri maximopere ſpera-

(a) Haec epiſtola eamdem omnino ſententiam continet, quam proxime ſequens *Haerent*, eodemque die utraque data conſpicitur. hoc unum eſt inter utramque diſcrimen, quod in illa, praeter auguſtanorum epiſcopum, leodienſium etiam ac monaſterienſium antiſtites colonienſi capitulo commendantur, in hac autem eorum antiſtitum commendatio praetermittitur. Omnino in hac re geſtus eſt a Pio V. mos card. Commendono, illud, quod ſupra pag. 314. vidimus, monenti: *Si potrebbe mandare in mano del nuntio Biglia due brevi per il capitola di Colonia. Il primo, che gli eſſortaſſe a la poſtulatione del cardinale d'Auguſta; il ſecondo gli conſortaſſe ad eleggere o almeno a poſtulare perſona atta, & che poteſſe eſſere con buona conſcientia approvata & confermata da ſua beatitudine, & li nominaſſe tutti tre inſieme, prima il cardinal d'Auguſta, & poi li due veſcovi ſopradetti di Liege & di Munſter: & di queſti due brevi il nuntio mandaſſe poi quello, che più piaceſſe a ſua maeſtà.*

ſperabamus. id vero etiam nunc eadem conditione, ſi in integro res eſt, a vobis petimus, ut pium illum & catholicum virum ad iſtud archiepiſcopale officium poſtuletis. quod quoniam Deo gratum, vobis honorificum, populis veſtris perutile, ut diximus, futurum confidimus, id nobis etiam jucundum fore declaramus. ſumma autem & ad vos cohortationis & ad omnipotentem Deum obſecrationis noſtrae eadem illa erit, ut & libera vel electio vel poſtulatio veſtra ea ſit, quam ſumma voluntate noſtra & cum gratiarum actione confirmare debeamus. Romae. v. Kal. oct. M. D. LXVII.

L.

Pius PP. V. Decano & Capitulo Colonienſi.

Idem argumentum.

HAerent paſtoralis noſtrae viſcera charitatis in cura officii veſtri, ac deſiderio ejus archiepiſcopi, qui civitati ac dioeceſi colonienſi, ſalutari iſto praeſidio indigenti, tot undique impendentibus periculis, ſecuram vigilantiam praeſtare poſſit. in quo etſi nobis pollicemur, prudentiam ac pietatem veſtram, noſtris praeſertim ſuperioribus literis incitatam, non defuturam eſſe iſtarum animarum neceſſitati, tamen eandem cohortationem paterno animo noſtro erga vos permittendam duximus, ut graviſſimum iſtud archiepiſcopalis creationis negotium conficere ſtudeatis. in quo ſi muneris veſtri partes implere non poteſtis eligendo (a) (quod in collegio non ſit is, quem archiepiſcopalem perſonam aetate, fidei vitaeque integritate, ac caeteris neceſſariis laudibus tueri poſſe videatis), ut poſtulando & eccleſiae utilitati ac dignitati & communi exiſtimationi conſulere velitis, iterum vos paterne ac vehementer hortamur in domino. &, quia poſtulatio hoc quidem tempore libertati veſtrae maxime & ampla

(a) Hoc dicit: *Si idoneum colonienſis iſtius eccleſiae archiepiſcopum eligere forte non poteſtis, at idoneum ſaltem poſtulate.* Eſt autem inter ejuſmodi *electionem* & *poſtulationem* hoc diſcrimen, quod *electio* ſit unius ex ipſo eligentium coetu, ſive, ut ajunt, gremio, *poſtulatio* autem alicujus extra ipſum coetum. ideo autem *poſtulatio* haec altera dicitur, non *electio*, quod, quum eligentium illorum jus iis dumtaxat perſonis eligendis, quae ſunt ex ipſorum numero, circumſcribatur, ſi aliam extra eum numerum perſonam contingere ſibi antiſtitem velint, non eum ipſi ſibi *eligant* atque conſtituant, ſed ejus eligendi conſtituendique poteſtatem a romano pontifice, cujus in chriſtiani gregis paſtorum electione jus nullis terminis circumſcriptum eſt, *poſtulent*.

ampla & fructuosa fore videtur, nominamus etiam (modo vobis & liceat & libeat) eundem venerabilem fratrem nostrum Othonem cardinalem Augustanum; quo postulando, amplissimum tantae civitati ac dioecesi, summa cum judicii vestri commendatione, ac salutare donum vos allaturos existimamus. Pervenit praeterea ad aures nostras fama religionis ac virtutis duo-
b c rum episcoporum, Leodiensis (*b*) & Monasteriensis (*c*), archiepiscopalis istius ecclesiae vestrae suffraganeorum; quos & ipsos nominandos censuimus, si forte alterutrius postulatione difficillimo ecclesiae vestrae tempori subveniri posset. nos quidem, acerrima sollicitudine affecti ex perniciosis discriminibus, isti populo imminentibus, vim omnem pastoralis ac paternae nostrae & cohortationis & admonitionis effundere cogimur, ut eum nobis confirmandum exhibeatis archiepiscopum, de cujus creatione omnipotenti Deo gratias agere, prudentiam vestram

(*b*) Gherardi Grosbechii: de quo vide epist. *Incboata* d.3.apr.1563.

(*c*) Ioannis ab Hoja: de quo vide epist. *Grata mibi* d.2.maj.1562. & *Cum superioribus* d.6. apr. 1567. Verum neque Truchsesius, neque Grosbechius, neque Hoja, sed Salentinus comes ab Issemburgh coloniensis ecclesiae archiepiscopus a capitulo renunciatus est. neque tamen is a Pio V. sed a Gregorio XIII. anno demum 1573. renunciationis suae confirmationem impetravit: de quo in ejusdem Gregorii XIII. *Annalibus* lib.II. num.IV. memoriae prodita illa sunt: *Quello che fu di maggior importanza, due principali prelati, il conte Salentino d'Issemburgh, arcivescovo di Colonia, e Giovanni, vescovo di Argentina, doppo aver goduto buon pezzo la prelatura senza spedire a Roma le bolle, si risolvettero di chiedere finalmente la confermazione a Gregorio, mostrandosi pronti ad ubbidire in tutto alla sede apostolica. Vero è, che, avendo il conte Salentino a mera istanza di quel capitolo preso quell'amministrazione con animo di rinunziarla alla prima comodità, e riparare la sua stirpe col matrimonio, ottenne da Gregorio la detta confermazione senza obbligo di consecrazione*. Et lib.V. num.XVII. reliqua de eodem archiepiscopo Salentino commemorantur his verbis: *Poco prima della dieta di Ratisbona* (anno 1576.) *il conte Salentino, arcivescovo di Colonia, aveva finalmente risoluto di lasciare quella chiesa, alcuni anni amministrata da lui, benchè contro il suo genio, da buono e religioso pastore: ed a questo effetto incaminatosi alla volta di Roma per dar conto al papa di molti particolari, era già arrivato a Venezia. ma pregato con espresso corriero da Cesare a voler trovarsi di persona alla dieta ... mandò a Roma un suo consigliero: dal quale inteso che ebbe Gregorio le pretensioni dell'arcivescovo, attristossene non poco, pensando al pericolo, che in questa mutazione di prelato quella chiesa veniva a correre... Desideroso perciò di rimuovere il Salentino da cotale deliberazione ... istava il papa, ch'egli almeno facesse ogni sforzo per lasciare alla sua chiesa un buon successore, quale sarebbe Ernesto Bavaro ... Rappresentati questi ed altri fondamenti e discorsi all'arcivescovo, quanto al rivocarlo dal prender moglie, non fecero effetto; quanto ad eleggersi coadjutore, lo condussero senza resistenza nella persona di Ernesto*.

ſtram laudare, colonienſi eccleſiae ex animo gratulari, nobis denique in domino gaudere poſſimus. Romae. v. (d) Kal. oct. M. D. LXVII. d

(d) IV. cod. tabul. vatic. pag. 274.

L I.

Julius Pogianus Alexandro Glorierio. (a) a

Ad juris prudentiam cum ſermonis elegantia conjungendam hortatur. 20. ſept. 1567.

PRaeclaram, Glorieri, aciem ingenii tui! quae non hebeſcit in communi propemodum errore juventutis, nec ſenis (b) cujuſquam auctoritate obtunditur. ſolus enim, vel certe cum paucis, liber a praejudicata opinione multitudinis imperitae, intelligis, juri civili, in quo interpretando, qua aetate caeteri in eo addiſcendo exerceri ſolent, magna cum laude verſatus es, ex latini ſermonis facultate non parum adjumenti ac dignitatis b

(a) Alexandri hujus Glorierii vitae imaginem intulit Janus Nicius Erythraeus in *Pinacothecam tertiam* n. XIV. ex qua haec, ad Pogiani hanc ad eum epiſtolam illuſtrandam valde accommodata, deſcripſi: *Ex iis, qui noſtra memoria ad remp. capeſſendam acceſſerunt, nemo fortaſſe a vitae privatae otioſaeque quaſi portu, majori ſpe ac virtutis opinione, tanquam ſecundis flatibus, impulſus, ad honores vela dedit, quam Alexander Glorierius, Caeſaris Glorierii, multis ſummis pontificibus earum epiſtolarum a ſecretis, quae* Brevia *vocant, filius. etenim locuplete in familia & honeſto genere natus* (atqui Caeſarem patrem matrimonio non legitimo natum narrabat mihi olim, dum viveret, tamquam valde teſtatam rem ſibique plane exploratam, eruditiſſimus Claudius Scipio Guerinius gallus), *quippe qui Joannem Glorierium arcta cognatione attingebat, cui, gallorum regis ſecretario & gallicarum copiarum quaeſtori, Franciſcus Aſulanus divinum illud Guilielmi Budaei opus* de aſſe, *recentibus atque elegantibus a ſe typis impreſſum, dicat, tum ſingulari ingenio a natura, quam fautricem in tribuendis animi virtutibus habuit, inſtructus, optimis atque ſanctiſſimis moribus praeditus, formae dignitate atque praeſtantia nemini ſuae aetatis inferior, praeterea Carolo cardinali Borromaeo, Pii V. pontif. max. ſororis filio, qui tum rerum potiebatur, eximie carus; cujus etiam nomini inſcripta typis mandavit trecenta paradoxa, theoremata, ac poſitiones juris civilis, quas, declarandi cauſa quantum in eo ſtudio profeciſſet, publice tuendas Romae ſuſceperat, tribus diebus continuis adverſus quoſcumque, qui eas oppugnare conatus eſſet: quod haud ſcio an cuiquam alteri in gymnaſio rom. contigerit, praeter ipſum.*

(b) Audacior fortaſſe fuerim, qui ita edi juſſerim. ſed profecto multo deterius eſt, nec certe a Pogiano, quod codex barberinianus (quo in uno haec eſt a me epiſtola reperta) exhibet, nempe, *nec levi cujuſque auctoritate obtunditur.*

accedere. excitavit nimirum rei ſpecies ac decus ſui amorem,
c amor ſtudium induſtriamque commovit. in quo equidem (c)
d bonitatem naturae tuae admiror interdum, cujus (d) aures
e cum illa barbarie vocum inconditarum tamdiu perſonuerint (e),
tamen vix tibi oſtenſum verborum vel ſententiarum lumen mira celeritate arripias, neque ſolum politae orationis vim cognoſcas, ſed eam uſu atque imitatione exprimas. quo magis
f etiam, pro ea, quae mihi cum patre tuo (f), claro in primis & ornato viro, eſt amicitia, proque meo ſtudio erga te, tali patre digniſſimum filium, vel tua ſponte ſatis ad hanc laudem incitatum, cohortandum putavi, ut bona tua noris, & iſtis tanquam eloquentiae igniculis quaſi quoddam pabulum, quo ali & augeri poſſint, latine ſcribendi exercitationem adhibeas. ſtilum
g enim ſi verſaris (g), brevi is erit ſplendor orationis tuae, quo etiam nova iſta veſtra, quibus nihil eſſe infantius & ineptius ne tu quidem ignoras, confirmari & illuſtrari poſſe videantur. tum vero mihi jureconſultus eris, tam gravi dignus nomine, cum prudentiam cum loquendi commoditate conjunxeris. quod cum veteres illi legum antiſtites egregie praeſtiterint, quis jam turbidos iſtos & inquinatos rivulos ab illis fontibus fluxiſſe exiſtimet?

(c) *egi* cod. barber. Volebam; quo propius a ſcriptura recederem, *ego* reponere: ſed malui *equidem*, quod voluit fortaſſe ſcripſitque Pogianus. Ac fieri certe poteſt, ut in barberinianae bibliothecae caeterarumque codicibus (diſerte enim profitendum hoc mihi ac ſemel teſtandum eſt), quorum variantes lectiones afferre ſolitus ſum, aliud aliquando quiddam legatur, quam quod in aliquo eorum loco legi, affirmarim. verum ego eos codices cum appello, non tam ea ipſa illa exempla dico, quae in hujuſmodi bibliothecis adſervantur, quam ea, quae ex ipſis illis exemplis mihi a peritis ac diligentibus librariis deſcribenda curavi. non enim aut in ipſis bibliothecis haec ſcripſimus, aut, quoties de aliquo loco dubitavimus, toties ad eas, cognoſcendae rei cauſa, adivimus, praeſertim valde occupati, ac praeterea non raro experti, frequentes ad eas ipſas aditus multis & temporum & hominum difficultatibus atque offenſionibus impediri. itaque, ſi quando in exſcribendo librarii mei forte peccarunt, egoque illis, tamquam certis ſcriptorum in iis codicibus locorum teſtibus, credidi, non equidem voluiſſe mentiri credendus ſum, cum illud, quod mihi ab illis renunciatum eſſet, affirmavi, ſed mendacibus, quos veraces cur non crederem cauſa nulla erat, nulla mea culpa crediditſſe.

(d) Recta periodi hujus compoſitio atque conſtructio poſtulare neſcio quid aliud videtur, quale hoc eſt, *cum tu, cujus aures illa barbarie vocum inconditarum tamdiu perſonuerint, tamen &c.*

(e) *perſonaverint* exempl. Emendavi. nam, quamquam a *ſonare* recte & *ſonaturus* & *ſonandus* fluat, tamen a *ſonavi* pro *ſonui* boni latinitatis auctores perpetuo abſtinuerunt.

(f) Caeſare Glorierio.

(g) Hoc eſt, tractaveris ac frequenter adhibueris. eſt enim *ſtilus*, ut ait Cicero de orat. lib. I. c. 150. *optimus dicendi effector & magiſter*.

met? dicerem, quantam & ad gratiam & ad honores consequendos vim haberet ea conjunctio, nisi essent in oculis, qui, jacente reliqua, & ea maxima, turba jurisperitorum, his ornamentis adjuti & commendati ad summam amplitudinem ascenderunt. quod si Romae, ubi tantus est usus cautionum praescriptionumque (*b*) vestrarum, qui principum amicitia & familiaritate floreat, paene reperias neminem, nisi qui molestiam tristitiamque istius rationis politiori humanitate condierit, quid censes in extremis locis, ubi ne gravioribus quidem fere honos habetur artibus, nisi concinnitas accesserit orationis? de quibus te rationibus jam aliquid cogitare, ad multa pertinebit (*i*). quorum verborum, quae vis (*k*) sit, ex meo superiorum dierum sermone, puto, meministi. ne id quidem praetermitterem (*l*), qui sit ex eo jucunditatis fructus, cum aliquid, latine scriptum, pulchre

b i k l

(*b*) *perscriptionum* exempl. Emendavi. *Praescriptio*, inquit, Guil. Budaeus, *exceptio, & translatio unum & idem in re forensi significant .... Quintilianus lib. 7. de quaestione actionis loquens: „ Cum ex praescriptione lex pendet, de ipsa re quaeri non est necesse, ignominioso patri filius praescribit. de eo solo judicatio est, an liceat „. Actionis quoestionem eo loco, & praescriptionis litem Quintilianus vocat, quam lib. 3. cap. 6. 51. translationem vocaverat. Jurisconsulti in pandectis promiscue excipiendi verbo & praescribendi usi sunt: licet praescriptionis vocabulum apud recentiores legum interpretes, & apud juris pontificii conditores ad praescriptionis exceptionisque temporis significationem coarctatum sit & praefinitum.*

(*i*) Hoc videtur Pogianus significare voluisse, Glorierium de egregia latini sermonis atque elegantiae facultate assequenda, quae magno in pretio apud exteras nationes esset, laborare debere, ut, cum olim ad eas, aliqua pontificum rom. legatione ornatus, profectus fuerit, insigne sibi decus comparare, & honores, qui ejusmodi legationes consequi solent, celerius assequi possit. Tantam autem Glorierii adolescentia spem sui vulgo Romae exspectationemque commoverat, eamque illi ad summa quaeque reip. munia amplissimosque honores viam Caesar pater, tum gratia, qua plurimum valebat, tum opibus, quibus abundabat, straverat atque munierat, ut nihil in omni publicorum munerum honorumque ratione tantum esset, quod non illum homines, cum aetate processisset, consequuturum esse, arbitrarentur. *His igitur adolescens*, inquit Erythraeus, *tot ingenii praesidiis fortunaeque munitus, tot liberalibus disciplinis a parente, qui ipse quoque literas amabat, instructus, omnium in se oculos atque ora converterat. atque initium magistratuum gerendorum fecit ab eorum loco ac numero, quos, a supplicibus libellis referendis, Referendarios vocant. hic enim primus ad remp. adeuntibus aditus est .... At parens, qui gnatum haberet tali ingenio praeditum, quique de eo audiret omnes uno ore bona omnia dicere, hac fama impulsus, cum afflueret opibus ac divitiis, comparavit illi unum inter clericos camerae locum, unde facilis est atque expeditus ad majores honores ascensus .... Quo igitur amplior atque expeditior filio aditus ad honores pateret, aliud secretarii apostolici munus obtinuit &c.*

(*k*) *jussit ex &c.* exempl.

(*l*) *praetermittere* id.

pulchre nobis proceſſerit, niſi elaborantem te nonnunquam, ut
m in Cicerone oratoriam aliquam virtutem imitarere (m), quum res ex ſententia ſucceſſiſſet, laetitia elatum vidiſſem. agnoſcit enim bene informatus animus liberaliſſimam voluptatem, eaque fruitur incredibiliter. ſed tibi magis eo etiam colendum eſt hoc eloquentiae ſtudium, quod ſuſtines magnam expectationem
n paterni inſtituti ac muneris; qui (n) cum magnis illuſtribuſque laboribus vobis ad honores viam munierit, te profecto in eo curſu, praeſertim iſto pudore, iſta morum ſuavitate, iſta religione adoleſcentem, latine ſcribendi facultas multum adjuvabit:
o de cujus (o) ſtudii ratione & via, quia & coram jam collocuti
p ſumus, & poſthac, Deo approbante, colloquemur (p), tantum te illud monebo, ne ullum diem ſine ſcriptione patiaris effluere. quod ſi vel negotia vel homines interpellarint, tu tamen
q ſubciſivas (q) operas tibi aſſumes. niſi enim, in hac vita & in his
r romanis occupationibus, illo ſubſidio (r) uſus fueris, vereor ecquid unquam habiturus ſis ſepoſiti temporis ad obſequen-
ſ dum animo & cupiditati tuae. Vale (ſ). Romae. IV. id. ſept. M. D. LXVII.

(m) *imitare, quae res &c.* id.

(n) Glorierius pater ſignificatur, qui pontificiarum epiſtolarum ſcriptor atque artifex praeſtantiſſimus habebatur, & erat. Provocabulum autem hoc *qui* ad nomen *patris*, quod in praecedente voce *paterni* quodammodo continetur, referendum eſt. Simili ellipſi uſus eſt Cicero lib. XIV. epiſt. V. ad Terentiam: *De hereditate*, inquit, *Preciana, quae quidem mihi magno dolori eſt (valde enim illum amavi) &c.* Quo *illum* referimus? ad *Precium* nempe, qui in *Preciana* latenter ineſt.

(o) *qua ſtudiis ratione &c.* exempl.

(p) Ex hoc loco, itemque ex altero illo, qui praeceſſit, *ex meo ſuperiorum dierum ſermone*, poſſumus ſuſpicari, haec ad Glorierium, non abſentem, ſed Romae commorantem, a Pogiano fuiſſe ſcripta: ut his litteris codicilli potius, quam epiſtolae nomen tribuendum ſit.

(q) Et *ſubciſivas*, & *ſucciſivas* (a *ſub* & *caedo* derivato nomine), & *ſubſecivas*, & *ſubſicivas* (a *ſub* & *ſeco*) *operas* aeque uſitate dicimus: eae autem operae ita appellantur, quas, e conſuetis quotidianae vitae occupationibus noſtris ereptas, in alia quapiam re per temporum intervalla collocamus.

(r) Subciſivarum nempe operarum.

(ſ) Non ingratum fore lectoribus puto, ſi hujus adoleſcentis, de cujus vel ampliſſimis honoribus ſummaque felicitate tantam ſpem Pogianus atque adeo univerſa civitas romana conceperat, variam deinde in reliqua vita fortunam, vitae denique triſtem ac miſerandum exitum ex eodem Erythraeo ſubjecero: *Jam grallatoriis, ut inquit ille, paſſibus ad ſummam amplitudinem properabat; nec tam illa dignus videbatur, quia haberet multum quod perderet, quam quod vera ad illam via, hoc eſt virtutibus, graſſaretur. cum fortuna ſaevire ac miſcere omnia coepit. Erat in eo tenax juſti rectique propoſitum; vigebant etiam ſtudia aequi bonique: contra quae ſi quis vir princeps niteretur, excludebat ejus cupiditates, neque*

neque quemquam patiebatur plus jure ac legibus posse .... Cum, die quodam, clericorum camerae apostolicae senatus de rebus gravibus coisset, atque adesset una Philippus Guastavillanus, S. R. E. cardinalis & camerarius, Gregorii XIII. sororis filius, actum est in eo conventu de quibusdam fructibus, quos camerarius sibi asserebat, sed revera ad collegium clericorum pertinebant. cumque ceteri, quorum ea res erat, tacerent, solus Alexander suam ac suorum collegarum defensionem acri ac vehementi oratione suscepit .... Coetu igitur illo, quem diximus, dimisso, ille, qui se laesum putaverat, iracundia, supra quam dici potest, elatus, avunculum adiit: rem secus, quam gesta fuerat, narrat, pontificem, ceteroqui sanctissimum, in Alexandrum & in totam ejus domum incendit, inflammat, incitat. quo facto palam elato, cuncti, tum ut a Guastavillano gratiam inirent, tum ut Alexandrum ejusdemque domus florentem fortunam everterent, ad eum opprimendum consenserunt. ac primum pontifex Caesarem, Glorierii patrem, brevium conficiendorum munere ac loco, quantum potest, ejecit ... tum Alexandro camerae clericatum ademit, atque alteri concessit, deinde secretariatus apostolici munus, quo illi ejus recuperandi spes omnis adimeretur, ereptum, collegio secretariorum addixit ... praeterea bona eorum omnia, quae inveniri poterant, hastae subjicienda, eorumque pretia ad aerarium referenda curavit. quid multis moror? beatus erat, qui aliquid excogitasset, quo illi fama, vita ac fortunis everterentur ... Gregorio igitur intra paucos menses, quum haec gesta erant, e vivis erepto, ac Felice Peretto cardinale a Montealto, Sixti V. nomine, in ejus locum subrogato, Romam redierunt, petieruntque supplicibus ab eo libellis, ut causam ipsorum susciperet, eamque aequioribus judicibus, qui nullius neque auctoritate neque gratia neque potentia moverentur, cognoscendam traderet: qui, aequitate postulati permotus, totius cognitionem causae auditoribus rotae romanae permisit. at illi continuo, non varie, sed cunctis sententiis judicarunt, iniquo judicio fuisse illos oppressos, ac propterea in veterem fortunae ac dignitatis locum restituendos esse... Sixtus igitur de sententia judicum restituit illis omnia ... Ea igitur, quam diximus, calamitate perfunctus (Alexander) *rursus ad ingenium rediit, ac novis se implicuit aerumnis ... Praefecturam annonae administrabat, quae ne urbi Romae deesset, Farnesiis principibus est conatus obsistere, ne frumentum, quod in suis agris exarassent, externis mercatoribus venderent, qui illud extra ditionis ecclesiasticae fines asportarent. quod principes illi cum apud Clementem VIII. quererentur, qui jam affinitatem cum illis meditabatur, ac sibi injuriam fieri dicerent, quoniam id ipsis ex summorum pontificum privilegiis licitum esset, Clemens Alexandrum, ad se vocatum, graviter verbis accepit, admonuitque, ut conatu desisteret, nisi vim suam experiri vellet. quibus ille auditis, animum despondit, eaque aegritudine non ita multis post mensibus an diebus? repentina morte decessit.*



LII.

L I I.

Julius Pogianus Octaviano Ferrar. .

23. sept. 1567. *Respondet Ferrarii epistolae, quam habes supra pag. 276.*

QUOD praeclare ceciderit, prudentiae ne id mihi, an felicitati tribuatur, non laboro. equidem, quod aliud agens amicum medicum aperui (*a*), ea re valde delector. quod si tum praeter propositum meum fuit, nunc valde est ex voluntate. qui enim tuus est in me amor, quasi domestico (*b*), si opus fuerit, curationem praescribes. non negabis, puto, in corpore, quod in animo tuendo praestare voluisti. adhuc enim te ista per jocum magis dissimulasse, quam ex animo negasse arbitror. nam quo illa pertinent de vicissitudine humanarum rerum in prima epistola (*c*), de varietate animorum ex fortunae commutatione, quae & fluctuum & saxi similitudine ornasti? rationis atque doctrinae est illa medicina, ut (*d*) valeat ad curandum communiter hominem, si minus proprie ad sanandum animum meum. quae cum non satis apte dolori meo adhiberi sentirem, rem indicavi. quare tu alteris literis (*e*), tanquam velificatione quadam, ita commutata praeceptione, affirmas, non dolere me; ut non tam sensui meo credendum sit, quam rationi tuae. tertia (*f*) nunc in eandem sententiam accessit epistola; nihil ut profecerim proximis meis literis (*g*), quibus

(*a*) Ferrarius in illa sua ad Pogianum epistola ita scripserat: *Non ego philosophiam tantum excolui: etiam medicinae scientiam amavi adolescens; in qua quid profecerim, tacitus praeteribo. dicam illud, me nondum etiam poenitere vigiliarum.* Medicinam callere Ferrarium, Pogianus ante nesciebat. nunc ait, valde gaudere se, quod, amicum medicum esse, cognorit, a quo, si opus fuerit, curari amanter possit. *Aperire* autem pro *nunc primum cognoscere*, sive *deprehendere*, usurpavit, an satis ex veterum latinorum consuetudine, nescio. usurpavit tamen & in epistola *Etsi non dubito*, ad anonymum data, quam in primum volumen conjecimus. ait enim: *Malui tamen inscripto vituperari a te infantiam meam, quam in silentio amorem requiri. neque enim si tardum, si in scribendo rudem aperueris, officiosum propterea, & in obsequendo facilem non amabis.*

(*b*) Atqui Ferrarius in illa eadem epistola ita scripserat: *Nec me ipsum nec ex domesticis alium quenquam, si quando iis morbus inciderit, curo.*

(*c*) Ferrarii eam epistolam habes supra pag. 116. Proxime in cod. barber. pro *negasse* fuit *texisse*.

(*d*) *ut* pro *licet*, *etiamsi* &c.

(*e*) Quarum initium est *Ineptiam mihi* pag. 163.

(*f*) Incipit *Epistolam tuam* pag. 276.

(*g*) Earum initium fuit *Moram scribendi* pag. 270.

quibus me totum tibi patefeci. haeres enim in eadem illa expectatione praemiorum, quae mihi paene illo ipſo tempore periit, quo nata eſt haec materia moleſtiarum: & tamen iſta nuce (*b*) frangenda, ſpe nuclei neſcio cujus, me in ſocietatem an b
in invidiam trahis? age, Ferrari: ſequor; ducito, quo libet. ego tali amico, aeſtuanti praeſertim non vulgaris victoriae deſiderio, deeſſe non debeo. ſed idem tu, ſi mihi aequus eſſe vis, fatere jam, quod modo inficiabare (*i*), te eidem mihi mederi i
voluiſſe. ſin durior eſſe voles, tua te haec prodet epiſtola (*k*), k
qua me hortaris ad veri ſtudium, id eſt, ut ego interpretor, ad colendam veritatem: quo nihil mihi ſalutarius eſſe poteſt. at id minus antea tibi ſucceſſit; ne nunc quidem, opinor; & certe non contigit. quid enim tu me hortere ad id, quod mihi natura ingeneravit, ratio confirmavit, cumulavit conſuetudo? quare etiam ſaepiſſime in odium veni iis, per quos, ſi non dicam interdum connivere, ſed ſi tacere voluiſſem, paratior eſſem ab iis rebus, quarum cauſa putas, me minus gravate haec, quae nimis putide commemorantur (*l*), ſubire quotidie. ſed ni- l
hil tanti eſt, quo me ipſe retexam. hoc tibi, quia verum eſt, perſuaderi cupio; ut perſuadeam, non elaborabo. nec vero quicquam de judicio de te meo propterea detrahitur, quod curatio non proceſſerit. agnoſco in imperatoris, in gubernatoris arte, in toto illo genere partes etiam officii veſtri; maxime vero in amore tuo conquieſco. Qua autem bona re vereris ne careas (*m*), tametſi ea & utor & fruor aſſidue, non tamen in m
eo prudentiam tuam deſiderabo; quod nec mores mei ferunt, nec tua in me humanitas poſtulat. ne communibus quidem locis tecum agam, quorum eſſet aliquis uſus in hac inſtituta ſcribendi ratione; immovero memor amicitiae, oblitus aculeorum,

 jam

(*b*) Ferrarii verba in ſua illa epiſtola haec fuerant: *Ii enim ſumus ambo, ut vides, quibus frangenda nux eſt, nucleum eſſe volentibus.*

(*i*) Ferrarius ita ſcripſerat: *Quo etiam magis mirandum videtur, qui curare neminem ultro conſuerim, invocatum curationem tui ſuſcipere voluiſſe ... At id quidem, quod ſciam, nunquam equidem feci.*

(*k*) Significat epiſtolam *Ineptiam mihi* pag.163. in qua illa ſunt pag.164. *Pogianum tamen, amores meos, non deſinam orare atque obteſtari, primum ut res commentitias vitet, deinde verus malit, quam vanus videri, nec flagitii tantum admittat ſciens, ut vitae candorem innocentis, in qua eſt puriſſimus, maculis infuſcet mendaciorum.*

(*l*) *commorantur* exempl. Emendavi.

(*m*) Haec Ferrarii epiſtolae verba fuerant: *Hortatus ſum ad veri ſtudium. in eo ſive nunc primum es, ſive tu ſemper fuiſti, eſt, quod gaudeam: ſi non es, & abes longius, eſt, cur doleam, quia bona re careas.*

n jam nunc absens illum tibi reddo risum, quem optas (n): sed
o p statim remitto (o). ecce (p) enim literae, quibus alieno nomine
q persolvendum est. harum (q) cum in singulas horas expectatio-
ne torqueor, tum hoc tempore interpellatione disrumpor. ergo
r ignosce tempori; & Cargam (r) jube pudorem illum dimitte-
s t re (s); ne quis forte (t) non tam alienam illiberalitatem, quam
u ejus verecundiam, ne dicam inertiam, possit accusare (u). Len-
x y tulorum magna copia est (x). Nazianzeni haec (y) pervulgata
sunt

(n) *Tune omnia*, scripserat Ferrarius, *si voles, effundam, sed cum eo, ut, quicquid ipse dicam, seu recte seu secus, tu vultu illo familiari tuo arridem* (fort. *arrideas*) *non timide* (fort. *tumide*) *reclames*.

(o) *Remittere statim se risum* atque deponere ideo dicit, quod haec ipsa cum ad Ferrarium scriberet, allatae forte quaedam litterae fuissent, quibus, sive cardinalis Bonelli, sive cardinalium, concilii tridentini interpretum, nomine, respondendum pro suo munere esset.

(p) Cicero *ad Atticum* lib. II. ep. 15. *Cum haec maxime scriberem, ecce tibi Sebosus*.

(q) Ejusmodi nempe litterarum, alieno nomine atque arbitratu, nulla suorum negociorum ratione habita, scribendarum.

(r) De Joanne Carga vide epist. *Moram* d. 16. aug. 1567. pag. 270.

(s) De Carga ita Ferrarius scripserat: *Verum Carga, ut nosti, nimis est pudens*.

(t) *fortasse* exempl. Emendavi.

(u) Ferrarius in eadem illa epistola, *Carga*, inquit, *dimitti postulavit .... Ducentis aureis, ut adhuc est, promissis, non adnumeratis, coactus est manere*.

(x) Dolet Cargae vicem, qui promissos ac debitos nummos nondum extorquere potuerat: aitque, homines e Lentulorum gente ubique admodum, frequentes inveniri. quo joco consuetudinem multorum carpit, qui mercedem ac debita praemia bene de se meritis ad diem non persolvunt.

(y) Scripserat ita Ferrarius: *Superioribus diebus librum ego nactus sum, sane veterem, in quo Nazianzeni scriptae orationes continentur, partim editae, partim necdum etiam typis divulgatae ... Orationum indicem his literis adjeci, si quid ea res ad usum tuum forsitan pertineret*. Ait Pogianus, non modo haec Nazianzeni, verum etiam alia, his quoque uberiora, Romae esse pervulgata. *Pervulgata* autem *Romae* non idem valere heic existimo, ac *romanis typis edita* seu *divulgata*. nam romanae Nazianzeni editiones ejusmodi, haud scio, an Pogiani aetate ullae invenirentur. nullas certe Remigius Cieillierius, omnium, quae ab initio artis typographicae ad annum Chr. N. 1738. curatae usquam sunt, diligens enarrator, in suo opere *Hist. gener. auct. sacr. & eccles.* romanas Nazianzeni editiones commemorat. *pervulgata* igitur *Romae* ea Pogianum dixisse credo, quae tum, non edita illa quidem romanis typis, verumtamen manuscripta, passim in romanis bibliothecis occurrerent. Atqui aetate hac nostra, nullius e graecis vetustis illis ac sanctis patribus rariora operum mss. exempla Romae, quam Gregorii Nazianzeni, reperiri, narravit mihi Petrus Lazerus, collegii hujus romani bibliothecarius, idemque auctor in omni eruditionis ac doctrinae genere gravissimus. cujus ego tantae raritatis cum causam mecum ipse aliquando quaererem, hanc, fortasse verissimam, reperiebam, quod, qui Romae olim plurimi erant Nazianzeni operum mss. codi-

ſunt Romae, & his etiam uberiora : de quibus tamen tibi
Tt 2 gratias

codices, ii magnam partem miſſi ſint extra urbem. quo autem miſſi? Pariſios. ad quem? ad Jacobum Billium. cujus rei cauſa? latinae interpretationis atque editionis, quam ille adornabat. a quo? a cardinale Sirleto. Quae ego omnia accepi ac didici a Gilberto Genebrardo ac Jacobo Chatardo Th. DD. in litteris, quas ad Gregorium XIII. dederunt, & Nazianzeni operibus, Pariſiis una cum latina Billii interpretatione apud Nicolaum Cheſneaum an.1583. editis, inſcripſerunt; quarum hanc particulam exhibeo: *Inter quos* (cardinales) *illuſtriſſimus ille card. Sirletus primas tenet partes. nam interpretem* (Billium), *dum viveret* (idem Billius), *non modo amiciſſime coluit, verum etiam conſilio, ſententia, recondita ſua eruditione, omni denique, qua potuit, re ac ſtudio juvit, miſſis etiam ex urbe exemplaribus graecis, penes nos etiam depoſitis; quibus vel corrupti loci emendarentur, vel obſcuri illuminarentur, vel opus ipſum novorum commentariorum, orationum, epiſtolarum, carminum, numquam antea editorum, acceſſione valde locupletaretur*. Pariſios *miſſa* a Sirleto ad Billium *graeca* Nazianzeni *exemplaria*, atque ibi *depoſita*, ſcimus: remiſſa inde Romam, atque ei, qui miſerat, reddita neſcimus. Neque vero neceſſe eſt, in ejuſmodi librorum, qui commodati praeſertim longe abſentibus ſint, diuque retenti, jacturis, cujuſquam fidem in dubium ac ſuſpicionem vocari. negligentia primum quaedam, ac mox obrepens oblivio, tum furta, incendia, naufragia, hominum denique conſciorum interitus omnem ejus rei culpam ferme ſuſtinent. Ac mihi ſane jucundum fuit, vaticanum codicem 6189. pervolutanti, incidere p.152. in quaſdam Leonis X. litteras, manu, ut puto, Petri Bembi ſcriptas, & *Johanni Ruffo, archiepiſcopo Conſentino, nuntio apoſtolico in Hiſpania*, inſcriptas; ex quibus, quam tum diligenter miſſorum extra urbem mss. codicum reſtitutio curaretur, intelligitur. eae ſunt hujuſmodi;

„ Leo X.

„ Cum valde cupiamus, libros
„ palatinae bibliothecae, qui paulo
„ diutius inde abfuerunt, in eam re-
„ ferri, audiamuſque, duo graeca vo-
„ lumina ſacrae bibliae, olim commo-
„ data bonae memoriae Franciſci (*Xi-*
„ *menii*) tituli S. Balbinae (*erravit*
„ *Ciacconius, qui titulum* S. Sabinae
„ *Ximenio tribuit*) cardinali toleta-
„ no poſt ejus obitum (*die 8. nov.*
„ *an.1517.*) abs te recepta, penes te
„ eſſe, ſicut te in hac re fidei ac di-
„ ligentiae laudamus, ita & fraterni-
„ tatem tuam hortamur, ac tenore
„ praeſentium tibi injungimus, ut ea
„ remittas per certos ac fideles lato-
„ res, quos Romam venientes idoneos
„ judicaris, quibus tale negocium com-
„ mittatur, repetitis literis palatino
„ bibliothecario, bibliothecaeve no-
„ ſtrae cuſtodibus ſignificans, a quo
„ homine libros accepturi ſint, ne qua
„ in iis exigendis fiat mora. qua in re
„ valde te nobis gratificaturum ſcito.
„ Bene vale. Romae. VII. januarii 1519.
„ anno ſexto.

Caeterum, ex hoc Pogiani epiſtolae loco, cogitaſſe eum aliquid de Nazianzeni ſcriptis, in latinum convertendis, poſſumus ſuſpicari; de qua re dixi in adnotatione quadam mea ad Gratiani nuncupatoriam epiſtolam, huic operi praefixam, pag. LXIV. De hominis opera in latina interpretatione libri S. Joannis Chryſoſtomi περ. παρθενίας item dixi in Vol. III. pag.24. & ſeqq. In Theodoreto quid aggreſſus fuerit, quantumque proceſſerit, docet ipſe in epiſtola, ad card. Scripandum die 9. maj. an.1562. Roma Tridentum data, quae autographa in inſigni S.Joannis ad

Car-

Carbonariam bibliotheca Neapoli adservatur, unde hoc mihi apographum transmissum cum eruditis communicandum putavi:

All' illustrissimo & reverendissimo monsignor, il cardinale Seripando, legato del concilio, signor & padron mio colendissimo.

Illustrissimo & reverendiss. monsignor mio colendissimo.

Quanto fu il dispiacer mio, che fu grandissimo, di non potere indur il N.N. (vide Vol. III. pag. 33. & 34.) *a sopportare quell'eccellenza della verginità sopra l'altre virtù, & d'essere costretto a porre quell'altro concetto così lontano, & pocho conveniente, tanto è stato il piacere, che ho preso del parere di V.S. illustrissima, il cui gluditio più stimo di qua'sivoglia altro. & perchè il libro si ristampa in Dilingo per levare certe inadvertentie corse quì alla stampa, oltra alle notate, & anche per emendare un luogo nel capo* XVII. *dove era un nisi, che faceva un pocho di dubbio, essendosi trovato un altro testo, che ha solo il si, che fa senso più chiaro, pensai similmente di riporre quel concetto di prima nell'epistola: & di già sette o otto giorni, prima che io havessi la lettera di V.S. illustrissima, l'havevo mandato alla stampa corretto in quel primo modo, mosso principalmente da quella outorità di Leone primo nella quinta oratione della passione, che dice così:* & quia nihil est in omnium virtutum dignitate praestantius, quam pietas misericordiae, & puritas castitatis, his nos praesidiis specialius instruamus, ut charitatis opere, & nitore pudicitiae tanquam duabus elevati alis, de terrenis mereamur esse caelestes. *Ho trovato altre auttorità assai, le quali intese realmente, come V.S. illustrissima l'intende, levano il dubbio a quel concetto. V.S. illustrissimo vorrebbe sapere di Theodoreto sopra i salmi come sta la cosa. E' vero, che il libro è stato dato a voltore a me, ma contro il voler mio; perchè conoscó, che quella opera harebbe bisogno di maggior huomo, & di mancho occupato, ch'io non sono. però non sò come il fatto passarà. Non posso già lassare i servitij del padrone* (cardinale Augustano) *per attendere a quell'impresa, perchè non è honesto, havendo da lui qualche commodità del vivere, & di là speranza solamente. pure, quando harò tempo, farò quello potrò molto volontieri a gloria di Dio, & a utilità publico. Credo insino adesso d'haverne fatti* XVII. *salmi, & il proemio dell'auttore. Dio benedetto voglia, che le cose di questa stampa faccino tuttavia miglior progresso. il nostro messer Paolo* (Manutio) *sta molta malinconico, nè credo, che gli riescbino molto le speranze romane, se pur v' haveva posto fondamento. Il cardinal mio padrone saluta V.S. illustrissima & l'ama, & ammira, & osserva singolarmente; & io pregando Dio, che la conservi sana & lieta, humilissimamente le bascio le mani. Di Roma. alli* IX. *di Maggio* 1562.

Di V.S. illustriss. & reverendiss.
Humilissimo servitore
Giulio Poggiano.

Sed & Seripandi epistolam, cui Pogianus iis ipsis litteris, quas modo attulimus, respondit, ex ejus exemplo, in eadem illa S. Joannis neapolitana bibliotheca adservato, diligenter descriptam, juvat, theologis hominibus valde placituram, afferre.

Magnifico & reverendo messer Giulio.

Il libro, che mi havete mandato, del quale m'havea scritto (vide Vol. III. pag. 24.) *molto avante monsignor illustrissimo Amulio, mio signore, a me è stato gratissimo, & per l'autore & per l'interprete, & per la materia. ma quanto a quel dubio, nel quale ricercate il parer mio, ancorchè io non possa darlo, com'io vorrei, per non saper le cagioni, per le quali il primo modo de dire vi sia stato pericoloso, nientedimeno, come indovinando, non lascierò de dirvi, quanto m'è sovenuto. certa cosa è, che chi volesse disputare, come*

gratias ago. Alciatum cardinalem, Manutium item & Pantagathum

come disputano alcuni theologi, che fanno comparatione tra la verginità & altre virtù, non si doverebbe anteporre la verginità a tutte l'altre: perchè la fede, la speranza, la carità, la religione, il martirio da buoni & santi dottori, che di ciò disputano, sono anteposte alla verginità. ma chi non entra in questa comparatione per modo di disputa, ma fa com'un encomio della verginità, credo, che potrebbe usare quel modo di parlare, che voi havete repudiato: perchè tanto ne i dottori santi antichi, quanto ne gli altri, che hanno saputo rethorica, questi eccessi si trovano spesse volte, & in cose di maggior importantia. & massimamente il modo usato da voi a me sarebbe piaciuto, perchè accompagnate con la verginità la fede & la carità, nelle quali consiste la religione christiana, come dice santo augustino, & ancor la verginità di quelle vergini, che possedeno questa virtù non sol nel corpo, ma ancor nel spirito, delle quali, se non m'inganno, dice sopra un certo salmo santo Augustino: Quae est virginitas mentis? integra fides, sincera charitas, solida spes. *&, quanto tocca al martirio, essendo atto di carità fortissimo, non viene escluso da quella verginità, che voi laudate. Vengo hora a quel modo di parlare, che in luogo di questo vi è piaciuto porre, & vi dico ingenuamente, ch' io non l'intendo: perchè, volendo voi anteporre la verginità a tutte le cose humane, se per* le cose humane *intendete nobiltà, ricchezze, & quelle, che per disprezzo si chiamano beni di fortuna, voi non laudate niente la verginità: ma, se intendete le virtù, che humanamente s'acquistano, &, come dicono i peripatetici, nascono da gli atti frequentati, che gran cosa dite, anteponendo la verginità, accompagnata con la fede & la carità, che è duono de Dio singularissimo, a questa sorta de virtù tanto bassa, che santo Augustino dice, che chi la pesasse col suo peso, dovrebbono più presto chiamarsi vitij, che virtù? & di questo basta. Ancorchè io non habbi nissun hora, che sia veramente mia, nientedimeno, se pure me ne verrà alcuna, tutta la spenderò in leggere questo bel trattato, interpretato da voi. & vorrei sapere de i salmi di Theodoreto, de i quali monsignor mio Amulio mi fece qualche promessa alli giorni passati, che speranza posso havere; ne i quali credo si faranno più avvertimenti da chi ha questo pensiero, che non si sono fatti in questo trattato: & certo la malignità de' tempi così ricerca. piaccia a N. S. Dio, che siamo tutti tanto accorti, & in scrivere, & in emendare le cose d'altri, quanto i tempi ricercano, & che lo sappiamo fare con le regole convenienti. Il primo libro, che mandò fuori il nostro messer Paulo* (Manutio. vide vol. I. p. 273.) *mi piacque tutto, e massime quelle laudi, ch'egli diede nella sua epistola alla beata mem. di Polo. questo secondo mi ha dupplicato il piacere, che hebbi del primo, per quel che scrivete voi nella vostra epistola di Polo & di Marcello, anime beate & grandi. Pigliate pensiero, vi priego, di tenermi nella buona gratia del vostro & mio illustrissimo padrone, al qual vi piaccia in nome mio far umil riverenza. & con questo siate contento ancor voi a perseverare in amarme. Da Trento. 19. d'aprile 1562.*

Al piacer di V. S.
Dispostissimo
Il card. Seripando.

In Nazianzeni, itemque in Basilii, quibusdam convertendis Petrum quoque Galesinium per haec ipsa tempora laborasse, documento sunt binae ejusdem ad card. Sirletum litterae, quas ex eodem illo vaticano codice, unde Leonis illas depromsi, profero.

I. Pag. 290.

Illustrissimo & reverendissimo monsignore padrone mio colendissimo.

So molto bene, quanto V. S. illustrissima & reverendissima sia occupata: ma però la bontà sua mi ha dato animo, ch'io non ho dubitato impedirla con questa mia lettera, & sopplicarla d'ajuto in un'opra buona & santa. attendo, come lei sa, a fare un S. Basilio & Nazianzeno, che siano latini di muodo, come veramente sono greci. sed ad hanc rem, quam paro, opus est mihi consilio & auxilio amplitudinis tuae. harei da conferirgli molti luoghi: ma mi riservo a tempo, ch'io possa farlo in presenza. solo hora la supplico sia contenta farmi sapere, se nella libraria vaticana è il commentario greco di S. Basilio sopra Esaia, & se vi è tutto; &, per rispondere a Erasmo, qual non voleva fusse d'esso Basilio, se vi sono altre autoritadi, che quelle di S. Giovan Damasceno, Massimo, Antonio Melita, e Simeone Metaphraste. in somma la sopplico, come più posso, per la devotion grande, che ella hà a quel padre, sia contenta farmi sapere non solo di questo, ma d'ogni altra cosa, che possi ajutare questo mio pensiere, & in particolare, se in Zonara o Marco Monacho vi è cosa alcuna d'esso S. Basilio; come mi pare, che in fine di Zonara ve sia qualche cosa. le mando l'intitolatione, che penso fare nel Basilio, nam te auctore errare nullo modo possum; & con questa lei vedrà l'epistola latina, quale ella mi donò in greco d'Isidoro pelusiota. quando V. S. illustrissima harà occasione, supplico la sia contenta raccomandarmi diligentemente a monsignore illustrissimo Borromeo mio padrone: nam chartae Alexandrinae, nosti cetera. in vero spendo, & ho speso quanto ho mai hauto nelli libri, &, con havere fatto molte fatighe, mai ho avanzato cosa alcuna, & hora quì in Bologna coll'occasione de molti libri spendo più che mai, per poter fare servigio al mio padrone non solo in questo, che hora m'ha imposto, ma in ogni cosa, che gli piacerà commandarmi in professione di lettere. Ho voluto parlare così liberamente con V. S. illustrissima, perchè so quanto posso farlo liberamente per la protettione, che sempre gli è piaciuto tener di me. così io potessi fargli qualche servigio, come conosco quanto veramente le sono obligato. ma Dio benedetto la ricompenserà per me. così pregando io continuamente sua divina maestà, fo fine, & baciole con ogni debita riverenza le mani.

Di Bologna. il 13. di Febraro 1566.

Di V. S. illustriss. & reverendiss.

Humile & vero servitore

Pietro Galesini.

II. Pag. 219.

Illustrissimo & reverendissimo signore padrone mio colendissimo.

Messer Silvio Antoniani mi ha avvisato con una sua lettera della molta benignità & carità, che V. S. illustrissima & reverendissima mostra verso di me in ogni occasione, & ultimamente in accommodare il suo libro al signore cardinale Amulio, acciò mi sieno mandate quelle epistole, quali ho richiesto per aumento della mia tradottione di S. Basilio, del quale nuovo favore talmente mi le sento obligato, che non so quando mai in parte alcuna liberarmene, se però ella non se degnasse, come confido, di ricevere in luogo di sodisfattione la devota & humile servitù, che continuamente le faccio con l'affetto dell'animo, pregando anco nelle mie orationi sempre per V. S. illustrissima, quale riconosco per singolare mio benefattore. Mi maraviglio, che di S. Basilio sopra i salmi non si trovi altro, che quello, che si vede in stampa, perciocchè nella lettione di questo patre vedo apertamente, che ha scritto molto più, posciachè lui stesso in molti luoghi se alleghi; ma, non trovandosi, io mi contentarò di quello, che ho potuto havere.

Ricordomi, che V. S. illustrissima

più

gathum salutabo ex tuis literis. Vale. Romae, idibus septembris M. D. LXVII. (z)

più volte ragionondo con esso me mi ha detto, che haveva notitia, che Don Chrisostomo Zanchi, fratello di Don Basilio, scriveva, & cose di momento. onde, dopo che sono quì, sempre ho cercato di venirne in cognitione: & finalmente mi sono capitate alle mani. supplicola pertanto, che sia servita di dirmene il parer suo; &, quando per avventura non havesse ella visti tali scritti, se si contentarà, che così facci, gli ne manderò un volume, acciò possa farne giudicio: il che anco desidera monsignore mio illustrissimo Borromeo. ne mi occorrendo altro, supplicola humilmente mi conservi in sua buona gratia, & con ogni riverentia gli bacio le mani.

Di Milano. a dì 10. *di Decembre* 1567.

Di V. S. illustrissima & reverendissima

Devotissimo & obligato servitore Pietro Galesini.

Fuit illa hominum aetate cum multorum ingens in Italia graecarum litterarum studium, tum egregia in italis hominibus graeca interpretandi facultas. aetate autem hac nostra si non tam multi in eodem studio versantur, at certe, qui ei se penitus dediderunt, parem cum illis, aut etiam superiorem facultatem sunt consequuti. quo in genere Michaëli Angelo Jacomellio primae mea sententia deferri debent; cujus studio atque opera Aeschylum, Sophoclem, ac nuperrime Joannem Chrysostomum italice disertissimeque loquentes, atque uberrimis praeterea commentariis, *doctis, Jupiter! & laboriosis*, illustratos habemus. cui quidem ego homini minus, quam sim, amicus haberi vellem, quo magis testimonium hoc de illius excellenti facultate meum, non a benevolentia, sed ab judicio profectum videretur: rursusque magis, quam sim, eruditus ac talium rerum intelligens existimari percuperem, quo minus errare me in judicando posse, homines arbitrarentur. sed de viri clarissimi praestantia, non ex cujusquam testificatione, sed ex illius scriptis, quicumque recte ac vere judicare poterunt, ipsi per se semper amplissime judicabunt.

(z) Quid hisce Pogiani litteris Ferrarius rescripserit, continuo legi potest in subjecta epistola, die 26. sept. ab eo data: cujus tanta sunt, barberiniani librarii vitio, vulnera atque adeo desperata, ut ne manus quidem iis curandis, praeter admodum pauca, eaque leviora, admovere ausi simus.

Scilicet ita res est. questus sum per literas tecum de fortunae inconstantia. quid enim saepe jam concessa nunc demum frustra infitier? hoc si das sugeris tu medicinam facis dolori, quem ex opere quotidiano scribendi ad alterius praescriptum capis. Atqui posterius hoc, quod tam arcte tenes, non necessario ex superiore consequi, ab eo, qui ratiocinandi vias noscit, facile perspici potuit. ut enim, qui remedium febri adhibet, non continuo quartanam curat, ita si quis dolori medetur, non ideo necesse est, ut is dolorem sonet lateris. quopropter curationem ejusmodi bona fide negavi me suscepisse, cum de suscipienda nihil unquam cogitassem. Istum vero dolorem, quo te ais deprimi, tanquam onere, aut nullum esse docui, aut, si esset ullus, probavi non esse allevandum; sed animo aequo ferendum moderate. in quo vel sensui tuo praecipue, vel ei certe rationi, quae sensum tuum maxime declarat, credidi. De tuo sensu autem magis ex eo, quod agis, quam ex eo, quod dicis, ut judicarem, auctor divinus vir omnino fuit; ex cujus libris paucula quaeso recognosce. (Graeca desiderantur.)

At haec quid tu per ludum (sic enim accipio) responderis, praeclare memini, quoniam mihi tecum, hoc est, cum amicissimo

cissimo meo, res erat, de industria ac lubens ea re tacitus id praeterivi. quod ipsum tibi sit argumento, de inani victoria nihil me laborasse antea, sicuti ne nunc quidem laboro. juvenes ista sollicitant, eorumque accendunt facile studia, quibus redundans bile jecur effervescit. in natu grandi, in animo, in philosopho nulla est libido rerum talium: omnia cum aetas tum ratio & sedat & restingnit. neque eo dico, quin, quod de te sensi, verissime defendi possit. itaque si meam rem obtineo sine sanguine, si discedo incolumis ac salvus a pugna, quanquam haec ingenii famam minuunt, tamen satis superque habeo; victoriae gloriam propterea quod est personae, quam gero, inimica, ultro tibi concedens, aperto etiam capite assurgo praepotenti tuae isti eloquentiae. Lentulus noster homo est plane mirificus. nihil illo potest fieri parcius, nihil frugalius, opinor ne in amicos quidem humanius. Carga hinc profectus cum aestivo viatico, imminente hieme ad urbem revertitur; ex quo praesente, quemadmodum res acta sit, coram audies propediem. Vehemens illius desiderium abeuntis me urit misere. Salvebis a Crucejo & Capra, item a meis omnibus. Bene vale, mi Juli, & nos ama. Mediolani. 6. Kal. Oct. 1567.

LIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

13. sept. 1567.

Anselmo Lambertino studium atque operam suam non defuturam pollicetur.

COmmendatio amplitudinis vestrae illustrissimae dupliciter mihi grata fuit, & quod ab ipsa est, cujus causa, propter excellentem ejus doctrinam ac religionem egregiaque erga ecclesiam Dei merita, omnia cupio, & de eo est, cui, propter affinem episcopum, quem eisdem nominibus, quibus ab ipsa valde diligitur, ego quoque amo vehementer, praesto erit opera & studium meum. Anselmum igitur Lambertinum sanctissimo domino nostro, ut potui, diligentissime commendavi; cujus, ut spero, oblata facultate obsequendi ejus cupiditati, memor erit ejus sanctitas, neque ego deero tempore. interea ab amplitudine vestra illustrissima vehementer peto, ut ad me, si quid erit, in quo ego rebus suis adjumento esse possim, me ipso ac meis omnibus fidenter utatur. Deus ecclesiae suae salvam & incolumem servet. Romae. idib. sept. M. D. LXVII.

LIV.

L I V.

Idem eidem. (*a*)

De sectariorum insolentia reprimenda, & de Valoriana abbatia concessa.

MAgnum sanctissimo domino nostro dolorem afferunt molestiae & incommoda, quae excitat istorum sectariorum iniquitas & insolentia. in quo tamen confidit, fore, ut ipse, pro

(*a*) Hanc epistolam, nullo certo in codice barber. notatam tempore, cum superiore conjunxi non aliam ob caussam, quam quod utraque a Bonello ad eumdem Hosium data esset. verum, eam ad hunc annum pertinere, possumus ex eo suspicari, quod in ea eaedem illae turbae significari videntur, quas Laderchius in *Annalibus eccles.* ad hunc ipsum annum retulit tom. XXII. pag. 438. his verbis: *Interea elbingenses .... non divino modo, sed regali etiam spreto judicio, ipsa veneranda, Deo dicata, templa, quorum bona jam sibi usurpaverant, nefandis sceleribus contaminare veriti non sunt ... A rege insuper potestatem in comitiis sibi factam augustanam confessionem sequendi asserere sunt ausi, cumque hoc tempore Hosius, una cum parocho catholico, a rege, ad quem spectabat, misso, Franciscum Sunerium & Joannem Astensem, concionatores jesuitas, destinasset, elbingensis senatus missum a rege pastorem suscepit, concionatores item, ab episcopo missos, recepturum spopondit, si tamen consentanea augustanae confessioni loquerentur: & claves sacrarii, ne sacrum catholico ritu fieret, tradere recusavit. jesuitae tamen, qui necessarium apparatum secum detulerant, sacrum publice, quod longo intervallo omissum erat, ambo fecerunt: &, quoniam eras dies apostolo Bartholomaeo sacra, concionati quoque sunt. verum, rursus cum Astensis verba sic Dei ministraret populo, is, sua & sponte, haeretica jam pravitate imbutus, tum Sebastiano quodam, errorum praecone, instigante, primum tumultuari, & pedibus, manibus, crepitaculis strepitum ciere, ac infestis clamoribus terrere, deinde pomis ac saxis impetere coeperunt; miranda constantia haec Dei sacerdote perferente, atque pro fide temporalem mortem non defugiente. quae nempe facinora ut Hosii dolori dolorem addidere, ita congeminatis literis regem de iis, quae antea & tunc acciderant, commonere impulerunt &c.* Exstat inter Hosii editas litteras epistola nonagesima ad Joannem Demetrium Solikovvskium, regium secretarium, data, in qua, praeter caetera, *Nunc*, inquit, *Gedanenses & Elbingenses aliud & sibi & aliis de majestate ejus* (Sigismundi Augusti) *persuadent: quin & rumorem hunc spargunt, quod in proximis comitiis rejectura sit fidem christianam, &, illius loco, perfidiam augustanam receptura. Ita fit, ut illius, in causa religionis, mandatorum ratio nulla prorsus habeatur... Interea non cessant homines seditiosi pacificos jesuitas lapidibus petere. vehementer metuo, ne prius ex illis aliquis occidatur, quam aliquid a nobis* (fort. vobis) *in quenquam statuatur. sub turcarum tyranno major est Christum confitendi libertas. bone Deus! in quae me tempora servasti! ... Ecce autem, dum haec scribo, significatur mihi, quod glorien-*

pro tua prudentia, omnem, quae inde proficisci possit, difficultatem fortiter sustineas & superes: qua de re etiam ad reverendissimum nuncium (*b*) scribi jussit, ut cum regis (*c*), reginaeque (*d*) majestatibus agat vehementer, quo scelerata ista & impia hugonotorum conventicula dissolvantur. immovero laudat sua sanctitas in eo curam istam ac diligentiam, teque paternae benedictionis favore prosequitur, utque eadem pietate pergas,

glorientur baedi mei (Elbingenses significat) *jesuitis annuam tantum facultatem euangelii Christi Elbingae praedicandi concessam esse. volunt autem, ut anni sit exordium non a prima dominica adventus, sed ab eo tempore, quo primum rector praedicare coepit, cum lapidibus ab illis peteretur. sed ego tamen puto, quod permissuri sitis, ut saltem ad primam Dominicam adventus Elbingae Christus annuncietur. sic dementatur populus sparsis ejusmodi fabulis. quamvis fieri potest, ut aliquis in aula dixerit ad consolandos baedos meos, ut essent bono animo, neque enim diutius quam uno anno jesuitas Elbingae duraturos.* Eamdem rem Tomickio Gratianus nunciavit in quadam epistola, Roma Patavium ad eum die 29. novembris hoc eodem anno data: *Elbingenses*, inquit, *jesuitam, concionem apud eos habentem, lapidibus petierunt. miserat hunc eo cardinalis Varmiensis, vir non doctrinae gloria magis clarus, quam innocentiae & religionis studio excellens. est Elbinga civitas suis legibus utens, in ipsius cardinalis provincia* (Prussia), *subjecta regi Poloniae; quam, communi horum temporum procella obrutam, e lutheranorum erroribus in pacatum sinum ecclesiae ut reduceret cardinalis, cum alias saepe, tum proxime elaboravit: atque ea de causa magistrum ejus collegii jesuitarum, quod ipse Braunspergae institutum habet, eo miserat. in hunc paulo ante, populum & seditiosos quosdam juvenes incitaverat acerrimis concionibus impiae factionis minister. itaque, cum coepisset loqui, reclamatum est a lutheranis operis, atque insuper lapides conjecti. qua re jesuita nihil territus peragere concionem instituit, vicitque sua constantia emissariorum importunitatem. sed eam rem, uti acta est, quo plenius cognoscas, exemplum tibi Varmiensis literarum misi: item aliud exemplum regis literarum ad Elbingenses, quibus, ut divinarum rerum praecepta, & quos ipse religionis sacerdotes ac fanorum antistites eo miserat, accipiant, imperat, mulcta centum millium aureorum dicta, nisi paruerint.*

(*b*) Quis fuerit hic nuncius, & a quo pontifice, quoque tempore in Poloniam missus, didici ex quodam tabularioli mei manuscripto commentario, hac inscriptione: *Instruttione per monsignore protonotario Giulio Ruggieri, nuntio designato in Polonia, datagli di marzo 1566.* cujus commentarii hoc est exordium: *Havendo trovato la santità di nostro signore Pio quinto, che la santa memoria del predecessor suo havea destinato voi, abbate Ruggiero, nuntio suo & di questa santa sede al serenissimo rè di Polonia, confidando parimente sua santità, che siate per porre ogni possibile studio, diligentia & industria per corrispondere a l'opinione buona, che sua santità ha del valore & prudentia vostra, perchè non habbiate a lasciar via alcuna honesta intentata per sadisfar a questo offitio, a gloria di Dio, honore di questa santa sede, & conservatione de la fede cattholica, oltre quel che per la prudentia vostra a la giornata potrete cognoscere esser espediente, ha voluto, che vi sia data l'infrascritta instruttione &c.*

(*c*) Sigismundi Augusti.

(*d*) Catharinae austriacae.

pergas, qua coepisti, admodum etiam hortatur; cui etiam propterea libentius expeditionem istam concessit abbatiae de Valoriis: quod a tuo hic procuratore (e) melius cognosces; cujus diligentia fretus, pluribus supersedebo. ego, tibi studium & observantiam meam deferens, prosperitatem & salutem precor. Romae. e

(e) Georgio Ticinio.

L V.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Fratri Hieronymo a Claravalle. (a) a

Monasticae disciplinae revocandae propositum ejus laudat, & pontificis max. omnem gratiam atque opem in ea re praesto futuram pollicetur. 24. sept. 1567.

UBerem in domino laetitiam cepit sanctissimus dominus noster ex tuis literis, XVI. augusti datis, quibus eum de studio & consilio tuo corrigendi & confirmandi monasteria istius ordinis fecisti certiorem. qua in re tibi praesto erit omni gra-

V v 2 tia

(a) Hunc Pius ipse V. insequente anno 1568. die 24. mensis mart. cardinalem creavit; de quo pauca haec ex Ciacconii opere delibabo, plura fortasse alibi allaturus: *Hieronymus Socherus, seu de Souchier, arvernus, vel; ut alii volunt, campanus, gallus, nobilibus ac ingenuis parentibus natus anno incarnati verbi 1508.... monasticam vitam in Montis Petrosi claramontanae dioecesis ordinis cisterciensis coenobio primum excoluit: indeque missus ad Bernarditarum gymnasium, quod est Lutetiae parisiorum... inter doctores sorbonicos annumeratus est... ad Claravallensis monasterii regimen administrationemque vocatus, & abbas illius quadragesimus secundus electus, tanta illud pietate ac sapientia moderatus est, ut virtutem suam universae Galliae testatam fecerit. Ad concilium tridentinum profectus ecclesiae causam & romanae sedis dignitatem summo studio defendit... Re bene gesta, ad propria reversus in locum Ludovici Bessei defuncti toti ordini cisterciensi praepositus, per triennium magistratum illum gessit, eoque pietatis studio cuncta gubernavit, ut minime expectata, nedum quaesita, purpura ei ultro a Pio V. delata fuerit. Respuit ille novam dignitatem... curavitque modis omnibus, ut eam a se excuteret dignitatem... Romam igitur accersitus veniens inter presbyteros cardinales cooptatus, titulum S. Matthaei in Merulana obtinuit. Vixit in romana curia, singulari opum & mundanae gloriae contemptu mirum in modum refulgens... supremum sui ordinis magisterium, licet cardinalis, non dimisit: unde cardinalis Claravallensis voluit nuncupari. E vita migravit Romae die Veneris, anno salutis humanae 1571. aetatis 63. X. Kal. nov. & in ecclesia sanctae crucis in Hierusalem nobili sepulchro, a cisterciensibus monachis erecto, tumulatus jacet &c.*

tia & ope sua ejus sanctitas, quo pium istud in primis optatum consequi possis. immovero jussit, me etiam de eo scribere
b ad archiepiscopum rossanensem (*b*), nuncium Hispaniarum, in eandem istam sententiam, in quam & tu ipse scribi cupis, & vestri ordinis procurator Romae, ut scriberetur, admonuit. quod idem semper fieri jubebit ejus sanctitas, quotiescunque id ex usu aut ex dignitate religiosae societatis vestrae, aut etiam ex voluntate tua esse intelliget; de cujus probitate, religione atque doctrina tam bene existimat, ut tibi omnia, quae jure concedi poterunt, summa sua voluntate semper sit tributurus. quibus de rebus quia ad te scribet ipse ordinis procurator, omnia ex ejus literis melius cognosces. ego Deum precor, ut te caelestibus muneribus augere perseveret. Romae. VIII. Kal. octobris. M. D. LXVII.

(*b*) Joannem Baptistam Castaneam. vide supra pag. 66.

L V I.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Universitati Conimbricensi.

25. sept. 1567.

Universitatis rationibus ex aequo & jure consulturum esse pontificem max. significat.

Ex literis vestris, VII. idus julii ad sanctissimum dominum nostrum datis, cognovit ejus sanctitas, quae de institutione, statu, ac rationibus universitatis vestrae scripsistis. itaque rem istam, de qua tantopere laboratis, ita gubernabit ac moderabitur, quemadmodum jus & aequum postulare judicabit. literas autem pontificias eadem ista de causa, quae quidem vobis detrimento sint, adhuc a se ablatas esse, non meminit sua sanctitas.
a quod si aliter rem esse forte (*a*) vobis esset exploratum, de eo ipsum sanctissimum dominum nostrum certiorem facere poteritis. interea jubet, vos bono animo esse. nullis enim per injuriam vos hinc damnis, nullis incommodis unquam affici patietur. omnino justitiae & aequitatis ratio habebitur. Romae.
b VII. (*b*) Kal. oct. M. D. LXVII.

LVII.

(*a*) *fortasse* exempl. Emendavi.
(*b*) VIII. cod. barber. Emendavi ex cod. tabul vatic. pag. 516.

LVII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Cardinali Infanti Portugaliae.

De equestris ordinis insignibus, Florido familiari suo curatis, gratias agit, & Alvaro Castrensi se nullo loco defuturum pollicetur. 27. sept. 1567.

EGO vero illustrissimam amplitudinem tuam jam diu scio ad reliquas virtutes egregias parem benignitatem adjunxisse. itaque tanta ejusdem in me humanitas, isto crucis honore conciliando huic Florido, familiari meo, mihi minime nova, veruntamen accidit gratissima. quod autem amplitudini tuae illustrissimae ad fructum sui beneficii magnum erit, pro sua pietate ac religione singulari, sciat, se officium & studium suum in juvenem (ut omittam generis ornamenta) probum & plane pium contulisse. quo mihi res est etiam multo jucundior, de qua habeo ei gratiam singularem. Alvarum Castrensem (*a*), a serenissimo rege huc missum, cum reliquis de causis, tum vero maxime amplitudinis tuae illustrissimae gratia complectar, ubi opus fuerit, omni opera ac studio meo. Superest, ut amplitudini tuae illustrissimae, quicquid ipse possum, ex animo deferens, ab omnipotenti Deo salutarem prosperitatem precer. Romae. v. Kal. oct. M. D. LXVII.

(*a*) Pii V. epistolam ad Sebastianum, Portugaliae regem, supra attulimus pag. 247. cujus initium, Alvarus hic quis fuerit, docet: *Per dilectum*, inquit, *filium, nobilem virum, Alvarum de Castro, oratorem tuum, quatuor majestas tua querelas ad nos detulit*.

LVIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Bernardino Crippae.

De Aristotelis libris, ab eo conversis & explicatis, ac Pio V. nuncupatis, pontificis nomine gratias agit. 1. oct. 1567.

QUos ad sanctissimum dominum nostrum Aristotelis libros, a te conversos & explicatos, misisti (*a*), ii ejus sanctitati grati fuerunt, quae ut industriam tuam, in rebus cognitio-

(*a*) Ediderat proxime superiore anno 1566. *Venetiis per Gratiosum Perchacinum* Bernardinus hic Crippa libellum in 4. pagg. 86. hoc titulo: *Bernardi-*

gnitione dignis positam, laudat, & hortatur te, ut istud multis peruti-

nardini Crippae philosophi in Aristotelis librum de Animalium motu, ab eo latine redditum, Ecphrases, ad Pium V. pont. max. Hoc autem anno 1567. alius editus ab eo fuerat, sic inscriptus: *Bernardini Crippae philosophi in Aristotelis librum de Memoria & Reminiscentia, ab eo latine redditum, Ecphrases, ad Pium V. pont. max. apud Alexandrum Benatium. Bononiae* 1567. in 4. pagg. 78. Quum igitur in hac card. Bonelli epistola *Aristotelis liber missus*, sed *libri missi* a Crippa ad Pium V. dicantur, videtur uterque libellus uno eodemque tempore fuisse ab eo missus: nisi *libros* intelligere malumus plura unius ejusdemque *de memoria & reminiscentia* libelli exemplaria. Jam huic libello praefixa nuncupatoria epistola haec est:

Pio quinto pont. max. Bernardinus Crippa S.

Est, sicuti optime nosti, sanctissime pater, mens hominibus tum ad intelligendum & contemplandum, tum ad ratiocinandum divinitus tributa. ejus autem natura etsi a ceteris omnibus alia penitus atque diversa est, tamen unum illud cum eis commune habere videtur, ut ad illorum omnium in se recipiendas & intelligendas species & formas habilis & apta sit. tali vero formarum intellectione ac receptione quoniam singula quodam modo efficitur & perfecta redditur, fit, ut, cum ipsas excepit & intellexit formas, tum per se ac sua sponte possit & se ipsam & divinas mentes, & Deum denique ipsum aliquo modo propter quandam sibi cum illo similitudinem atque affinitatem intelligere. Hoc, & natura principe & duce philosophia, proprium, ut scis, pater optime, habetur mentis curriculum. in quo certe qui unquam diligentius & praeclarius, quam tu, suam exercuerit mentem, adhuc cognovimus aut accepimus neminem. tu enim ab ineunti usque aetate, quasi tuae mentis sentires divinitatem, ut, unde illam accepisses, eodem revocares atque referres, totam prorsus ad divinum cultum contulisti & addixisti. in quo videlicet ut alacrior vegetiorque esset, omni eam optimarum scientiarum genere ac rerum notionibus sic imbuisti & instruxisti, ut, quantum humana fert conditio, veram perfectamque mentem reddideris. ita, cum in se quodam modo universa comprehensa teneat, & ob eam causam possit per se suum proprium exequi munus, nunquam fere cessat, sed tum intelligendo & contemplando, tum ratiocinando ad altissimam & primam omnium veritatem, quae est Deus opt. max. contemplandum persaepe sese erigit ac subiimem tollit. at, quia cognitio animae est ad universae veritatis contemplationem pernecessaria, quo facilius atque tutius illam summam Dei altitudinem aliqua ratione attingere queat, ex aliarum rerum intellectione in sui ipsius perspicientiam crebro sese convertit & contrahit. quamobrem minime mirum, si tam subtili indagatione tamque perspicaci contemplatione tum naturam tum vires & actiones animae, in qua imaginem quandam conspicis Dei, persequi soleas. sed quoniam non suis omnibus viribus & actionibus anima, sed duabus potissimum, quarum una intelligendi cognoscendique, altera movendi est, aliquam sibi esse similitudinem cum Deo declarat, iccirco eorum in primis librorum, in quibus ejusmodi facultates animae & actiones pertractantur, lectio incredibiliter tibi probari & commendari videtur. quapropter tua voluntate adducti librum Aristotelis de motu animalium & e graeco conversum & nostris ecphrasibus explanatum nuper ad te misimus. in quo qualis tua de mea navata opera fuerit sententia, facile intelligere potui, propterea quod non ingra-

perutile institutum teneas, sic tibi de tuo ingenii munere gratias

ingratum tibi fore significasti, si etiam ejusdem authoris librum de memoria & reminiscentia, nostris similiter vigiliis excultum, ad omnium studiosorum usum, videres. hac mihi tum voluntatis significatione nunciata, statim ipsum opus aggressus sum: in quo certe tuum in habendo librorum delectu divinum judicium nequaquam satis admirari potui... Quare, ut tuae piae voluntati in re tam praeclara pro mea virili desim, primum sublatis, marte, ut ajunt, nostro, mendis, locos correximus ac restituimus, deinde philosophi sensa ecphrasibus nostris sic evolvimus & explicavimus, ut fere prorsus aliter atque alii, & illi quidem gravissimi doctissimique viri, fecerunt, & sententem & loquentem fecerimus Aristotelem... Itaque hunc librum de memoria & reminiscentia, sic a nobis tua elucubratum voluntate, ad te in praesentia mittimus, propediem illud etiam majorum vigiliarum opus, quod expectas, juvante optimo maximoque Deo, missuri. Vale.

Sequitur post ejusmodi nuncupatoriam

Index Quaestionum & theorematum, quae ad nonnullas hujus libri particulas necessaria visa sunt.

Quaestio. Utrum belluae usu memoriae praeditae, dum aliquid meminerunt, tempus cognoscant. pag. 18.

Theorema. Memoriae vim in nulla capitis parte, sed in corde locatam esse. 28.

Theorema. Memoriam esse animae facultatem, universalia, non autem individua, comprehendentem. 29.

Corollarium. Quid sit oblivio & oblivisci. 34.

Quaestio. Utrum possit sine ulla re sensibus percepta aliquod phantasma intus in anima formari. 35.

Theorema. Discere non esse reminisci. 50.

Theorema. Quomodo aliud memoria, & aliud reminiscentia sit. 73.

Reliqua hujus Bernardini Crippae opuscula, quae quidem in meas manus venerint, haec sunt:

I. *Bernardini Crippae philosophi Quaestio de intelligibili primo & adaequato cum intellectus cognitione, ad Gregorium XIII. pont. max. Romae* 1573. *Superiorum consensu. apud Josephum de Angelis.* In 4. pagg. 23.

II. *Bernardini Crippae philosophi in Aristotelis primum Physicorum librum, ab eo latius redditum, ecphrases, ad Gregorium XIII. pont. max. Romae. Superiorum consensu. apud Josephum de Angelis.* 1576. In 4. pagg. 21.

III. *Bernardini Crippae philosophi in Aristotelis librum de longa & brevi vita, ab eo latine redditum, ecphrases, ad Gregorium XIII. pont. opt. max. Magistratuum consensu. Romae. apud Franciscum Zannettum.* 1581. in 4. pagg. 56.

IV. *Bernardini Crippae philosophi de ortu & usu imaginum. Superiorum consensu. Romae. ex typographia Vincentii Accolti.* 1585. in 4. pagg. 27.

V. *Bernardini Crippae philosophi Peripatetica vitae conservatio ad Clementem VIII. pont. opt. max. Romae. ex typographia Bartholomaei Bonfadini.* 1592. *Magistratuum consensu.* in 4. pagg. 14. Ac de Bernardini Crippae libellis hactenus.

Nunc a lectoribus meis peto, mihi ut per eos liceat πάρεργον quoddam attexere, ac de alio quodam libello paucis agere, de cujus auctore, cum saepe alias, tum hoc ipso, quo haec scribimus, tempore, magna contentione, non uno Italiae loco, voce scriptisque certatum est, neque tamen quidquam certi ad hanc diem potuit definiri: ut, nisi aperiatur veritas (quod me facere posse, non diffido), verendum sit, ne nullus obscurae controversiae, diutur-

tias agit, pollicetturque, quoties ei de te bene merendi dabitur occa-

diuturnaeque contentionis exitus reperiatur. aperiendae autem veritatis, quae praesertim dissidentium opiniones conciliet, animosque conjungat, cum semper justissima causa est, tum occasio, si se non ultro obtulerit, aucupanda quodammodo atque captanda.

Libellus quidam, *Romae typis Tinassii* an. 1665. in 24. sive 32. pagg. 148. editus, circumfertur hoc titulo: *Compendium admirabilis vitae Rosae de S. Maria limanae ordinis S. Dominici, excellentissimo D.D. Gaspari de Bracamonte & Guzman, comiti de Piñaranda, Calatravae ord. commendatario, cathol. majest. cubiculario, & a consiliis status & belli, supremi Indiarum consiliis* (sic) *praesidi, M. F. Antonius Gonzolez, peruanae provinc. diffinitor, & procurat. gen. Rmi P. Mag. gen. ordinis Praedicatorum socius*, D.O.C. Neque tamen Gonzalezii magis, quam universi praedicatorum ordinis nomine *dedicatum, oblatum, consecratumque* fuisse hoc opusculum, docent illa nuncupatoriae epistolae fere extrema: *Accedit, quod, veluti parentis nomen ac munus ex consanguineo tuo in te devenisset, paternis auspiciis & amore nos foves: ideoque per me noster ordo commune hoc tibi qualecumque exhibet animi devinctissimi argumentum*. De opere judicium hoc censores tulerunt:

I. *Jussu reverendissimi patris nostri fr. Jo. Baptistae de Marinis, magistri generalis ord. praedicat. accurate perlegi* Compendium admirabilis vitae *sororis* Rosae de S. Maria. *Vestiunt illud brevitas, claritas; ornant venustas, pietas; illustrant eruditio, devotio; &, ut Hieronymi verbis utar lib. 2. epist. 14. ad Paulinum*, ipsum genus eloquii pressum est & nitidum, &, cum tulliana luceat puritate, crebrum est in sententiis: praeterea magna est rerum consequentia & alterum pendet ex altero. *Felix Rosa, quum a tali ac tanto concive suo ornatur, illustratur, excolitur: ita ut nihil doctius, nihil dulcius, nihilque latinius hoc habeamus compendio. Dignissimum igitur praelo judico ob auctoris praeclarum nomen, ob raram operis elegantiam, ob singularem lectionis utilitatem, ac demum ob commodiorem lectorum usum. Romae in vener. hospitio S. Mariae super Minervam die 1. maji 1665.*

Fr. Emmanuel Pereira S. T. Mag. & Prov. Portugall. Proc.

II. Compendium *istud* admirabilis vitae *servae Dei* Rosae de S. Maria, *jubente reverendiss. P. N. Mag. Generali ord. praed. magna cum animi voluptate perlegi, simulque expendi eximiae laudis praeconio dignissimum. in eo namque multa paucis mira dexteritate, eloquentia, & devotione complectitur author, qui nec labori parcens, nec sudori, sanctae concivi suae sacros honores, limensi patriae singularem gloriam, & dominicanae familiae novum splendorem exoptat, procurat, conciliat. certe hoc compendio lotissimam sibi laudem ubique metet, attestante Seneca*, magni artificis esse claudere totum in exiguo. *Sic censeo Romae in vener. hospitio S. Mariae super Minervam die 4. maji 1665.*

Fr. Hieronymus Parrado S.T.Mag. provinciae peruanae procurator.

Vides, duo ab utroque censore sine haesitatione affirmari, alterum, *Compendii* hujus auctorem *Rosae de S. Maria* esse *concivem*, nempe *M. F. Antonium Gonzalez*, eum ipsum, cujus nomine *Gaspari de Bracamonte & Guzmon* dedicatum est; alterum, valde insigne opus hoc esse, *brevitate* nimirum & *claritate vestitum, venustate ac pietate ornatum, eruditione ac devotione illustratum, presso eloquii genere,* quodque *tulliana puritate luceat*, & *crebrum sit in sententiis, magna praeterea rerum*

occasio, suae in te propensae voluntati non defuturum. a te qui-

rerum consequentia, ita, ut nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilque latinius hoc habeamus compendio; eximiae laudis praeconio dignissimum, multa paucis mira dexteritate, eloquentia & devotione complexum, quo latissimam sibi laudem ubique auctor metet.

De quibus quidem amplissimis operis auctorisque praeconiis, praecipue vero de *latissima laude ubique* ab eodem *auctore* ex hoc *Compendio metenda*, quodnam eruditorum hominum judicium sit, nescio. hoc mihi scire unum videor, si de vero *Compendii* auctore laudatores illi non essent celati, nequaquam tam effusos in *Compendio* ejusque auctore laudandis futuros fuisse: qui quidem ubi mox innotuerit, illud etiam scire mihi videor, nonnullos fore, qui, quum ad hanc diem *Compendii* hujus admiratores praeconesque fuerint, in posterum contemtores illius ac vituperatores evadant. verum ego, qui scripta non ex scriptoribus, sed ipsa ex sese expendere atque aestimare soleo, sic sentio, valde exiguae laudis segetem ex hoc *Compendio* illius auctorem jure *metere* potuisse. est enim ejusmodi hoc opus, quod neque singulare scribentis sive ingenium sive judicium, neque optimam latine scribendi rationem, neque multarum vigiliarum laborem curamque praeseferat, aut ulla alia insigni ejusmodi laude commendetur; sive quod in eo scribendo suus auctor non tantum contenderit, quantum potuerit, sive quod non tantum potuerit, quantum contenderit.

Nunc, quoniam de *Compendii* dignitate atque praestantia tantum judicio meo detraxi, quantum illi sententia sua censor uterque detulerat, minore cum cura atque periculo videor mihi ad verum illius auctorem prodendum accessurus. nam, si de eximio atque excellente aliquo opere ageretur, non nisi timide, multorumque offensionem veritus, ab eo auctore, qui multos suffragatores haberet, illud abjudicarem. nunc, quosnam aegre laturos credam, si exile ac vulgare opus alii auctori, quam cui ipsi suffragentur, sententia mea adjudicaro? at contra, ejus, qui re vera alicujus certi operis auctor exstiterit, vehementer interest, id, etiamsi exile ac vulgare sit, illi ipsi asseri ac vindicari, si forte alteri cuipiam id ipsum ab aliquibus adscribatur. nemo est enim, qui non vel pessimi operis scriptor, quam exscriptor ac fur haberi malit.

Quo quidem turpissimo furti crimine non defuerunt, qui Joannem Laurentium Lucchesinium, hujus ipsius *Compendii*, quo de agimus, causa, insimularint. qui enim ab Antonio Gonzalez dedicatum opus nominatim viderent, atque illa praeterea duorum censorum, non aequalium modo, verum etiam contubernalium, id ipsum opus eidem Antonio disertissime adscribentium, testimonia, operi praefixa, legerent, iidem Lucchesinium, qui triginta post annis idem opus, suo inscriptum nomine, vulgavit, manifestum plagiarium tenere se arbitrati sunt. Vulgatum est autem ab Lucchesinio opus anno 1696. hoc titulo: *Compendium admirabilis vitae S. Rosae de S. Maria e tertio S. Dominici ordine, authore Joanne Laurentio Lucchesinio lucensi e societ. Jesu. Nova editio. Romae.* MDCXCVI. *sumptibus Nicolai Angeli Tinassii, impressoris cameralis & vatic. Superiorum permissu.* (in 12.)

Vidit vero Lucchesinius, hanc sui nominis in ejusmodi opere professionem aliquid admirationis aut fortasse etiam offensionis legentibus allaturam. itaque huic ipsi rei occurrendum sibi statim in nuncupatoria epistola existimans, sic Joannem Franciscum Albanum, tum cardinalem amplissimum, deinde summum pontificem, affatus est:

dem petit, ut, quoniam ei tantum tribuis, quantum ipse non agno-

est: *Quia, difficillima lege adjecta, ne tuas videlicet in laudes effundar, meam hujusce consecrationis audaciam, princeps eminentissime, coërcuisti, novum excogito nuncupatorioe modum epistoloe, nihil aliud serio praestare adortus, nisi ut a me tria illa, ob quae culpari possem, amoliar .... Perstringi primo possum eo quod meum huic opusculo nomen praefigam, quod toties in theatrum, non praenotato scriptore, prodivit: perinde ac si e sipario tandem aliquando prosiliam, paucas ut pagellas eximio queam heroi consecrare ... Sed, cum iterum* (hoc est, *rursus, denuo, de integro, post alias multas editiones*) *haec epitome typis nunc subjiciatur, quia nulla ejus exempla, jamdiu a multis quaesita, supererant, integrum amplius mihi non est delitescere, post editam rursus anno 1676. a Nathanaële Sotuello scriptorum nostri ordinis* Bibliothecam, *in qua* Compendium *hoc, cum caeteris, a me scriptis eo usque, libris, recenseri voluit celeberrimus theologus Martinus de Esparza, quo urgente illud ex publicis actis, quae* processus *dicunt, in lucem eduxeram, cum agebatur de* Beatae *appellatione*, *Rosae, vere admirabili, tribuenda. quemadmodum vero, etiam post illam inter sanctas relatam, excusum praelo deinde saepius fuit, nunquam apposito authoris nomine, licet non defuerit nuncupator* (idem nempe ille Antonius Gonzalez), *ita perpetuo latuissem, nisi aliena me in scenam humanitas rapuisset. cum igitur nunc primum, post vulgatum indicem illum* (scriptorum societatis Jesu), *haec publici juris Vita iterum fiat, praesidium eidem a me ac decus quaerendum fuit ... Utcumque, tenuissimam hanc esse scriptionem, ultro profitear, regium tamen illa eundemque caelestem exhibet florem, multiplici tibi nomine respondentem &c.*

Satis haec certe fuerant, ut verum *Compendii* hujus auctorem omnes agnoscerent & faterentur. fit enim prorsus incredibile, qui *tenuissimam* hanc *esse*, ut revera est, *scriptionem ultro profiteatur*, eum alienam pro sua ferri atque haberi voluisse: quum praesertim plurima, multis partibus auctiora, grandiora, ac longe praestantiora, a se scripta, ante edidisset, quorum unum aliquod (siquidem nihil novi scribere de integro vellet, ac tamen suo se Maecenati ostentandi venditandique cupidus esset) iterum praelo subjicere, atque audacter ac sine ulla praemunitione operisque sui defensione dedicare posset. Quid? si qui quid furantur, tam esse amentes solent, ut non eos, a quibus deprehendi, coargui, indicarique furtum possit, quamdiligentissime vitent? fac, Lucchesinium non, quemadmodum fuit, in nobilissima familia, sed loco obscurissimo, natum fuisse, non ingenue ac liberaliter, sed in tabernae alicujus sordibus miseriaque, educatum, non, quod caput est, Jesu Christi famulum, christianaeque pietatis totius vitae cursu studiosum ac sectatorem, sed scelestum quemdam ac nequam hominem, mendacem, furacem, inanis gloriae caeca atque immensa cupiditate flagrantem: an etiam tam nullius judicii futurum fuisse possumus suspicari, ut, viventibus etiam tum iis, qui rei veritatis conscii essent, testesque esse possent, alienum libellum pro suo publice venditaret? adde in ipsa ad amplissimum virum operis dedicatione, adde etiam, ejusdem typographi ministerio usus, qui eumdem libellum, jam ante ab alio editore acceptum, suis formis expresserat. Denique Nathanaël ille Sotuellus, qui in *Bibliotheca scriptorum S. J.* inter Lucchesinii opera *Compendium* hoc ipsum jam inde ab anno 1676. recensuerat, nihilne de vero ejus auctore quaesierat atque cognorat? adeo ineptus a do-

agnoscit', Deum precere, ut, quod ejus sanctitas vehementer

X x 2 expe-

a domesticis scriptoribus; adeo a sodalium suorum scriptis imparatus erat, ut necesse haberet aliena *scrinia*, quemadmodum est in proverbio, *compilare*, quo suam illam bibliothecam, *tenuissima* externi hominis, praesertim adhuc viventis (*vivebat* enim Antonius Gonzalez *etiamnum anno 1681.* inquit Jacobus Echardius) *scriptione* instructam, locupletaret?

Sed id jam afferam extremo loco atque enunciabo, quod occultum ad hanc diem atque ignoratum, nunc denique apertum atque prolatum, omnem posthac de hujus *Compendii* auctore controversiam sublaturum videtur. extat in nostra hac collegii romani bibliotheca manuscriptum in folio, ut ajunt, volumen, *Miscellanea historica* inscriptum, in quo ferme medio commentarius quidam reperitur, ab ipso Lucchesinio compositus, de rebus ad se pertinentibus, isque ab anno 1638. quo natus est, ad annum 1712. aetatis suae 74. quo illa scribebat, deductus. quem ego commentarium quum non multis abhinc diebus animi causa pervolutare forte coepissem, de nulla re minus, quam de hac *Compendii* hujus controversia tum cogitans, in haec incidi, quae sequuntur: *Nel primo suo anno dello studio della teologia* (qui fuit Christi 1664. aetatis vero suae 26.) *fu Repetitore nel collegio germanico, di dove richiamato ebbe al principio del secondo* (1665.) *la cura di spiegare la logica nell' accademia; e in quello, siccome anche nell'anno susseguente* (1666.), *in quella della fisica, gli toccò di nuovo la gran sorte d'avervi per uditore il signore Gio. Francesco Albani, oggi santissimo nostro signore Clemente* XI. .... *Ritornando al suo secondo anno* (1665.), *sul principio di quello i padri Martino d'Esparza, e Niccolò Martinez, suo maestro, a richiesta del padre maestro Gonzalez, domenicano, postulator della causa di S. Rosa di S. Maria, l'impegnarono a scrivere un compendio latino della vita di lei, traendolo da' processi, formati per la sua canonizazione: e gli riuscì di compirlo dentro un mese, con dettarne più della metà. fu subito stampato la prima volta in 24. e in carta spasa dal Tinassi il 1665. e le copie nella prima forma furono tremila, e duemila nella seconda. non vi pose il suo nome, siccome nè meno nelle varie ristampe, fattene da altri in Avignone, Vienna, Gratz, Cracovia, Lublino, Vilna e altrove, e trasportata in varie lingue, francese, spagnuola, polacca, e indiana. anch' egli lo ristampò in Roma il 1672. parimente senza suo nome* (hujus ipsius editionis est apud me unum exemplum, in cujus fronte haec Lucchesinii manu perscripta leguntur: „ Bibliothecae collegii hispalensis Author Joannes Laurentius Lucchesinius Soc. Jesu „): *e lasciava credere, che fosse di un padre domenicano lorenese* (quis nominatim is fuerit, scire non possumus. sed existimare debemus, eum praecipua quadam latinarum humaniorumque litterarum laude atque opinione Romae tum floruisse; a quo propterea potius, quam ab ejus sodali Antonio Gonzalez, homine peruano, atque ab ejusmodi studiis fortasse abhorrente, scriptum fuisse *Compendium* illud, creditum vulgo sit). *ma, vedendo i padri d'Esparza e Martinez, che niuno si persuadeva essere stato composto dal padre maestro Gonzalez, loro amico* (cujus unius gratia, ut a Lucchesinio componeretur, olim contenderant, atque impetrarant), *ne publicarono il vero autore: ed egli non potè più nascondersi; e, mancandone le copie, desiderate da molti, lo pose di nuovo sotto il torchio col titolo*: Compendium admirabilis vitae S. Rosae de S. Maria e tertio S. Dominici ordine, autho-

expetit, & assiduis precibus contendit, ejusdem omnes cogitationes & actiones ad suam conformet voluntatem. quo facto tuum etiam istud de sanctissimo domino nostro judicium re ipsa
b comprobabis. Romae. Kal. (b) octobr. M. D. LXVII.

authore Joanne Laurentio Lucchesinio lucensi e soc. Jesu. Nona editio. Romae 1696. Sumptibus Nicolai Angeli Tinassii, impressoris cameralis, & vaticani (in 12.) *Si sa, esser poi stato ristampato altrove molt'altre volte. in questa ebbe l'onore di poterlo consacrare all'eminentissimo signor cardinale Gio. Francesco Albani, ora santissimo nostro signore, ma con la limitazione di non toccar altra sua dote, fuorchè le affatto annesse all'assunto del libro. Nello stesso secondo anno* (1665.) *del suo studio teologico &c.*

Lucchesinium igitur controversi olim *Compendii* hujus auctorem fuisse, perspicuum ac manifestum est. Num propterea plagii crimen, quod ab eo depulimus, in Antonium Gonzalez conferemus? Minime vero. ille enim non se auctorem in ejusdem *Compendii* editione illa sua, sed nuncupatorem modo professus est: nullam usquam operae, a se in eo scribendo positae, significationem dedit: Lucchesinii manuscriptum opus, sibi ab amicis ultro donatum, Gaspari de Bracamonte, typis impressum, sine cujusquam injuria ipse donavit.

Quid vero de duobus illis censoribus sentiendum est, qui *Compendii* auctorem Antonium Gonzalez esse affirmarunt? num mendaces dicemus? ne hoc quidem. libellum, Antonii Gonzalez nomine Gaspari de Bracamonte dedicatum, jussi sunt ab ordinis sui magistro recognoscere, de eoque sententiam suam ferre; nec venit eis in mentem suspicari, non Antonii, sed alterius nescio cujus opus illud esse: ab Antonio scriptum sibi facile persuaserunt, eique, tamquam auctori, egregie, quemadmodum quidem judicabant, scripti operis testimonium benevole atque humaniter dederunt.

Licuisse mihi in hac tota disputatione, ac tamquam judicio de plagio; ita versari, ut neminem accusarem, ac tantummodo, qui falso atque injuria accusaretur, defenderem, valde laetor. non enim similem facultatem omnis ejusmodi causa dat.

(b) *idib. sept.* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 523. in quo *Crypae* non *Crippae* inscripta est haec epistola. quae tamen lectio non modo a codicibus barber. & vatic. pag. 174. verum etiam ab editis Bernardini libris refellitur.

LIX.

Pius PP. V. Duci Albae. (a)

7. oct. 1567.

Ejus adventum in Belgium gratulatur, &, ut rem catholicam restituat, vehementer hortatur.

QUIA, cum inferiore etiam loco essemus, te non minus pietatis ac religionis laude, quam prudentiae & virtutis nomine commendatum semper accepimus, eo factum est,

(a) Ferdinando Alvarez de Toleto. *Diu*, in quit Haraeus in *Annal. tumultuum belgic.* pag. 75. *anxius fuerat rex catholicus* (Philippus II.) *quomnam*

est, ut adventu tuo in istam provinciam, perniciosis erroribus ac turbulentis motibus perturbatam, pastoralis sollicitudo nostra multum acquieverit. quam spem & cogitationem nostram actiones tuae (*b*) mirabiliter confirmarunt. tantum enim pio ac forti b

nam morbo superiori, adeo vehementi, commodam adhiberet medicinam. tandem, sub finem mensis martii anni praesentis (1567.), *convocato procerum* Hispaniae *generali sanctiorique concilio, statuisse se dicit in belgas rebelles ex eorum numero unum aut duos, justa peditum equitumque hispanorum, germanorum, ac italorum cum manu mittere: cupere igitur duos sibi nominent. respondent, suae majestatis esse nominationem; libenter se tum sententias dicturos. nominat rex e toletanis Ferdinandum Alvaresium, Albae ducem, sexagesimum quintum annum ingressum, ac e Mendozis Medinae-Caeli ducem, quinquagesimum agentem annum: quod uterque apud belgas sub Carolo V. caesare militasset, ac proinde eorum conditiones satis perspexissent. sed, quod diversissimae essent naturae, diu variantibus sententiis est disceptatum, uter esset praeferendus... Tandem, perquisitis sententiis, cum majorem procerum partem in posterioris orationis sententiam pedibus ire conspiceret, & ipse illuc animum inclinavit. sic Albano Belgii praefectura defertur. eam quomodo ipse aggressus sit, lubet verbis ipsis, quoad fieri poterit, Mendosae hispani, expeditionis hujus socii, narrare. Albanus, inquit, ut vale diceat regi, qui tunc Aeanieuzae erat, die* XV. *aprilis... Madridio discedit, mansitque cum rege usque diem ejus mensis* XVII. *quo profectus est, ut Carthagine Hispaniae classem conscenderet. praestolabatur eum Joannes Andreas Doria, seu Auria, eum trigintaseptem triremibus; in quas impositis septemdecim hispanorum equitum signis... Albanus die decimo maji eum classe Carthagine solvit; septimoque post die Genuam in Italiam appulit... Moverunt se copiae decimoquinto junii... Albanus ipse primam ducebat aciem: ejus filius Fernandus Toletanus, magnus S. Joannis prior, mediam; Chiappinus Vitellius, marchio Chetovae* (corr. *Cetonae*), *dux veteranus & celebris, postremam... Duodecim dierum itinere Burgundiam emensus est, duodecim aliis Lotharingiam... nec multo post Albanus cum universis copiis Theonvilla Bruxellam versus* (*per Lutzenburgum, Thenas, & Lovanium*), *ubi Parmensis* (Margareta austriaca, Philippi II. soror, Octavii Farnesii, Parmae ducis, conjux) *erat, eadem, qua prius, militiae disciplina & celeritate, contendit, venitque illuc die* 22. *augusti, undecimo Kalendas septembris.*

(*b*) Albani hujus ducis hasce actiones in ipso statim in Belgium adventu idem Haraeus commemorat pag. 79. *Albanus copiis, quas adduxerat ea ratione, quod* (fort. *qua*) *ostendimus, distributis, uti una nocte, si opus foret, in unum contrahi possent... die nono mensis septembris comites Egmondanum & Hornanum* (praecipuos belgicarum turbarum auctores), *ceterosque concilii status senatores a meridie ad se vocat... Porro dederat negotium, ut Egmondanus & Hornanus a domesticis suis nobilibus, diversis januis, per diversas aulas, honoris specie, educerentur. in una erat Sanchius Davila, qui Egmondanum, in altera Salines, qui Hornanum captivos sisterent. quod ea ratione est confectum, uti sine tumultu, neutro de alterius captivitate edocto, uterque captivus maneret.... Nocte proxima jubet Albanus Egmondano, scribat castellano suo gandavensi, symbolumque certum mittat, quatenus castrum, regis jussu, Alphonso Ulloae tradat. quo illud ingrediente cum duobus*

forti consilio statim praestitisti, ut, fretus virtute tua, catholicus rex labore tanti itineris aequissimo animo jam supersedere
c posse videatur (c). hujus nuncii felicitate mirandum in modum nos laetati sumus in domino, ex eoque magnopere confidimus, fore, ut, adjuvante Dei gratia, per te recuperata istic regi catholico voluntate atque obedientia populorum, rebusque sapienter compositis, provincia secura quiete ac salutari pace perfruatur. nec vero dubitare possumus, pro confirmata, ut diximus, opinione nostra de te, non minus pio & catholico, quam forti ac sa-

bus hispanorum cohortibus, praesidiarii veteres discedunt. &, non multo post, eo ducti sunt dicti duo comites captivi, servatique, donec de iis constitueretur. ceterum ad cognoscendam eorum causam, rebellionisque universa negotia judicanda, instituit Albanus novum concilium justitiae seu criminum ... eaque ratione idem brevi rem eo perduxit, uti jam de profectione sua in Belgium, tamquam parum necessaria, rex (Philippus II.) *cogitationem deponeret, maxime cum eum quoque retardaret captivitas principis Caroli, filii sui, secutaque ejus mors, cum tristi funere Isabellae francicae, dilectae conjugis, ad haec maurorum in regno Granadae seditiones rebellionesque.*

(c) Atqui, ante hoc tempus, iter Philippi regis in Belgium ad illas provincias pacandas necessarium Pius pontifex existimarat. vide ejusdem commentarium ad rossanensium archiepiscopum, pontificium apud Philippum in Hispania nuncium, hoc eodem anno missum, quem nos in Gratiani vol.II. *de script. inv. Min.* conjecimus pag. 295. & seqq. Sed & has ad ipsum Philippum de eadem re litteras, die 17. jan. dederat: *Charissime in Christo fili noster &c. Cogit nos & commissum nobis a Deo officium, & paternus erga te amor ea de re cum majestate tua agere, de qua saepius jam egimus; &, quo pejore in dies loco res Flandriae esse audimus, eo impensius hortari, monere & instare, ut, sine longiore cunctatione, ad eos sedandos tumultus sese conferat. potest etiam nunc majestas tua, si illuc ierit, aut saltem in Italiam primo quoque tempore venerit, & eo firmum exercitum praemiserit, saluti ejus provinciae providere. sed, si segnius egerit, tunc cupiet illis rebus succurrere, cum minime poterit. crescit in dies studiosis novarum rerum hominibus animus, quod nondum majestatem tuam se istinc commovere audiunt. e contrario autem debilitantur & franguntur catholicorum animi, quod nondum ullum certum nuntium acceperunt, te ex Hispania discessurum. proinde hortamur te & rogamus, ac per redemptorem nostrum obtestamur, charissime fili, ut, cum primum veniendi facultatem nactus fueris, omni mora omissa, in Italiam venias, quo cum veneris, de eundo in Flandriam commodius deliberare poteris. fama ipsa interim tui in Italiam adventus, si modo mature & cum magnis copiis veneris, non parum eorum, qui in fide & devotione manent, animos confirmabit, & rebelles ac seditiosos deterrebit ... Utinam perspicere plane posset majestas tua curam & angorem nostrum, cum, tamquam ea, quae oculis aspiciuntur, cernamus ruinam, quae imminet, nisi tanto periculo per te obviam eatur. itaque non contenti his litteris, hac eadem de re cum majestate tua quamdiligentissime agere voluimus venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum rossanensem, nuntium nostrum, avidissime aliquem certum nuntium de te in Italiam venturo expectantes. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 17. jan. 1567. pontific. nostri anno 2.*

ac sapiente duce, quin in ista cogitatione constituendarum rerum habiturus sis eam rationem status religionis ac Dei gloriae, quam haberi oporteat. &, quoniam seditiosi isti religionem ipsam praetendunt cupiditati suae rerum novandarum, & illam, in qua delitescunt (*d*) ad interitum animarum, speciosam simulantes salutis causam, vere regnum occupare conantur, una ratio est stabiliendae istius ditionis regi catholico, si prius firmatus fuerit catholicae fidei status: quo nisi fundamento nitatur dominatio temporalis, quomodo consistere possit, non habebit. exemplis abstinebimus eorum, qui, illo neglecto spirituali fundamento, e saeculari potestate deciderunt: nam in oculis sunt, neque illa nos sine dolore commemorare possumus. his igitur positis, quae nobilitati tuae summae curae esse, nobis persuademus, te vehementer etiam atque etiam cohortamur, ut in eam incumbas voluntatem, ut istius provinciae decreta de catholica religione, quae Placita (*e*) dicuntur, inviolate serventur; est enim in eorum observatione collocata magna spes communis istic quietis ac tranquillitatis. in qua etiam cogitatione quia te pie defixum esse, nobis pollicemur, scito, nos, qui accessus istuc tui praeclaris initiis valde recreati sumus, reliquam praeterea laetitiam cogitatione praecipere (*f*). itaque futurum spera-

(*d*) *miseri sunt* cod. barber. Emendavi ex ingenio. nam codicem tabul. vatic. in quo hanc eamdem epistolam reperiri pag. 276. noram, consulere mihi non licuit. putavi autem, Pogianum, ita, quemadmodum emendavi, scribentem, prae oculis habuisse Ciceronis illa libri IV. *Acad. quaest.* cap. 15. *Nonne ... exortus est ... Arcesilas, qui constitutam philosophiam everteret, & in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent, quidquam sciri aut percipi posse?* & in orat. pro *Caecina* cap. 61. *aequitatis judicium cum erit, cave in ista tam frigida calumnia delitescas.*

(*e*) *placata* cod. barber. Puto, recte me emendasse, qui illa apud Haraeum in *Annal. tumult. belgic.* ad an. 1570. pag. 111. legerim, ad Philippi II. edictum quoddam pertinentia: *Quicumque turbis & seditionibus praeteritis, quocumque modo in* Placita, *Decreta, Edicta peccarunt, iis quidem poenitentibus peccatum condonabitur &c.*

(*f*) Animi, id, quod futurum erat, praesagientis, haec sunt. nam insignes de haereticis victorias dux hic Albanus postea retulit; de quibus Pius ipse non unis litteris illi gratulatus deinceps est; quarum unas dumtaxat afferam, jam ante a Goubau editas.

„ Dilecto filio, nobili viro, Fer-
„ dinando Toleto, duci Albae.

„ Dilecte fili &c. Ex litteris tuis,
„ die XXV. julii datis, & ex dilecto
„ filio, viro (*fort.* nobili viro) Joan-
„ ne a Zuniga cognovimus, quam pro-
„ spere rem iterum adversus haereti-
„ cos, & eosdem serenissimi regis re-
„ belles, gesseris. Benedictus domi-
„ nus, qui, in tot curis & angoribus
„ nostris, tam laetis nuntiis nos con-
„ solari dignatur. Gaudemus, reli-
„ gionis catholicae caussa, tam lucu-
„ lentam tibi victoriam a Deo dona-
„ tam fuisse: gaudemus charissimi in
„ Christo filii nostri, regis catholici,
„ caussa: tibi vero non solum gratu-
„ lamur,

speramus, ut in ista facultate, quam habes maximam, superiores tuas laudes praesenti fortitudine ac prudentia cumulandi, pii omnes, salutem istorum populorum tibi acceptam referentes, tuam virtutem grata memoria & perpetua gratiarum actione
g prosequantur. Romae. Kal. (g) octobr. M. D. LXVII.

„ lamur, cui, praelia domini praelianti, tam manifesto supernum adest auxilium, sed etiam totius ecclesiae nomine gratias agimus, quod nullis defatigatus laboribus, nullis deterritus periculis, de ea bene mereri non desistis. Perge, dilecte fili, his tamquam gradibus tibi viam ad sempiternam gloriam munire; &, sicuti coepisti, enitere, ut in provinciis istis religionem catholicam in pristinum statum redigas: cujus rei gloria omnium ducum & imperatorum victorias superabit. Salvum te & incolumem divina majestas conservet. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die XXVI. aug. M. D. LXVIII. pontificatus nostri anno tertio.

Anno vero insequente, *mense majo*, inquit Haraeus pag. 107. *papa Pius quintus duci Albano, tamquam strenuo ecclesiae romanae catholicae defensori ac propugnatori, per legatum dono Bruxellam misit gladium deauratum; & galerum valde pretiosum, solemni ritu consecratum.*

(g) *pridie Kal.* cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic.

L X.

Pius PP. V. Archiepiscopo Valentino.

6. oct. 1567. *Quae in valentini provincialis concilii volumine emendationis indigerent, emendata fuisse, significat.*

a PRovinciale concilium valentinum (a), superioribus annis celebratum, quod correctioni nostrae subjiciens misit ad
b nos bonae memoriae proximus (b) praedecessor tuus, vidimus, & a

(a) *Concilium item valentinum*, inquit Laderchius in *Annal. eccles.* tom. XXII. pag. 293. col. 1. *quod Martinus Ayála, archiepiscopus Valentinus, tertio idus novembris praeteriti anni* (1565.) *coeperat, sessionem quartam undecimo Kalendas februarii, & quintam sexto Kal. mart. hujus anni* (1566.) *celebravit, & sequenti* (1567.) *a Pio* (V.) *confirmationem obtinuit.* Idemque pagin. 454. *In Hispania*, inquit, *valentinum concilium, quod Martinus de Ayála archiepiscopus coëgerat, atque tandem absolverat anno praeterito* (1566.) *correctum & emendatum pontifex confirmavit, datis ad Ferdinandum, antiochenum patriarcham, novum archiepiscopum valentinum, loco Ayálae, qui eodem anno* (1566. die XV. aug.) *e vivis decesserat, apostolicis hisce literis. „ Provinciale concilium valentinum, superioribus annis celebratum &c. „* Eae autem litterae sunt hae ipsae, quas a Pogiano scriptas, ex codice barber. afferimus. ubicumque autem editio ab illo codice discreparit, deinceps admonebo.

(b) Omitt. edit.

& a venerabilibus fratribus nostris, quos ad interpretationem sacri concilii (c) assumpsimus in consilium, quoad ejus in praesentia fieri potuit, emendandum (d) curavimus. quae autem in

(c) *tridentini concilii* edit.

(d) Eadem fortasse illa in valentinum hoc concilium irrepserant, quae Laderchius in eadem illa pag.293.col.2. his verbis commemorat: *Ex quorundam relatione didicit ipse* (Pius V.), *in provincialibus hujusmodi synodis multa haberi, quibus ecclesiastica libertas, sanctae apostolicae sedis dignitas, & ipsiusmet sacri concilii tridentini decreta* (*ex cujus tamen decreto provincialia eadem concilia coacta erant*) *postheberentur. hoc igitur nuncio consternatus Pius, statim malo occurrendum duxit, monendosque officii sui praesules, ne quovis praetextu a recta tritaque semita abripi se paterentur*. de qua re scriptam ad archiepiscopum caesaraugustanum ad ejusque suffraganeos a Pio epistolam sequentem idem Laderchius pag.294.affert, eodemque exemplo alias ad alios, ac nominatim ad archiepiscopum valentinum, datas affirmat:

„ Ven.fratribus archiepiscopo caesaraugustano & suffraganeis ejus, in „ provinciali synodo congregatis vel „ congregandis.

„ Pius PP. V.

„ Ven. fratres &c. Cum laboriosissimum apostolatus officium, nostrae quidem infirmitatis nobis conscii, sed divinae voluntati humiliter obedientes, suscepimus, id nobis solatii proponebamus, quod vos „ & reliquos fratres istius nationis, in „ partem sollicitudinis nostrae vocatos, sperabamus vestra erga sedem „ apostolicam devotione ac fide, & „ diligenti observatione sacri concilii „ tridentini decretorum, hoc nobis „ onus levius effecturos... Verum, „ non sine maxima admiratione & animi perturbatione, nobis nuper relatum fuit, nonnullos adeo officii „ sui & debitae sedi apostolicae ac „ concilio oecumenico reverentiae oblitos esse, ut decreta tanti concilii, „ quorum quidam forsan ipsimet authores vel certe approbatores fuerunt, quaeque apostolica authoritate esse non ignorant confirmata, & „ ab omnibus jussa servari, quibusdam in rebus restringere, in aliis „ ampliare, &, contra sanctionem fel. „ rec. Pii IV. praedecessoris nostri, „ temere interpretari minime vereantur, quod (*fort.*quid) denique eorum, & quatenus observandum & „ exequendum sit, quod (*fort.*quid) „ & quatenus omittendum ac negligendum, indicare (*fort.*indicere), „ praescribere, & sententiis suis decernere audeant, multaque ab iisdem „ tentari contra hujus sanctae sedis „ authoritatem, & contra jura ecclesiasticae libertatis... Quamobrem „ nos, apostolatus nostri officio deesse „ nolentes, ex parte omnipotentis Dei „ monemus omnes illos, si qui talia „ ausi sunt, vel, quod absit, audebunt, ut a tali mente ac tam nefanda temeritate desistant, resipiscantque & ad cor redeant. Quod si, „ spretis monitis nostris, atque hujus „ sanctae sedis authoritate contempta, quidquam decernere aut suadere ausi fuerint, quo sacrosanctae „ synodi tridentinae decreta commutent negligantve, aut temere interpretentur, & non, si quid limitandum, ampliandum, aut interpretandum visum fuerit, ipsam sedem „ consuluerint, quae sibi talem, ut „ diximus, interpretationem & potestatem reservavit, vel si contra libertatem ecclesiasticam quidquam „ statuerint, indignationem Dei omnipotentis, ac beatorum Petri & Pauli, apostolorum ejus, & nostram „ se

e in (e) eo corrigenda, de ipsorum etiam venerabilium fratrum sententia, nunc visa sunt, ea hic infrascribi jussimus. porro fraternitatis tuae tuorumque coëpiscoporum officium erit illa diligenter animadvertere, &, ut ad ea ipsa concilium istud
f omnino accommodetur & conformetur, sedulo curare (f); in iis vero etiam, quae deinceps istic, Deo approbante, provincialia concilia habebuntur, earundem infrascriptarum correctionum nostrarum semper meminisse, ita ut ab illarum ratione atque sententia nullo unquam tempore discessisse videamini. Ro-
g mae. prid. (g) non. octobr. M. D. LXVII.

LXI.

„ se noverint incursuros: & nihilominus ex nunc, si qua attentata vel acta fuerint, ut praefertur, contra ecclesiasticam libertatem, vel decreta concilii tridentini, vel authoritatem hujus sanctae sedis, ea omnia & alia quaecumque in vestra synodo sancita, decretata (*fort.* decreta) fuerunt, sancienturve aut decernentur, irrita & inania decernimus ac declaramus... Datum Romae... die XII. maji 1566. pontif. nostri anno primo.

(e) Omitt. *in eo* edit.

(f) Iis plerisque, quae in valentino concilio Romae displicuerunt, offensum jam ante sua sponte valentinum hunc archiepiscopum fuisse, docet epistola, cardinalium, concilii tridentini interpretum, nomine ad eum a Pogiano scripta; cujus exemplum exstat in codice *Congregationis* concilii pag. 172. hujusmodi:

„ Reverendissime domine. Gratissima fuerunt sanctissimo domino nostro, quae ab amplitudine tua notata ac sublata sunt de provinciali concilio proximi antecessoris tui: in quibus reverentiam & pietatem tuam erga hanc sanctam sedem, sibi semper antea cognitam, sua sanctitas libentissime recognovit; judicium vero ac prudentiam ejus laudavit, quae illis ipsis offensa sit, quae, inter caetera, hic etiam emendata fuerunt: quemadmodum ex brevi ejus sanctitatis, & iis; quas in eo infrascriptas annotationes, de sententia illustrissimorum cardinalium sacri concilii, ad te mitti jussit, intelliges. Ego amplitudini tuae de recuperata valetudine gratulor, Deoque gratias ago; qui salutarem ei prosperitatem largiatur. Vale in domino. Romae. III. id. novembris. M. D. LXVII.

(g) *die quarta novembris* edit. Idque rectius puto. propius enim accedit ad diem, quo proxime allata cardinalium, concilii tridentini interpretum, epistola (in qua has ipsas significari Pii V. litteras, manifestum est) data conspicitur.



LXI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Archiepiscopo Cameracensi, & Episcopo Leodiensi. (*a*)

Epistola commendaticia.

a 8. oct. 1567.

ITA mihi honestum rectumque visum est studium M. Antonii Marchii, ut, nisi eum amplitudini tuae studiose commendarem, officio meo deesse mihi viderer. is cum omnino constituerit colere studia literarum & optimarum artium, facultates, ut audio, necessariae ad eum cursum conficiendum, ei desunt. itaque magnopere ipsi opus est opera ac benignitas amplitudinis tuae. quamobrem ab ea vehementer peto, ut, cum primum aliquod in ista dioecesi vacaverit ecclesiasticum beneficium, illud in ipsum M. Antonium conferre velit. complectetur enim hominem dignum sua benignitate, qui non vulgarem sui expectationem concitavit: plurimum amplitudini tuae debebit eo nomine Franciscus, M. Antonii pater, clarus & fortis dux, qui nunc honorificam operam navat illustrissimae ac praestantissimae faeminae Margaritae austriacae, Flandriae regenti (*b*). inibit etiam ea re magnam a Deo gratiam, laudemque ab hominibus consequetur; mihi vero gratissimum faciet, qui istius M. Antonii causa, praeclara cupientis, & rectis euntis itineribus, omnia cupio. commendo igitur eum vehementer tibi. Vale in domino. Romae. VIII. id. octobris. M. D. LXVII. b

(*a*) Inscriptio hujus epistolae in codice barber. haec est: *Archiepiscopo Cambrai, & episcopo Liegi.* Videtur autem ad utrumque eodem exemplo fuisse missa. Cameracensium archiepiscopus erat hoc tempore Maximilianus a Bergis, vide pag. 281. in qua quum eum anno 1570. mortuum, Bucelinum auctorem sequuti, recte dixissemus; librarii deinde, sive typothetae nostri negligentia factum est, ut pag. 284. idem *e vivis sublatus anno* 1572. prave diceretur. Leodiensium vero episcopus erat Gherardus Grosbechius: de quo vide pag. 314. col. 2.

(*b*) Vide vol. III. pag. 37.



LXII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Lucensibus.

11. oct. 1567. *Commendaticiae epistolae respondet.*

a ADjacensem episcopum (*a*), sibi a vobis commendatum, qua est in rempublicam vestram patria charitate, multo etiam libentius eo nomine vidit sanctissimus dominus noster; cui perjucundum fuit officium pietatis & observantiae, vestris item verbis ab illo ejus sanctitati coram persolutum. eum igitur studio & gratia sua, ubi opus fuerit, semper benigne complectetur. vobis interea sacrum apostolicae benedictionis munus impertit. Valete. Romae. v. id. octobr. M. D. LXVII.

(*a*) *Adjacium* (inquit Philippus Ferrarius in suo *Lexico geogr.*), Ajazzo, *sive* Ajaccio, *urbs Corsicae maritima, episcopalis, sub archiepiscopo pisano, in ora occidua, olim Vrcinium*. Adjacensium autem hunc episcopum fuisse eum puto, qui in cathalogo episcoporum, qui, a Paullo III. creati, concilio tridentino interfuerunt, recensetur his verbis: *Joannes Baptista de Bernardis lucensis, episcopus adjacensis*.

LXIII.

Julius Pogianus Octaviano Ferrario. (*a*)

11. oct. 1567. *Respondet Ferrarii epistolae, quam habes supra pag. 335.*

REcens epistola tua telum acerrimum, gladiatoris ictus, sed ex eadem manu praesens remedium. o gravem ad-
b versarium! o mirum medicum! o suavem amicum! At (*b*) minime sequitur necessario, ut, qui homini aegroto vel remedio vel solatio subveniat, is Julio medeatur. Non arbitror ei, qui dialecticis sit imbutus. verum, si is aeger homo Julius sit, si clamet, si, aperta doloris causa, flagitet medicinam, tu vel ei, ex renibus laboranti, ad lippitudinem medicamentum dabis, vel, eodem omisso, alii cuipiam curationem adhibebis? At belle haec fortasse simulo, aut in sinu etiam gaudeo: adjeci enim jam oculum uberi praemio, quod huic labori constitutum sperem. tanti id est, ut majoribus etiam incommodis mercari

(*a*) *Ferrerio* exempl. Emendavi.

(*b*) Hic, tamquam per dialogum, inducitur Ferrarius quaedam epistolae suae capita inculcans, & Pogianus eadem refellens.

cari possim. Hoc Ferrarius (c) meus affirmat, testatur Aristoteles, me vel non vere dolere, vel majori spe dolorem solari, ut alterutrum mihi vestro arbitrio, non meo sensu, fatendum sit. quid ni faciam, in tam locuplete & auctoritate & testimonio? urges tu, tantus philosophi discipulus; instat magister sapientissimus: & quidem impingis mihi ex libris de moribus praeceptum eximium. ac, ne mihi, ut antea, forte eum liceat eludere ore loquentem alieno, graece mecum agit, multisque & gravibus verbis. confectum negotium. concedo iterum, quod vis. sed statue aliquando, cum re superior sis, num rem ipsam victoriae vocabulo libeat appellari. non erit indigna (d) vel grandi natu, vel (e) philosopho, peripatetico praesertim. ego non possum magis prae me ferre, me esse victum, cum etiam ex circuitu & orbe orationis, quo nonnunquam delectabar in epistolis, tantum summiserim. Sed illud serio. Cargae reditus ad urbem (f), quam istuc profectio fuerit, mihi jucundior est: etsi nihil in illa (g) jucundum, nisi quod ad te, ad Crucejum, ad Capram. illum Epicuri inanem deum, nemini vel propitium vel iratum, jam non amo. quis enim amet, qui *nec bene promeri-*

(c) *Ferrerius* exempl. Iterum emendavi.

(d) Ita Ferrarius in illa sua epistola scripserat: *Quod ipsum tibi sit argumento, de inani victoria nihil me laborasse antea, sicuti ne nunc quidem laboro. juvenes ista sollicitant ... In natu grandi, in philosopho nulla est libido rerum talium.*

(e) Omitt. *vel* exempl. & poterat fortasse abesse. verum, si adsit, concinnior mihi videtur sententia.

(f) De Joanne hoc Carga vide, si lubet, pag. 274. & seqq. Mediolano Romam redeuntem hisce ad card. Sirletum litteris, quas ex cod. vatic. 6189. pag. 425. depromsi, card. Borromaeus prosequutus est: *Il Carga ha trovato quest'aere di Milano* (quo se proximo vere, mense, ut opinor, majo contulerat) *tanto contrario a' suoi occhi, ch'è stato necessitato tornar a Roma: & io, riguardando più alla salute di lui, che al mio servitio, glie ne ho dato licenza, finchè risani. onde lo raccomando a V. S. illustrissima con quell' affetto, ch'ella la raccomandò a me: & la prego, che a buona occasione rappresenti a nostro signore* (Pio V.) *le cicatrici, che porta nelle pupille degli occhi, per servire la sede apostolica* (fuerat enim pontificiarum litterarum scriptor. vide pag. 275. col. 2.), *& insieme procuri, che sua santità gli faccia quella mercede, che non posso far io, & che mi par meriti; almeno per dar essempio agli altri, che vengono a Roma, di spender volentieri & la vista & la vita in servitio di quella santa sede. Esso darà conto a V. S. illustrissima di me, & per me le bacierà le mani, come io faccio, pregandole dal signor Dio ogni felicità. Di Milano. a' 21. di settembre 1567.*

Humilissimo servitore
C. card. Borromeo.

(g) Ait, illam Cargae Roma Mediolanum profectionem (quae ante paucos menses contigerat) non nisi hanc unam ob rem sibi jucundam fuisse, quod ad Ferrarium, ad Crucejum, ad Capram, amicissimos homines, ille proficiscebatur. De Capra & Crucejo alibi diximus.

h *meritis capitur, nec tangitur ira* (h)? Quam tuis verbis nunciavi salutem Alciato cardinali, praestanti viro, fuit ei jucundissima, ut etiam epistolam legere voluerit. delectatus est mirum in modum. quid quaeris? nihil est, quod non tua causa
i velit. A Manutio & Pantagatho (i) salvebis. Saluta mihi domum

(h) Ex Lucretio lib.I. non longe ab initio:

Omnis enim per se divum natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam, privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.

(i) Epistolam Pogiani *Certum consilium* cum enarraremus, ita nos scribere pag.112.col.2. meminimus: *De Octavio Pantagatho actum saepe a nobis est, praesertim pag.330.vol.III. sed uberius agemus, ubi ad epistolam* Recens *d.11. oct. an.1567. qui annus illi vitae supremus fuit, venerimus.* Quo cum, Deo adjutore, ventum a nobis sit, sane, quod polliciti sumus, exsequamur. Ac primo quidem praecipua quaedam de eo ex ejus *Vita*, ab Joanne Baptista Rufo conscripta, Romaeque Varesii typis anno 1657. edita, habeto. Pag.9. *Octavius*, inquit, *Bagattus primo, Pacatus mox & Pantagathus, clarus patria, majoribus obscurus, nascitur Brixiae: ubi apud servos Mariae tyrocinium ponit. Parisios proficiscitur studiorum causa .... Multis jam tunc instructus auctusque documentis latii sermonis erat, non apud Pomponium Laetum Romae, ut quidam suspicati sunt ex inscriptione libelli de magistratibus ejusdem ad quemdam M. Pantagathum; cum Pomponius saeculum quartum supra decimum non superaverit, & tunc Octavius admodum puer erat ... Parisiis insignia doctoratus jurisprudentiae & theologiae consecutus docuit theologiam ... In Italiam redit adscitus in familiam Joannis Salviati cardinalis, qui fuit Leonis X. sororis filius ... Cum quaereretur Abbas marianensis in Sicilia, Salviati opera Octavius in demortui locum suffectus est ... declaratus Abbas non veste & amictu religionis dehinc incessit, at, concesso tum more, clericorum consuetudine usus, occasione novae dignationis ... Moritur Salviatus sub annum 1553. Octavius ... Romae conducta domo, supellectili honesta, censu ex Sicilia aliquandiu vixit; donec religioni & obedientiae tandem redditur. edicente enim Paulo IV. pontifice, ne amplius vagi & divisi agerent, qui legibus & institutis initiati tenerentur, dicto parens sepsit se claustro S. Mariae in Via, eo secessu adeo delectatus, ut raro inde pedem extraxerit ... Nihil unquam edidit ... Nominatur inter alia praesertim ejus operum historia ecclesiastica, series seu catalogus temporum, quam chronologiam vocant, signatis imperatoribus, regibus, conciliis, pontificibus. Historiarum folia sive fragmenta apud Caesarem Baronium, mox cardinalem, asportata narrat Octavius Roscius ex ipsius voce, ut erat homo candidus & veritatis amator, qui insuper manu Pantagathi asseruit, & aspicienda obtulit. Notitias vero rerum romanarum & antiquitatum ad manus Onuphrii Panvinii pervenisse, vulgi fama est, & Roscii opinio .... Romae obiit apud S. Mariam in Via, ibique conditur, addito elogio, marmore expresso, quod in porticibus interioris domus ob novam templi constructionem translatum hodie*

mum tuam, & communes amicos. Vale. Roma. v. id. octobris. M. D. LXVII.

hodie videmus... „ *D. O. M. F. Octavio Pacato* Brixiensi *sodalitatis servorum Obs. sodali, viro antiquae probitatis, tantique erga omnes officii, ut unus in urbe Patris cognomine coleretur, Augustinus & Jo. Antonius Ricciardi haeredes ex test. avunculo benemerenti P. Vixit an.* LXXIII. M. IIII. D. XX. *Obiit an. sal.* MDLXVII. XIIII. *Cal. Jan.* „

Quas *notitias rerum romanarum & antiquitatum ad manus Onuphrii Panvinii pervenisse ex vulgi fama, & Roscii opinione*, Rufus paullo ante affirmavit, de ea re nihil nobis temere credendum censeo. Si quid ejusmodi ad Panvinium pervénit, necesse est, id ad ipsum, aut vivente Pantagatho, aut mortuo, pervenisse. viventi quis existimet adeo suorum studiorum tam multarumque vigiliarum fructus displicuisse, ut alieno homini fruendos atque adeo abutendos traderet? Pantagatho autem die 19. decembris anni 1567. mortuo, possumusne existimare, opimam illam tot insignium manuscriptorum hereditatem non ad sodales contubernalesque suos, sed ad externum hominem pervenire potuisse? Adde, quod inter Pantagathi & Panvinii obitum ne trimestre quidem integrum spatium intercessit; quod quidem partim in apparando, partim in suscipiendo, partim in conficiendo siciliensi itinere totum a Panvinio consumtum est (vide hujus vol. paginam 93. & seqq.): ut ne tempus quidem, ad agendum transigendumque de Pantagathi scriptis, illi suppetere potuisse videatur. Denique ejusmodi vir Panvinius fuit, ut nullius aequalis scriptoris opera aut adminiculo ad antiquitatem cognoscendam atque illustrandam indigeret. suo ipsius, ut dicitur, marte, veteris memoriae universae scientiam consequutus est; qui fontes ipsos cum sacrae tum profanae antiquitatis adierit, non rivulos consectatus sit; quique, annis ipsis ante Pantagathi obitum decem, in epistola ad card. Alexandrum Farnesium *Parmae Kal. majis anno domini* 1557. data, ejusque admirando operi de *Romanis pontificibus, & cardinalibus S. R. E. Venetiis* eodem anno *per Michaëlem Tramezinum* edito, praefixa, non dubitarit illa scribere, quae ego, ad omnem incommodam suspicionem, quam nuper allatus Rufi locus de Panvinio commovere posset, removendam, describere hoc loco non gravabor: *Historia demum*, inquit, *ut paucis multa complectar, ea una est, qua, tanquam temporum teste, veritatis luce, memoria vitae* (fort. *memoriae vita*), *&, quod utilissimum est, vitae nostrae magistra, unusquisque uti potest... Quae & similia quum ego mecum diu multumque cogitassem, quantum in me est, studio juvandi humanum genus, animum ad historias conscribendas converti. quum enim admodum adolescens, sive cupiditate cognoscendi, sive naturali quadam vi & inclinatione impulsus, totum me ad veterum monumenta perquirenda dederim, mihi jam videor eo provectus esse, ut ea, quae sparsim, confuse & indistincte in sexcentis prope annalibus legerim, aliis forte meliori ordine ac minore labore legenda tradere possem... Atque in primis ad veterem populi romani historiam, quae omnium eminentissima & dignissima est, manus admoveram, aliquotque jam in ea non vulgares lucubrationes edideram: quum suasu primo, postea jussu beatissimae recordationis Marcelli II. pontificis maximi, qui eo tempore cardinalis S. Crucis erat, coactus fui ad tempus ea, quae in historia romana conscripseram, imperfecta relinquere, & totum ad historiam ecclesiasticam, religionis scilicet, me convertere... Tunc itaque, non sine maximis corporis laboribus & periculis, varia vetusta monumenta, praeter ea, quae in unum jam ante congesseram, perquirere, & in sexcen-*

sexcentis libris sparsas hujus rei memorias magna cum diligentia & sedulitate in unum colligere coepi. nihil harum rerum fuit in urbe Roma, supra caeteras orbis civitates copiosissima, nihil in urbis templis, nihil in basilicis, nihil in archiviis & bibliothecis, cum publicis tum privatis, quo ad scribendum mihi opus esse existimarem, quod non diligentissime perquisierim, invenerim, atque etiam quod non, maximis, pro tenui fortuna mea, sumptibus, vel ipse exscripserim, vel ab aliis exscribenda curaverim. peregrinationem quoque hujus rei causa longam & laboriosam per diversa terrae Italiae loca suscepi &c. Sed nos reliqua de Pantagatho videamus.

Exstat Mediolani in ambrosiana bibliotheca manuscriptum card. Friderici Borromaei *de fugienda ostentatione* opus, ex cujus operis libro I. cap. 1. quaedam in Caroli Sigonii *Vitam* Ludovicus Antonius Muratorius transtulit, ex quibus haec mihi, ad Pantagathum pertinentia, describenda duxi: *Caeterum in academia illa Pomponii Laeti fuisse videtur Octavius Pantagathus; eique rei argumento est mss. in vaticana bibliotheca codex de arte grammatica ad Thomam episcopum leonensem* (equidem qua ratione is codex ei rei argumento esse possit, sane non video. erat certe admodum puer Pantagathus tum, cum Pomponius Laetus mortuus est, quem alii die 21. maji an. 1497. alii die 9. jun. an. 1498. obiisse tradiderunt: quo quidem an. 1498. non nisi quartum aetatis annum Pantagathus agebat), . . . *Peritissimus erat omnis antiquitatis, vidimusque ipsius chronica de rebus romanis, ms. opus . . . Est in bibliotheca ambrosiana codex ipsius ms. qui rationem accepti & expensi continet cum hac inscriptione „ Codex rationum Octavii Pagati „. Eum librum qui legat, facile intelligat, quanta notitia fuerit viro ad veteris monetae valorem. Laus ipsius tumulo nominatim adscripta est, quod rationum dimensionumque antiquarum peritissimus fuerit* (Atqui in ipsius monumento non nisi id elogium, quod proxime ex Rufi commentario recitavimus, hodie legitur). *Vir sane eximius, & dignus, a quo omnes in illo genere erudirentur, nihil unquam typis mandavit: tantum exire in manus hominum manuscripta quaedam est passus, nimirum judicia hominum pertimescens, quum verius esset, Pantagathi judicium ab aliis timeri.*

Jam, quo illa de Pantagatho, superius a Ruso commemorata, partim illustrentur, partim suppleantur, nonnullos epistolarum, a Latino Latinio ad Andream Masium datarum, locos adscribemus. Die 26. mart. 1554. *Pater*, inquit, *Octavius impuberi cardinali* (Roberto Nobilio) *custos moderatorque additus, quod minime unquam speravit, ternas quotidie aut quaternas horas id aetatis homo illi operam dare cogitur: quae res & mihi & multis incommode plane cecidit; annalibus autem, quos jam ad umbilicum fere perduxerat, ejusmodi impedimentum attulit, ut verear, ne ullo unquam tempore absolvantur. sed quid agas? hanc communem omnium jacturam aequo animo ferre debemus, quando ita Deo placuit; cujus nutu & voluntate stant, atque moventur universa.* Die 28. oct. 1555. *Pater*, inquit, *valet, tibique, quam salutem per me adscribi voluit, libentius praesens praesenti jam tandem diceret . . . Camerarii versiculos probarunt Pater, Foërnusque.* Die 12. nov. 1555. *Pater*, inquit, *Octavius, quem Socrati comparas, dispeream, si poterat aptius veriusque cum quoquam conferri. nam, ut omittam animum in omni virtutum genere simillimum, illud etiam, si quid tibi ad rem facere videbitur, observavi, ut non longe etiam facies alterius ab hujus facie distet, si modo, quae Socratis signa circumferuntur, veri Socratis formam aliqua ex parte referunt. Huc accedit Nicolaus, qui Xanthippen ita in omnibus repraesentat, ut non asperior illa in exercendo Socrate, quam hic ubique*

P. Octa-

P. Octavio. Nosti puerum imperiosum, difficilem, semper querulum. Quid quaeris? vidisti multum, mi Masi; nec te quicquam divinius oracula Delphis.

Aliam praeterea Pantagathi cum Socrate similitudinem Q. Marius Corradus in extremo libri III. *de lingua latina* prooemio (edit. bonon. an. 1575.) animadvertit; cujus haec sunt verba: *Octavii autem Pantagathi graviores illae musae & arcanae domi tantum & intra domesticos parietes semper cum doctissimis loquuntur. Hic nobis vir, ut Gabrieles (sic) etiam Tripho, veterem Socratis illum renovat morem, ut aliis communicare malit, quae scribat. Infinitum &c.* Sed fortasse Corradus aliter postrema scripsit, quae sic, ut puto, legenda sunt: *ut aliis communicare malit, quae scribant, quam ipse quidquam scribere.* Caeterum valde pervulgatum est Ciceronis illud de Socrate lib. III. *de orat.* cap. 60. *Cujus ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cum ipse litteram Socrates nullam reliquisset.* Ac Pantagathus quidem *nullam ipse litteram* suam edidit, at non tamen *nullam reliquit.* Scio, ubi quaedam alterius hujus Socratis scripta delitescant: eaque jampridem e tenebris in lucem adspectumque eruditorum extraxissem, si id mihi per quosdam ejusmodi litterariis thesauris incubantes dracones facere licuisset. Nunc reliquas Latinii de Pantagatho litterarum ad Masium particulas persequamur.

Die 22 aug. 1558. *Pater*, inquit, *Octavius noster jam aliquot dies non levi sollicitudine laboravit, quonam tandem apostatarum causa ventura esset. nunc, publicato* (a Paullo IV.) *decreto contra illos, patroni mei* (cardinalis Putei) *decreti illius verba diligentissime verissimeque interpretantis, auctoritate fretus acquiescit; sibique licere omnino putat & extra sodalium suorum contubernium vivere, & monasterii, olim sibi commendati, fructibus pro suo jure frui.* Die 7. jan. 1559. *Zanchius noster*, inquit, *in apostatarum tempestate gravi carceris dolore confectus, jampridem obiit. Pater Octavius autem ita eum casum tulit, ut, praeter molestum illum tot scalarum adscensum, in libero, sed angusto sublimique cubiculo, nihil illi prorsus ademptum esse videatur. Quod ego nunc tibi eo libentius scribo, quod intelligebam, te de ea re vehementer esse sollicitum. Quare nihil est, quod illius causa labores. quin potius ejus te fortitudo non modo delectare, sed etiam provocare ad imitandum debet.* Die 7. nov. 1559. *Pater*, inquit, *Octavius valet, sicilienfique sacerdotio apud sodales suos etiamnum sustinetur. homo jam gravis aetate, & vetere quoque cruris morbo impeditior, audit tamen quotidie* (*nam ad eum frequentes adeunt*), *quos ille, ut solebat, humanissime semper accipit.* Die 5. aug. 1561. *Pater*, inquit, *Octavius, praeter cruris ulcus, quod in annos singulos magis ingravescit, valet optime.* Die 11. dec. 1562. *Amisimus*, inquit, *ante annum Faërnum totum, nunc P. Octavium dimidiatum amisimus. olim dextero quoque uti nobis commode licuit; nunc sinistro tantum, eoque jacente licet uti. nam XV. Kalendas octobris nervorum resolutione correptus partem dexteram corporis a naribus ad extremos pedes prorsus amisit: sinistram tamen integram retinet. cerebri & oculorum vis nihil laesa: lingua facta est impeditior; eaque causa morbum minus patienter ferre videtur. quamquam is aequissimo animo fert, nec quicquam pristinae consuetudinis intermisit. decumbit necessario semper: numquam tamen solus vigilat; aut cum vivis aut cum mortuis amicis assidue versatur loquiturque. Nosti, mi Masi, hominis humanitatem, nosti cupiditatem & studium quemvis juvandi. Hic igitur est Octavii status, ut vides, plane* ἡμιθνής: *Cypriani enim mei verbo libenter utor. Medici, quod possunt, praestant: pollicentur autem pauca. Sed non tamen homini spem praecidunt, fore, ut sentiendi & movendi vim aliqua ex parte recuperet. Ego, mi Masi, in aetate hominis extrema*

mo (agit enim annum sexagesimum nonum) nihil magnam spero ; quin vereor potius , ne ex diuturna jacendi consuetudine , velut ex inerti quodam otio , paulatim hebescant animi vires , simulque languore corpus contabescat . sed Deus meliora . idibus novembris , medicorum consilio , decocto radicis , non multo ante in medicum usum receptae , utitur . eam multi existimant smilacis asperae radicem esse . constat autem inter omnes , eam siccandi & calefaciendi facultate praestare ligno indico , ocyus prodesse , si quando opem est allatura . De curatione satis . tui memoriam amantissime colit . salutat autem & te & uxorem tuam cum Henrico utroque , cupitque precibus vestris morbum suum aliqua ex parte levari ... Haec ad te XVI. *Kal. decembris scripseram ... Pater Octavius noster ex radicis decocto interim tantum adjumentum consecutus est , ut jacentem paeneque mortuam dextri cruris molem jam aliquantum moveat , sentiatque nervorum subsidio contrahi remittique posse .* Die 14.septembr. 1563. *De septuaginta autem ,* inquit , *nisi prius aliquid documenti de tuis Syris dederis , utemur antiquorum jureconsultorum formula „ Uti possidetis „ . Sed quid cum P. Octavio agendum tibi sit , ut hebraeorum in temporum ratione tradita sententiam atque decreta tuearis , plane non video . Id unum perspicio , tantum tibi negotii in ea re fore , ut Octavio satisfacere possis , ut contra is se tibi etiam invito probaturum denuntiet , tum in multis nihil scire aut sapere gentem jampridem profugam , tum in temporibus colligendis nihil omnino certi tradidisse : ita ut , si posthac ab eorum ineptiis (ut appellare solet) stare te senserit , verendum maxime sit , ne , quem semper antehac inter rarioris eruditionis , acriorisque judicii viros numerare ac praedicare honorifice consuevit , nunc de ea opinione deductus , aliter de te sit existimaturus .* Die 8.jul.1566. *Vidi quoque ,* inquit , *apud P. Octavium Josephi Scaligeri in M. Varronem de lingua latina adnotationum libellum , quas , ut prudenter Octavius existimat , Julius Caesar pater adornarat , & fortasse non dignas suo nomine judicarat .* Die 24. oct. 1567. *Legi nuper ,* inquit , *epistolam tuam ad P. Octavium ; ex qua libenter cognovi , te quartana jampridem liberum , & Octavii litterarum ita cupidum , ut , nisi ego egregie sum stupens stipesque , illius animum non mediocriter commotum putem . est enim , ut scis , cum aetate jam affectus , tum corpore ita debilitato , ut paene parum absit ab inutili prorsus & emortuo . non sinit tamen libenter desiderari a se vel levissimum amici hominis officium . quare rescribit ilico ad omnium litteras , ac pro virium reliquiis summo studio praestare nititur & pristinam benevolentiam omnibus , & memoriam suavissimae consuetudinis . Sed , ut nunc quidem est , expectat ipse verius expetitque ab aliis ea benevolentiae humanitatisque officia ; quae jure optimo aetatem suam infirmitatemque ab amicis postulare intelligit . quare censeo oportere , te satisfacere homini amantissimo tui , non mediocriter litterarum tuarum expostulatione commoto .* Die denique 22.decembris 1567. *Dederam ,* inquit , XVII. *Kal. ad te litteras . nunc vero , etsi permolestum esse multis scio , ut de amicorum morte certiores fiant , putavi tamen oportere , me de tua prudentia & pietate tantum sperare atque confidere , ut , quod aeque omnibus necessaria conditionis nostrae lege impositum est , id tu aequissimo animo , cum nuntiaretur , & audires & ferres . P. Octavius* XIV. *Kal. hora noctis secunda eodem morbo extinctus creditur , cujus vi jam ante quinquennium dextrum totius corporis latus resolutum & sensum & motum amiserat . Decubuit ille quidem biduum non sine febricula , ex vehementi stomachi dolore contracta , sed nihil minus tamen , quam mortem adeo celerem in corpore valido , viribusque etiam tum firmis metuerunt medici ; quorum operam opemque ut implorandam adhibendamque omnino, cum gravi-*

graviter aegrotamus, recte, ut opinor, semper existimavi, ita vanissimos eas esse mihi persuasi, qui illorum praedictionibus facile permoventur. Sed haec alias. tu, quem viventem unice dilexisti, ejus mortui memoriam ut amice colas, si abs te petam, vereor, ne ineptum me prorsus judices.

Extremae sint hae Christophori Rossii litterae ad card. Sirletum paucis post Pantagathi obitum diebus datae; quas e codice vaticano 6189. descripsi: *Illustrissimo & reverendiss. monsignore. La morte dell'ottimo padre Ottavio mi ha fatto quasi stordire e la mente & i sensi, non solo perchè la mi sia stata inaspettata, per havere poco prima havute lettere da quella benedetta anima, dove non si faceva mentione di nova niuna indispositione, ma anco perchè la rarissima bontà di un tanto homo mi haveva ingenerato, non sò a che modo, oppenione, ch'egli dovesse essere poco meno che immortale, e che, si come egli haveva ottenuti dal grandissimo Iddio molti rari privilegi d'integrità eccellentissima, di sincera e non punto finta religione, di scienza più che ordinaria, così anco egli havesse havere particolare gratia di vivere un pò più, solo perchè i meno perfetti havessero alquanto di tempo più a mirare quasi in vivo specchio le virtù molte e molte, che nel benignissimo padre rilucevano. ma ecco come riesce a nulla lo sperare che facciamo noi homini: ecco che in un punto ci si raversscia ogni discorso. Dio Dio solo idem ipse est: noi altri e tutte le cose nostre χόρτος καί. Io, in quanto a me, per questa acerbissimo caso mi son sentito (e credami V. illustrissima e reverendiss. signoria) tutto commovere, considerando, meglio, che prima non faceva, alla fragile natura delle cose di quà giù, che, per belle e buone, ch'elle si sieno, d'hora in hora se ne vanno in fumo. e molto ben disse chiarito del mondo colui ἐλπὶς καὶ σὺ τύχη μέγα χαίρετε. Pure tra questi mestissimi pensieri insorge sù qualche poco di consolatione, mentre ch'io vò considerando, che questo honoratissimo homo è stato in ogni tempo tanto fedele amico di Dio, e tanto zeloso dell'honore di quello, che in ricompensa hora gli sia stato sotto parte del regno del celo. del che se ne deono agevolmente contentare tutti gli affettionati suoi, riguardando più all'eterna gioia del padre, che a particolare veruno interesse nostro, che dal conversare seco potessimo trarre intorno a' fedeli e savi consigli, intorno alle discipline o ammaestramenti del ben e christianamente vivere. tanto più, che, se pure ciò ricerchiamo, l'infinita clemenza del vero signore ne fa ancor gratia dell'illustrissima signoria vostra, dalla quale in tutte le dette maniere ogni presidio possiamo securamente aspettare &c. Dal Borgo il dì XII. di gennajo.*

Di vostra reverendiss. & illustriss. signoria

Humilissimo servitore

Cristoforo Rossi.



LXIV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Fratri
a Joanni Stractmano. (*a*)

23. oct. 1567. *Cuidam dubitationi de abſolvendis iis, qui ſocios & participes haereſeos non indicarent, ex ſententia pontificis max. reſpondet.*

b c LIteras tuas, xiv. ſeptembris Bruxellis (*b*) datas (*c*), ſanctiſſimo domino noſtro legi, cui grata fuit vera ſigni-
d ficatio tua rerum, quae iſtic aguntur (*d*). itaque, quod ad hae-
e reticos attinet, tibi reſponderi (*e*) juſſit ſua ſanctitas, ut eos, qui

(*a*) *Straetmano* cod. barber. Emendavi ex Laderchii *Annal. eccleſ.* tom. XXII. ubi non unae, aliis atque aliis locis, hujus *Stractmani*, nuſquam autem *Straetmani*, litterae afferuntur, nempe pagg. 276. 358. 359. (in qua tamen *Stractmannus* dicitur) 374. 375. 376. Fuit autem Joannes hic Stractmanus doctus ac valde pius dominicani doctiſſimi ſanctiſſimique ordinis alumnus.

(*b*) *Bruxelli* cod. barber. Emendavi. neque minus recte *Bruxella* emendare potuiſſem. eſt enim aeque ferme uſitatum & *Bruxellae, arum*, & *Bruxella, ae*.

(*c*) Binae ſunt Stractmani apud Laderchium ad card. Bonellum litterae die 14. ſept. an. 1567. Bruxellis datae, alterae pag 359. alterae pag. 375.

(*d*) Haec ad priores illas litteras referuntur, in quibus multa de belgicis rebus ac tumultibus a Stractmano commemorantur.

(*e*) Poſteriores autem Stractmani ad Bonellum litterae, quibus hinc reſpondere Bonellus ipſe, pontificis juſſu, incipit, hae ſunt:

„ Illuſtriſſime domine, & reverendiſſime in Chriſto pater. Debito „ ſacrarum manuum oſculo praemiſſo. „ Quamquam, Illuſtriſſime domine, „ pro comperto habeam, V. I. D. ma„ gis arduis ac praegnantioribus occu„ patam negotiis, quam ut meis ſcri„ ptis attendere poſſit, attamen mo„ vet me animarum zelus, urgetque „ ſecundo ſermonem facere. elapſis „ itaque diebus per literas V. I. D. ma„ ximas egi gratias, eo quod miſiſſet „ precibus meis reverendo patri pro„ vinciali, eiſque, quos idoneos ju„ dicaret, ac mihi licentiam a ſanctiſſi„ mo domino noſtro reconciliandi ſan„ ctae matri eccleſiae reſipiſcentes hae„ reticos, ac eoſdem in foro conſcien„ tiae abſolvendi ea lege, ut conſcios „ & complices ſuos indicent. ſed quam „ pauci adhuc ſint haereticae pravi„ tatis inquiſitores, quandoquidem „ etiam haeretici noſtrae patriae, omni „ timore ſublato, non fuere veriti „ profiteri, ſe eſſe hujus farinae homi„ nes, qui vero ſe tales eſſe gloriati „ fuere, ſe ipſos toti mundo palam fa„ cientes, ideo ſupplex rogabam, ut „ modo rogo, V. I. D. ut, in animarum „ ſalutem ſuae ſanctitati proponere „ dignetur, utrumne ſufficeret ſecre„ to indicare nobis, quibus confite„ buntur, ſuos complices, quatenus „ per nos poſſent reduci ad veram ca„ tholicam fidem, aut, ſi forent ob„ ſtinati, tunc denunciare oporteret „ iis, quibus ex officio incumbit, ne „ foeten-

qui socios & participes haereseos non indicarint, ne absolvas. quod idem illis faciendum erit, qui eadem auctoritate isti muneri praepositi sunt, ut neminem impii istius sceleris absolvant, nisi affines culpae patefecerint: qui tamen non ideo denunciandi sunt, quod haereticae suae impietatis reos non aperuerint. sic enim, quae secreto audiuntur in confessione, enunciarentur: quod grave incommodum maxime cavendum est. Ducis Albani adventu in ista loca (*f*) laetata est ejus sanctitas, *f*
tibique & piis omnibus gratulatur (*g*). pium enim & pruden- *g*
tem

„ foetentes hirci gregem domini inficiant. quamhumillime deprecor V.I.D. ut, in consolationem animarum, haec suae sanctitati proponere dignetur, ne communis populus, qui misere ab istis pessimis haereticis est seductus, pro quo clementissimus dominus noster Jesus Christus suum pretiosissimum sanguinem fudit, tanto beneficio sacramentalis absolutionis haereat suspensus. Bruxellae 14. sept. 1567.

Quibus Stractmani litteris recitatis, subdit continuo Laderchius p.376. *Ubi ista plene cognovit* (Pius V.), *ea statim, quam apposuerat, conditione submota, amplissimam, quam petierant, absolvendi haereticos Pium Stractmano ac sodalibus aliis dominicanis concessisse, ac optimam praeterea normam praescripsisse, qua cum haereticis sese gerere debuissent, ejusdem Stractmani, quae sequuntur, literae ostendunt*. Eas nos litteras inferius in extrema ad hanc epistolam adnotatione afferemus: ex quibus valde quidem probabiliter, sed tamen non vere, Laderchius conjecit, *conditionem* illam de indicandis haereseos sociis ac participibus ab iis, qui haeresis absolvi ipsi vellent, a Pio, Stractmani precibus, fuisse *submotam*. diserte enim in hac Bonelli ad illas ipsas Stractmani litteras, die 14. sept. datas, responsione scriptum legimus: *Quod ad haereticos attinet, tibi responderi jussit sua sanctitas, ut eos, qui socios & participes haereseos non indicarint, ne absolvas. quod idem illis faciendum erit, qui eadem auctoritate isti muneri praepositi sunt &c.*

(*f*) Bruxellas Albanum ducem die 22.aug.huius anni pervenisse, supra diximus ex Haraeo ad epist. *Quia cum* pag.349.

(*g*) Atqui Albani ducis in Belgium adventum non optare, sed formidare se Stractmanus ostenderat litteris ad card. Bonellum die 9. superioris junii datis, in quibus, *Cum ob certa negotia*, inquit, *hoc mense maji elapso profectus essem in Flandriam . . . in itinere existens diversis vicibus catholicos audivi non satis esse contentos* (*taceo haereticos*), *quod dux Albanus, quem patriae nostrae existimant non satis affectum, sed potius adversantem, magno cum exercitu properet in patriam nostram; metuuntque plurimum, ne, quod nostra gubernatrix* (Margareta austriaca), *maxima cum prudentia, infracto animo construxit, ipse dux Albanus destruat, &, quas superatos atque difficillimas hujus patriae tempestates nostra gubernatrix constanti pectore, non parcens corpori neque vitae, sedata est* (fort. *sedavit*) *ac mitigavit, ne per ducis Albani adventum cum tanto exercitu talique potestate atque commissione interturbentur, fiatque novissimus error pejor priore &c.* Ubi vero Albanus advenerat, haec ad eumdem card. Bonellum die 14. sept. Stractmanus scribebat: *Superest, ut me conferam ad milites hispanos, qui, dum patriam nostram ingressi fuissent, nullam non in rusticos nostros eorumque uxores & filias* exter-

tem ducem ei usui fore sperat catholicae causae ; quem boni omnes exoptant, qua de re, ut Deo preces assidue facias, te hortatur sanctissimus dominus noster : quod etiam ipse facere non intermittit. Romae. III. (*b*) id. octobr. M. D. LXVII.

LXV.

exercuerunt crudelitatem & inhumanitatem, ftuprando, violando, & nihil majorum scelerum omittendo tam in catholicos quam in haereticos ... Publice privatimque objiciunt, omnes nostrae regionis incolas esse haereticos tam Bruxellae, quam alibi, eorumque mobilia a regia majestate ipsis adscripta, antequam recederent ex Hispania, immobilia vero ad regiam majestatem devoluta esse. quae jactatio maxima est malorum apud nos occasio, praesertim inter hispanos & catholicos : & a paucis diebus obortus fuit Bruxellae tumultus, in quo hispani occiderunt aliquot bonos & honestos & catholicos cives, nil tale opinantes &c.

(*b*) v. cod. barber. Emendavi ex cod. tabul. vatic. pag. 526. Stractmani autem ad hanc card. Bonelli epistolam responsio haec est ;

„ Reverendissime atque illustrissime domine. Debito &c. Quantum in „ dies magis magisque ob innumera „ beneficia, a divina bonitate suscepta, „ sim obligatus Deoque debitor, in- „ felix essem, nisi, ipso dante, co- „ gnoscerem, ac conarer pro viribus, „ bonis operibus, ipsius sancto auxi- „ lio, coram sua divina majestate gra- „ tus inveniri. quod ut faciam, conti- „ nuo cum efficacia supplex oro Deum „ nostrum, cujus largifluae bonitati „ placuit, inter varia & infinita bene- „ ficia, ut, medio vestrae illustrissi- „ mae dominationis, legerentur meae „ literae coram sanctissimo domino „ nostro, a cujus sanctitate, tamquam „ a Christi vicario, dimanavit verbum „ veritatis, modusque, quem obser- „ vare debemus, in absolvendis hae- „ reticis ; quorum (proh dolor) ma- „ gnus apud nos reperitur numerus : „ prout clarissime patet ex literis ve- „ strae illustrissimae dominationis, „ quas summo cum gaudio & debita „ reverentia recepi 22. novembris. „ etenim verissima atque sanctissima „ haec suae sanctitatis declaratio & „ me plurimum & omnes timoratas „ conscientias consolabitur. quam gra- „ tiam, nobis a sanctissimo domino no- „ stro eo modo nobis gratiose conces- „ sam, ut digne ad Dei gloriam ani- „ marumque salutem valeam exequi, „ atque meae orationes, pro hoc statu „ turbulento, coram Deo sint acce- „ ptae, supplex genibus provolutus, „ ex intimo corde & cum magna re- „ verentia ac devotione cupio sanctis- „ simi domini suscipere sanctam be- „ nedictionem, confisus, quod, ista „ mediante, mihi dominus Deus gra- „ tiam praestabit faciendi, quae ei „ placita sunt, semper. Bruxellae. „ 25. novembr. 1567.



L X V.

Julius Pogianus Nicolao Tomickio. (a) a

Egregii hujus adolescentis laudes persequitur, illique sua officia defert. 18. oct. 1567.

EGO vero te multo antea, quam ex tuis literis, & ex sermone Joannis Francisci Commendoni cardinalis, praestantissimi viri, & ex praedicatione ornatissimi juvenis Antonii Mariae

(a) *Thomicio* exempl. Emendavi heic & alibi ad polonicae linguae rationem ac consuetudinem. Fuit autem Nicolaus Tomickius polonus nobilissimus adolescens, qui Patavii hoc tempore studiorum causa versabatur: qua ex urbe redeuntem mense octobri an. 1570. in Poloniam his, quas subjicio, litteris ad Sigismundum Augustum regem per idem tempus datis, cardinalis Commendonus prosequutus est; quibus ex litteris neque pauca neque vulgaria de eodem adolescente lector cognoscet: *Superioribus annis cum ex Germania in Italiam redirem* (mense martio anni 1562.) *Nicolaum Tomickium, castellani gnesnensis* (Joannis Tomickii) *filium, in Gallias mandato patris proficiscentem, ut ibi potissimum erudiretur, mecum, Patavii potius ut esset, adduxi. cum enim summa quaedam in adolescente appareret ingenii & virtutis indoles, mihi & Francisco Crasinio, legato tuo, cui erat a patre commendatus, periculosum est visum, adolescentem, ea spe ac dignitate praeditum, in infestam tumultibus & seditionibus provinciam, & maxime pravis opinionibus oppletam, mittere. ibi enim bonum ejus ingenium, jam tum aliqua errorum contagione infectum, funditus perditum iri, intelligebamus. itaque duxi eum mecum in Italiam, ubi incredibile est, divina promovente & provehente eum gratia, quam paucis diebus quicquid imbiberat malae opinionis, deposuerit, & catholicae fidei cultum ac sententiam quam cupide quamque constanter sit amplexus. fuit postea, libentissimo patre, aliquot Patavii annos; ubi sic institutus est liberalium doctrinarum & humanitatis studiis, atque omnibus, dignis eo loco nato adolescente, disciplinis, ut, qui majorem de se spem expectationemque concitaverit in celeberrima urbe, atque illo quasi mercatu praestantium ingeniorum, fuerit nemo. instructissimus ad omnem laudem naturae muneribus, tantis praeterea fultus industriae adjumentis, tanto auctus catholicae pietatis dono, quo uno maxime reliqua ejus decorantur ornamenta, si, quibus coepit itineribus, iis ire perrexerit, & tantae indolis segetem ad maturam frugem bonamque perduxerit, confirmare videor tibi posse, uberrimos olim fructus ex ejus excellenti virtute rem tuam publicam esse capturam, atque eum tibi usui utilitatique futurum. his quidem ego rebus cum eum & unice diligam, &, quamdiu in Italia fuit, patria sim charitate & benevolentia complexus, facere non potui, ut in Poloniam redeuntem tibi non vehementer commendarem. quod quidem eo libentius ac studiosius facio, quo, in hac temporum pravitate, ex omni nobilium juvenum numero haud sane esse permultos intelligimus, qui ad ingenii sui facultates pretiosissimum hunc thesaurum animi, catholicae religionis cupiditate incensi, uti adjiciant, magnopere curent. quo magis ii, quorum virtuti hoc Deus praetulit salutare fidei & pie-*

b riae Gratiani (*b*), & amo & admiror. quidni faciam? primum adolescentem nobilissimum, flagrantem studio christianae pietatis,

& pietatis lumen, suscipiendi tibi ornandique sunt. eorum enim dignitas, gratia nobilitata tua, quamplurimos ad ejus laudis aemulationem excitabit. hunc certe praestantissimum ac prope singularem adolescentem ego tibi ita commendo, ut majore studio magisque ex animo commendare non possim. Vale. Roma.

Vincentio quoque a Porticu, apostolico apud Sigismundum Augustum in Polonia nuncio, eumdem adolescentem Commendonus his litteris commendavit: *Molto reverendo signore, come fratello. La presente lettera sarà data a V. S. dal signor Nicolò Tomicki, figliuolo del magnifico signore castellano di Gnesna: il quale, essendo stato alcuni anni in Italia a studiare, se ne ritorna hora in Polonia a ripatriare. è giovane di qualità & virtù tanto superiore a' suoi anni, ch'io per me non ho conosciuto anchora persona de l'età sua, in chi la natura mostri haver fatto maggiore sforzo d'ingegno & di bontà di quello che ha fatto in lui: havendo egli aggionto tanta devotione & tanta fermezza ne la religione catholica. io l'ho havuto, mentre è stato in Italia, & l'ho anchora, in loco di proprio figliuolo; & come tal prego V.S. ad accettarlo: lo che credo che sia la più efficace raccomandatione, ch'io possa farle. io ho ancho scritto a la maestà del rè in raccomandatione de le virtù sue; & prego V.S. che voglia ancho essa raccomandare a sua maestà un giovane di così nobil casa, & di così grande espettatione, & di tanto ardore ne la religione catholica: perchè risultarebbe ancho a servitio publico, che la gioventù fosse allettata a la virtù & a' buoni costumi da lo splendore de la gratia di sua maestà, ne la quale prego V.S. che mi conservi: & me le offero & raccomando. Di Roma.*

(*b*) Amicitiae conciliator inter Tomickium & Pogianum Gratianus fuit: qui ad illum die 27. sept. hoc eodem anno 1567. Narnia scribens, *Rozrazovvskius*, inquit, *Tybure in urbem rediit, a Julio Pogiano, cui illum diligentissime commendaveram, ad card. Alexandrinum adductus, & ab eo ad pontificem; a quo scribit se summa humanitate acceptum, atque ultro mandatum, ut aedes illi in palatio attribuantur: quod paucis, ac non nisi percharis, tribui solet. Ad hunc ipsum Pogianum literas a te expecto. cupio enim, excellentem virum, & in omni politiori doctrina humanitateque nostrae memoriae facile principem, tibi adjungere. fac, ut bellam aliquam ad eum epistolam mittas. nam ego, quod mihi cum illo usque ab ineunte mea aetate familiaris usus intercedit, reddam hominem totum suum.* Rursusque in aliis ad eumdem litteris die 11. oct. Roma datis, *Rosdzrazovio* (sic), inquit, *in palatio penes vaticanos hortos attributae sunt aedes... Cùm eo assidue sum; capioque ex optimi juvenis consuetudine magnam voluptatem... Nuper cum in curia, quae vocatur* Regum, *spatiaremur, ac forte Julium Pogianum medium accepissemus, tribus vix confectis spatiis, de te sermo est ortus, quo tuas laudes persecuti uterque ita sumus, ut virum, cum doctrinae gloria illustrem, tum vero ingeniis mirifice faventem, amore & studio tui incenderimus. Dabis igitur ad eum literas, ex quibus ingenii tui praestantiam degustare possit.* Quas cum litteras Tomickius dedisset, hac ad eum epistola, quam in manibus habemus, Pogianus respondit, eamque Gratiano mittendam tradidit: quam cum ille suis litteris, eodem die 18. octobr. datis, adjunctam, mitteret, haec adscripsit: *Habes a Pogiano epistolam perbellam. tibi ego hoc confirmo, te ei esse in oculis. fama ingenii tui mirifice est captus.*

tis, & in ea laude veteris gloriae ſpem ſuis hominibus referentem illuſtribus innocentiae ac religionis exemplis, deinde illum, cujus tanta ſit ad diſcendum celeritas ingenii, ut, quae primum ei vix oſtenſa ſint, plene perfecteque arripiat, ſic, ut paene plus ipſe ad magiſtros afferre, quam inde diſcere videatur; tum, qui eam habeat nobilium linguarum cognitionem, ut, ſi illam aetatem, qua nunc eſt, in iis gentibus egiſſet, quarum ſermone loquitur, non melius ſingularum voces intelligere & imitari poſſit, quam faciat omnium (c); qui denique, vel naturae muneribus inſtructiſſimus, ſic elaboret ſtudio & induſtria, quaſi naturali praeſidio deſertus omnia neceſſe habeat diligentia comparare. praeclare. iſtam enim laudem totam eſſe vis animi, totam conſilii tui; quam etiam a te augeri & cumulari audio mirabili quadam morum ſuavitate, cum pari gravitate conjuncta. vides igitur, quorum & hominum & bonorum tuorum commendatione te jam antea & cognitum & charum habeam; quibus cum acceſſerit nunc humaniſſimae epiſtolae tuae tanta

 in

(c) Eamdem Tomickio laudem Gratianus tribuit in litteris ad eum die 3. jan. an. 1568. datis: *Accepi*, inquit, *tuom epiſtolam, vulgari ſermone noſtro ſcriptam ſane eleganter, & verbis & ſententiis ſic aptam, ut, ſi in media Italia natus inſtitutuſque eſſes, perfectius atque omnino accommodatius loqui non potuiſſe videaris. ſingularis haec eſt tua laus, quaſcunque adieris gentes, illarum linguas admirabili ingenii felicitate tam percipere celeriter, quam ſcienter imitari*. Cujus facultatis ſpecimen ſane eſto illa ipſa epiſtola, qua his eiſdem Gratiani litteris Tomickius die 20. ejuſdem menſis reſpondit, in qua certe, ſi paucula quaedam exceperis, ob ſcribendi celeritatem ſuſpenſumque animum fortaſſe commiſſa, non adoleſcentem in Polonia, ſed virum in media Italia natum, tibi videberis agnoſcere:

Molto magnificó ſignor mio oſſervandiſſimo. La molta affetione, che mi porta V.S.ha fatto parerle la mia epiſtola molto più bella, che non è. ma tengala V.S. appreſſo di sè; che potrebbe eſſer di leggier, che, mancato quell'ardore, che porta ſeco la prima viſta de le coſe care, a V.S. ſe moſtraſſe tale, quale ella è. Però, benchè mi piaccia, che V.S. ſia humano, non vorrei però, che la fuſſi tanto, quanto l'è, nel laudar le coſe mie: acciò moſtraſſe, che, non ſolamente per la gentil natura ſua alcune volte ſe muove a lodar, ma anchora per merito di che (ſic) *vien laudato. Al ſignor Pogiano ho ſcritto, ma tanto familiarmente, che dubito, che lui per queſta domeſtichezza me non habbia per preſontuoſo. V.S.ſarà quella, che me ſcuſerà appreſſo di lui: perchè io non ſaprei mai deſiderar maggior teſoro, che un amico litterato & da bene; nè credo, che l'huomo da altra coſa ſenta maggior felicità, che da una vera & incorruttibile amicitia, la quale ſia legata da la virtù & bontà. De le altre coſe ho ſcritto a V.S. in latin. &, non havendo altro, me in ſua buona gratia ricomando. Il ſignor Valentino Ponetowſchi ſe ricomanda a V.S. & prega, che la faccia il medeſimo appreſſo monſignor illuſtriſſimo. Da Padova a gli 20. di gennaro 1568.*

Di V.S. magnifica

Servitor affetionatiſſimo.

Nicolò Tomicki.

in me declaratio voluntatis, equidem non intelligo quid jam ad ſtudium & amorem erga te meum poſſit accedere. quare etiam te, iſtis animi atque ingenii praeditum ornamentis, in hoc verae religionis, & omnium laudandarum rerum atque artium do-
d micilio (*d*) maturius videre cupio; ubi & mihi ex ſumma tuae virtutis indole uberiores fructus capere, & tibi praeſenti opera & officio meo, ſi quid tamen in eo fuerit, quo delectari poſſis, commodius uti licebit. illud certe efficies, ut, cum me &
e ampliſſimi illius cardinalis (*e*), qui patrio in te animo de tuo ingenio praedicare non deſiſtit, obſervantiſſimum, & Gratiani, qui te tanti facit, amiciſſimum cognoveris, reliqua, quae tibi is de me pollicitus eſt, ſi opinioni tuae non reſponderint, minus moleſte feras. Vale. Romae. XV. Kal. novembr. M.D.LXVII.

(*d*) Romae ſcilicet.

(*e*) Commendoni.

LXVI.

a Pius PP. V. Regi Galliae. (*a*)

31. oct. 1567. *Ut ſceleſtos quoſdam apoſtolicarum litterarum corruptores comprehendendos, & Romam mittendos curet, ab eo petit.*

GRaviter ſane ac dolenter affecti ſumus iniquitate facinoris, quae modo perculit aures noſtras, nonnullorum regiae tuae ditionis hominum, qui, cum almae hujus urbis incolae ſe beneficiorum eccleſiaſticorum procuratores, &, ut vocant, ſollicitatores eſſe profiterentur, ſuae exiſtimationis & ſalutis obli-
b ti (*b*), in expeditione monaſterii, regia tua nominatione con-
c ferendi, in neſcio cujus (*c*) nefariae hugonotorum ſectae favorem, nullis regiis de ejuſmodi nominatione literis, nulla illius profeſſione fidei (ut probata conſuetudo poſtulat) exhibita, in-
d credibili impudentis aſtutiae novitate, ſignaturam (*d*) noſtram falſo ſcripto (neque enim aliter credimus fieri potuiſſe) corrumpentes, debitam huic tanto flagitio poenam fuga evaſerunt.
e quare, etſi dilecto filio noſtro, nobili viro (*e*) N. N. mandavimus, ut majeſtatem tuam tota de re faceret certiorem, tamen, flagi-

(*a*) Carolo IX.

(*b*) *obliti. nam in expeditione &c.* exempl. Emendavi ex ingenio.

(*c*) hoc eſt, *in favorem neſcio cujus hominis ex nefaria hugonotorum ſecta*.

(*d*) De *ſignatura* vide pag. 269.

(*e*) *viro mandavimus &c.* exempl. Nos inter utramque vocem litteras N.N. interjecimus, quo intelligeretur, proprium *viri* hujus *nobilis* nomen in exempl. deſiderari. deſignari autem credibile eſt Caroli regis ad Pium V. oratorem.

flagitante id necessarii doloris aequitate, in tanta gravitate flagitii, nostris etiam literis ipsam admonendam putavimus. itaque te quanto maximo possumus animi studio hortamur & rogamus in domino, ut, pro tua in nos & sanctam sedem observantia, sceleratos istos apostolicarum literarum corruptores, ubique conquisitos, & in vincula conjici jussos, quamprimum huc ad nos diligentissime mittendos cures. inibit hoc facto majestas tua ab omnipotenti Deo gratiam singularem, remque efficiet se ac majoribus suis, justis & christianissimis regibus, dignissimam; immovero suam ineuntis regni commendationem ab hac executione justitiae, quae, nisi summo communis officii dedecore ac detrimento, praetermitti non potest, mirabiliter confirmabit: nos certe isto tanquam gravi pignore sui erga nos ipsos sanctamque sedem studii ac pietatis obligabit. Romae. prid. Kal. novembr. M. D. LXVII.

LXVII.

Julius Pogianus Nicolao Tomickio. (a)

a 6. nov. 1567.

Ejus in Urbe praesentiam desiderat, & romanae commorationis commoda recenset.

IN maxima voluptate, quam non minus ex tua in me benevolentia capio, quam ex recenti tua significatione tibi, ut scribis, jucundi & in te studii & judicii de te mei, illud doleo,

(a) De Pogiani hac ipsa epistola, ejusque scribendae occasione atque ratione, haec ex Gratiani ad Tomickium litteris, eodem die 6. nov. Patavium datis, habeto: *Venio nunc ad tuas literas. & amari a Pendasio, praestantissimo philosopho & optimo viro, te, & delectari illius amore, mirifice laetor. ejus tibi summa doctrina, humanitas, probitas quo perspectior est, eo te illi chariorem esse, debes existimare. si enim tu ipsius excellentem virtutem, multo ipse melius eximiam tuam virtutis indolem cognitam habet. fruimini vestris utriusque tantis bonis. ego ad eum nullas dedi literas, quae insignem aliquem stimulum ad te complectendum non habuerint. sed mehercule currentem eum quidem, & sponte omnia sua studia in te conferentem, incitasse videor. Hic ego te apud Pogianum, virum ea eruditione & eloquentia, cujus in ea epistola, quam proxime ad te dedit* (vide pag. 367.), *aliquid degustare potuisti, in summa gratia ponam, vel potius jam plane posui. est enim tui; quam qui maxime, amans & cupidus. is erit tibi Romae Pendasius, si quando huc veneris. Commodum haec scribebam, cum ad me venit Pogianus, an ad te scriberem aliquid, interrogans. Multa, inquam: atque utinam hujus officii labore me levaret aliquando ejus in urbem adventus! Quid plura? inambulans scriptori meo epistolam ad te dictavit, qua, praeter caetera, te Romam invitat. Mireris tu licet singularem latini sermonis splendorem & integri-*

leo, deeſſe mihi commoditatem praeſentis officii, quo uno, tanquam proprio pabulo, mutuum inter nos animum ali atque augeri poſſe ſperarem. At, inquies, abſentiae incommodum compenſemus facultate literarum. Tritum iſtud quidem eſt & commune perfugium, ac deſiderii non leve ſolatium, verum quod tempore ſatietatem ac faſtidium afferre poſſit, niſi ſubſit neceſſaria ſcribendi cauſa; qua remota, reliqua modo ſunt alienae laudis & obſequii cujuſdam argumenta, quae & putide ſcribi, & ab hominibus non ambitioſis moleſte legi & audiri ſolent. Huc accedit illud moleſtius, quod laus ipſa cupide rejicitur in eum, unde profecta ſit; & illo tanquam ludo retorquendae pilae praeclara etiam interdum ingenia delectantur. quod ſi aut ego Patavii, aut tu Romae eſſes, vera ac ſolida illa ſtudiorum officiorumque neceſſitudine, quae ſummam & utilitatem habet & jucunditatem, nobis uti liceret. etſi tu (mihi crede) hac urbe, tum caelo tum loco beata, indigniſſime cares. quantas enim quaſi praeſtantium laudum fruges editura putas iſta virtutum ſemina, quorum tibi tantam ubertatem ingeneravit Deus, ſi cultus quidam romanus accederet? nam, ut ſumma iſtic habeas adjumenta doctrinae, & ad ingenuarum artium cognitionem maxima tibi ſuppetant & praecepta & exempla, tamen haec civitas certiſſimam majoris cujuſdam ſubſidii ſpem oſtentat. atque, ut illud omittam, altricem hanc eſſe terram priſcae illius gloriae, quae, tacito quodam admonitu, multo acrius incendit animos intuentium ſexcenta veſtigia & imagines ſummorum virorum, quam libri de illorum geſtis rebus faciant, aut aliena commemoratio, eſt praeterea hic ſimulacrum caeleſtis civitatis, eſt arx verae religionis, eſt diſciplina ſalutis. quacunque ingredimur, veſtigium ponimus in aliquam partem, illorum laboribus vel caede nobilitatam, qui nobis haec ſuo ſanguine pepererunt. mira eſt eorundem vitae ac mortis monimentorum reliquiarumque ſanctitas, incredibilis majeſtas ac religio fanorum; quorum aditus & cultus afficit animos pietate admirabili. ornamenta denique vitae ſi quaeras, & politiorem victus, ſermonis ac conſuetudinis elegantiam, profecto eam Romae reperies; ut hanc etiam humanitatem cum ſalutis doctrina hic natam & educatam facile exiſtimes. ſed mihi non ſumpſi,

tegritatem. ego dictandi celeritatem ſum vehementer admiratus. Habes ab eo duas jam epiſtolas. & quanquam ex te ipſo magnus & clarus futurus es, tamen, ut ea tibi deeſſent gloriae ingenita ſemina, harum certe epiſtolarum monumentis te non eſſet ignoratura poſteritas &c. Sed eum certe poſteritas ignoraſſet, niſi aliquis poſterorum exſtitiſſet, qui de his ipſis epiſtolis poſteritati prodendis cogitaſſet.

sumpsi, neque eo consilio haec ad te scribere sum ingressus, ut hujus urbis laudes persequerer, quae nec hujus temporis sunt, nec facultatis meae: sed tui amore provecti, quem, istis paratum naturae & industriae praesidiis, Romae, ubi illa augeri & cumulari possunt, vehementer videre cupimus, nescio quomodo huc delapsi sumus. omnino & tua, ad expoliendum animum omni genere laudis, plurimum meo judicio intersit (*b*), b te aliquandiu Romae commorari, & mea multum referat ad tribuendum tibi officium, debitum suavissimo studio, quod mihi altera jam elegantissima epistola detulisti. haec apud Gratianum nostrum scriptori ejus dictavi, ut intelligas, aequum existimare me, tibi venire meas literas ex ejus cubiculo, qui mihi amorem tuum, quem plurimi facio, maxime conciliavit. Vale. Roma. VIII. id. novembris. M. D. LXVII.

(*b*) *interesset* exempl. Gratianus emendavit, sive emendare potius voluit. nam non nisi penultimam litteram in *i* commutavit, sic, ut *intersit* relinqueretur.

LXVIII.

Julius Pogianus Nicolao Tomickio.

Ut a patre facultatem Romam commigrandi, in eaque commorandi, petat, & impetrare contendat, suadet. 21. dec. 1567.

QUam antea ex aliorum literis laudem meam respuere aures, animus meus aspernari solebat, nescio quomodo nunc amplexus sum in tua epistola. neque vero id feci commutatione voluntatis, in re praesertim, quae libero homine (*a*) dignum fastidium habere videatur, sed tuae elegan- a tiae studio, quo elatus, etsi alienae virtutis effigiem intueor in meo nomine, tamen excellenti hac tanquam ingenii tui pictura (*b*) delector; &, quoniam intelligo, quantus pulcherrimae b istius & plane regiae facultatis artifex futurus sis, summa hujus tibi & invitamenta & adjumenta urbis deesse minime velim: quorum copiam si tibi ipse, ea in re egens, suppeditare non possum,

(*a*) *homini* exempl. Emendavi.

(*b*) Huc Gratianus respexit in litteris ad hunc Tomickium die, ut opinor, 28. hujus mensis decembris datis: *Omnis*, inquit, *amoris tui & curae, qua de mea salute sollicitus angeris, imaginem quandam & simulacrum, penicillo atque coloribus expressum tuis, spectavi in tua epistola. Simili pictura ingenii tui Pogianum quoque, hujus artificii principem, delectatum esse, ex ejus literis, quas proxime ad te dedit, cognovisti.*

possum, interpellata semper alienissimis occupationibus praeclarae ejus laudis cupiditate mea, certe aliorum thesauros tibi commonstrare possum; ut, quod me auctore adipisci non queas, saltem interprete consequare. At studio nostro (c) patris tui, praestantissimi viri, voluntas adversatur. Non arbitror, eum velle, filium, universae virtutis singulari spe praeditum, carere ea civitate (d), quae & institutis & exemplis ad summam laudem homi-

(c) Una Romae conjunctissimeque vivendi.

(d) Atqui Joannes pater Romam venire Nicolaum hunc filium, numquam permisit. fore, ut permitteret, video sperasse, sed frustra, Gratianum; qui mense novembri an. 1570. has ad Georgium Pomorskium, Nicolai paedagogum, litteras dedit: *Epistolam tuam, Kalendis octobris datam, accepi in itinere, Laureto rediens, tibique ad eam non rescripsi antea, non tam quidem, quod facere id commode in via non potuerim, quam quod eram mirifice conturbatus nuncio, quem de vestro ex Italia discessu ex Nicolai mei literis acceperam: ut, nisi me tam multae & tam justae causae retinuissent, accurrissem profecto Patavium, ut vos ante viderem, quam discederetis, ut e meo potissimum complexu Nicolaum meum teque dimitterem. quis enim praestat, me vos posthac amplius visurum esse in tam longinquas terras abeuntes? sed, quando sic necessitas tulit, cui parere oportet, omnia feram humaniter, eo magis, quod utriusque vestrum literae spem mihi faciunt maturi vestri ad nos reditus. quanquam hanc ego spem etsi libenter alo (etenim nihil est aliud, quo sustentari meum desiderium possit), tamen interdum mihi in mentem venit vereri, ne eam vos, mitigandi doloris mei causa, quem ex Nicolai abitu capturum me intelligitis, mihi falsam injeceritis. veruntamen huic quoque resistam suspicioni, meamque cupiditatem etiam ratione fovebo: &, quia urbem Romam & pulcherrimam Italiae partem Nicolaus non vidit, facturum non putabo patrem, ut eum ad haec visenda; & multo etiam magis ad studia perficienda, non remittat &c.* Sed certe non remisit. Ac de Nicolai hoc in Poloniam reditu, deque ejus polonica usque ad extremum vitae commoratione memini me olim nonnulla, vulgo ignorata, ad Angelum Mariam Quirinium, S.R.E. cardinalem ac bibliothecarium, scribere: neque nunc ipsas illas ad eum litteras, etsi paullo longiores, describere gravabor, ne, quae mihi de Nicolao Tomickio nota sunt, meus lector ignoret.

„ Hieronymus Lagomarsinius e „ Soc. Jesu Angelo Mariae Quirinio „ S.R.E. cardinali S. P. D.

„ Perlati sunt nudiusquartus libelli tres ad me tui, queis me opipare munerari voluisti. luculenti sunt atque aureoli: de quibus maximas tibi, cardinalis munificentissime, gratias ago. Tuarum epistolarum, itemque Valerii cardinalis opusculorum italica interpretatio perplacet sane mihi, estque omnino hominis cum elegantis ingenii atque doctrinae (nam utriusque rei in bonis interpretibus sese mihi notae quaedam atque indicia prodere nescio qua ratione consueverunt), tum in hoc interpretandi genere exercitati. Epistola ad Formejum tua, tua inquam illa, eadem umbratilis eademque castrensis ac bellicum quodammodo canens, similis mihi visa est lacedaemoniae illius armatae Veneris, cui nihil terror de venustate, nihil venustas de terrore detrahebat. sed & Veneres multo venustissimae insunt imagini illi operis marmorei, in sacram catholicorum berolinen- „ sem

homines erudiat. quod si durior in hac parte sit, flectendus est tuis, amicorum, patronorum literis. vides, quo non solum indo-

" sem aedem inferendi, quam illi ipsi " epistolae, sapienti ac propemodum " necessario consilio, adjunctam esse " voluisti. narro tibi: etsi oculos ego " non minimum eruditos in eo genere " atque intelligentes habeo, tamen " nihil mihi fieri posse pulcrius vide- " tur: & certe expleri videndo & con- " templando nequeo. adscripsi etiam " illi, de artificis quidem praestantia, " sed de tua potissimum in praebendo " sumtu liberalitate cogitans, teque al- " loquens, extemporale hoc distichon:

" Mirum opus! ast, mirerne manus " prius, Angele, doctas
" Artificis dubito, munificasne tuas.

" Venio ad tertium libellum: de " quo multo plura, quam de superio- " ribus, dicenda mihi esse video. tu, " nisi si infinitum me esse vis, ac nisi " aequo animo passurus es, ut te, *quem semel arripui, teneam, occidamque loquendo*, mihi dabis hanc veniam, " ut, non nisi de duplici loco episto- " lae clarissimi doctissimique polono- " rum Zaluskii, ea, quae mihi in men- " tem nunc veniunt, dicam.

" Unus locus est pag. II. de Nico- " lao Tomickio; alter pag. VI. & seqq. " de anno, quo dioecesana synodus a " cardinale Hosio, varmiensium epi- " scopo, habita fuit.

" Jam, quae de Nicolai Tomickii " parentibus, avo, magnoque patruo " Petro, a Zaluskio traduntur, nihil " sane discrepant ab iis, quae mihi " jamdudum comperta erant. ac Petri " quidem illius, cracoviensium epi- " scopi, & regni Poloniae procancel- " larii, exstat apud me mss. luculen- " tus sane commentarius de rebus il- " lius gestis, latine, neque inelegan- " ter, ab anonymo olim conscriptus: " qui si editus non est, & si tuo judi- " cio utilis futurus Zaluskii studiis, " & instituti ab eo operis rationi esse " accomodatus videbitur, mittetur a " me ad te, non vulgare munusculum, " quo gratificari amico tuo possis. hujus " commentarii hoc est initium. " Pe- " trus Tomicki, nobilis de majori Po- " lonia, natus ruri, Tomice dicto, " ex ea familia, quae cymbae piscato- " riae gerit insigne, claris ortus nata- " libus, patre Nicolao, vexillifero pos- " naniense, matre Anna de Schamo- " tulii &c." Finis hic: " Quid, quod " qui fuit mortis dies, eundem nata- " lem ejus fuisse, observatum est? an " non ea quoque res magno esse potest " inditio, natum eum in vitam me- " liorem fuisse, quo tempore ex ho- " spitio corporis sui migravit? "

" Sed, ut Zaluskio de Nicolai To- " mickii parentibus, avo, avique ger- " mano fratre assensus sum, sic de re- " generationis, ut ita loquar, auctore " assentiri non possum. ait autem pa- " gin. III. " Hunc (Nicolaum) cardina- " lis Hosius, pro ferventissimo ac pror- " sus incredibili suo, quo ad rem ec- " clesiae romanae trahebatur, studio, " suae in gremium matris restituit ". " Ego vero nullas fuisse in ea Tomickii " in gremium ecclesiae romanae resti- " tutione Hosii partes scio (mihi enim " exploratum est, Tomickium Patavii, " cum Hosius in Polonia esset, errores " suos agnovisse & ejerasse). eas partes " sibi card. Commendonus vindicare suo " jure debet. recitabo particulam litte- " rarum, quas ipse ad Sigismundum Au- " gustum, Poloniae regem, Roma men- " se novembri anni 1570. dedit. " Supe- " rioribus annis, *inquit*, cum ex Ger- " mania in Italiam redirem (*vide reliqua supra pag. 367. col. 1.*) ". Audia- " tur iterum Commendonus in litte- " ris, per idem tempus ad Franciscum " illum eumdem Crasinium, polonici " regni vicecancellarium, datis. " Re- " dit in Poloniam accersitu parentis " sui

indolis, sed certae virtutis tuae judicio progrediar. quare, quod tu, & jure quidem tuo, per meum in te amorem, tibi perspectum,

„ sui ab diuturna quasi mercatura bonarum artium noster Tomickius, „ tantis auctus animi & ingenii opibus, ut hoc quidem genere bonorum ex aequalibus suis paucos pares habiturus esse videatur, planeque „ commendationi & judicio tuo responderit... A me quidem... unice diligitur, prorsus ut tanquam filium & complexus sim & habuerim „ ex illa die, qua, summo caelestis „ gratiae munere, abjectis erroribus „ pravisque opinionibus, quibus pueri „ animus erat imbutus, ad ecclesiae, „ communis omnium parentis, auctoritatem rediit. itaque, etsi facile intellexerim, cum eum de tua „ manu ducendum mecum in Italiam „ accepi, quanti a te fieret ipsius merito, & paternae necessitudinis gratia, tamen sumpsi hoc mihi, eum „ ut vicissim redeuntem in Poloniam „ tibi commendarem, & quidem pari „ studio, ac mihi ante a te est traditus, atque eo etiam majori, quod „ tum indoles ejus expectatioque laudabatur, nunc laus ipsa virtusque „ commendatur &c.„.

„ De eodem Tomickio duo deinceps Zaluskius commemorat, praeterea nihil: alterum, Augustinum „ Valerium, veronensium antistitem, „ libellum *de vitae ratione inter haereticos recte instituenda* (eum ipsum, „ quem tu primus vulgasti) Tomickio inscripsisse: alterum, ab Antonio Maria Gratiano ad eumdem Tomickium opus de *Despota valachorum principe* fuisse concinnatum, quod „ quidem opus affirmat, *manu ipsius auctoris exaratum*, varsaviensi publicae bibliothecae a primario quodam „ regni viro fuisse illatum. de quo „ postremo non nihil ambigere me cogit illud, quod id opus autographum, ac duo praeterea ejus apographa, Gratiani manu, quae mihi „ notissima est, multis locis aucta atque emendata, apud me sunt. sed „ potuit fortasse Gratianus usque adeo „ otio abundare, ut plura ejusdem „ operis exemplaria sua manu describeret.

„ Verum, quum tu de Tomickio aliquanto plura cognoscere velle „ videaris, quam quae Zaluskius voluit suis ad te litteris contineri, „ vide, num ego cupiditati isti tuae „ possim paullo uberius satisfacere. „ Quo anno ex Polonia Tomickius discesserit (primum Argentoratum, „ ubi circiter biennium substitit, deinde Patavium, ubi ferme septennium commoratus est, venturus) „ prodidit nobis Gratianus in quadam ad eum, propediem in Poloniam „ reversurum, epistola, Roma pridie „ Kal.nov.an.1570. data, in qua, „ Sed „ quid ego (*inquit*), nostri ut memor „ sis moneo? si animi tui sensum perspectum habeo, tibi ego ne tum quidem excidam, cum ferentes obviam „ amplexus uterque tibi occurrens parens, & tota domus, sospitem te „ reducemque *decimo post anno*, quam „ discessisti, laeta gratulabitur„.

„ Quo se modo Patavii gesserit; „ quam eum certatim omnes dilexerint; quibus studiis, quibus doctoribus, quantoque cum fructu, operam „ navarit; quos amicos, quos contubernales habuerit; quo se subinde „ contulerit; quo, rusticationis causa, quotiesque, secesserit; quantum cibi, quantum potionis sumeret; quantum temporis somno daret; „ quoties, quamque sive graviter sive „ leviter aegrotarit; quidquid denique fecerit, dixerit, audierit, cogitarit, somniarit denique, possem „ scribere, si Gratiani ad eum, ejusque ad Gratianum, communiumque

„ amico-

ſpectum, eidem tibi licere vis, ut literarum intermiſſionem facias tuo arbitratu, id mihi in hac libertate ſententiae de ſtudiis tuis, propter eandem cauſam, ne denegaris. cui rationi meae ſi parentis tui voluntas reſponderit, tum intelliges, te in me

 laudan-

„ amicorum ad utrumque epiſtolarum „ volumina, quae habeo, quaeque, „ ſi per Ciceronem meum licuiſſet, „ jamdiu vulgaviſſem,& certe, ſi quan- „ do licuerit, vulgabo.

„ Eccleſiaſticae ſe eum vitae, *in* „ Poloniam reducem, addixiſſe videor „ mihi affirmare poſſe. ſed ejus rei „ nunc quidem aliud mihi teſtimo- „ nium nullum ſuccurrit, niſi illud „ ex Gratiani ad card.Hoſium litteris, „ die XI. Kal. maji an.1572. Varſavia „ datis, petitum: „ Tomickius (*in-* „ *quit*) meus Varſaviam cum patre „ venit... Cum adiviſſet regem pa- „ ter, ad cardinalem (Commendo- „ num) cum filio venit: & aderat „ poſnanienſis epiſcopus. multa cum „ eo cardinalis de filii inſtitutione. „ pater, nihil de eo ſtatuturum ſe, „ dixit, niſi de cardinalis ſententia. „ de canonicatu cracovienſi permiſit ei „ pater. Licet ergo ſpem capias, re- „ novatum iri aliquando in hoc regno „ Petrum illum Tomickium, epiſco- „ pum cracovienſem „.

„ Haec quidem de Tomickio Gra- „ tianus augurabatur. vellem, ho- „ minis augurium res ipſa comprobaſ- „ ſet. ſed dicam id tibi, quod tu, „ cui eſt Tomickius, item ut pleriſ- „ que, qui cardinalis Valerii libellum, „ ad eum miſſum,legerunt(in quo tam „ multae illi adoleſcenti laudes inge- „ nii, doctrinae, pietatis tribuuntur), „ in primis commendatus, fortaſſe, „ cum audieris, numquam audiſse te „ mavoles: eum nempe, haud ita mul- „ tis poſt, quam haec a Gratiano ſcri- „ bebantur, annis, ab ſe ipſum quo- „ dammodo deſciviſſe,neque certe ex- „ ſpectationi illi, quae ſumma atque „ mirifica de eo erat, reſpondiſſe. „ habeo in eam rem ſatis certa ac „ multa tum Gratiani tum aliorum „ aequalium ſcriptorum teſtimonia, „ quae nunc proferre neque neceſſe eſt, „ neque vero per tempus licet. ex quo „ quidem factum eſſe arbitror, ut Gra- „ tianus in viginti libris illis, quos „ deinde poſt Tomickii mortem com- „ poſuit, & *de ſcriptis invita Minerva* „ inſcripſit, egoque Florentiae ante „ quattuor annos vulgavi, in quibus „ tam multa de polonicis rebus po- „ loniſque hominibus commemoran- „ tur, numquam de Tomickio, quem „ tantopere olim dilexerat, mentio- „ nem fecerit.

„ Vivere autem Tomickius quan- „ do atque ubi deſierit,ſcripſit ad Gra- „ tianum Stanislaus Stanievvskius, „ canonicus ſcarbimirienſis, litteris „ ad eum die 18. oct. an.1585. Mie- „ chovia Romam datis, quarum illa „ ſunt extrema: „ Io non ho altro per „ adeſſo, ſe non che il ſignor Nicolò „ Tomicki è morto in Lovvicz nel „ meſe di luglio „.

„ Atque haec quidem de Nicolao „ Tomickio mihi fere in mentem ve- „ niebant, quae ad te, hominis co- „ gnoſcendi percupidum, ſcribenda „ hoc tempore putarem.

„ Alterum caput Zaluskii litte- „ rarum eſt illud, de varmienſis ſynodi „ tempore, quam doctiſſimus ille vir „ veriſſime *ante* annum 1575. celebra- „ tam eſſe conſtituit. ſed certum ac „ definitum tempus ex binis cardina- „ lis Commendoni ad card. Borro- „ maeum litteris diſcimus. priorum „ particula haec eſt: „ Al principio di „ agoſto eſſo cardinale Varmienſe diſ- „ ſegna far quì una ſinodo diocesana, „ a la quale vuole, ch'io mi ritrovi... „ Di Heilſperg, li 3. luglio 1565. „: „ poſteriorum autem haec: „ Io già

„ più

laudando plus benevolentiae tribuisse, quam veritati, me in commemorandis romanae civitatis laudibus parciorem fuisse, quam veritas postulet. Quod ad te familiarius scribam, id est negligentius, id Gratiano nostro assignabis, qui hoc scribendi officium

„ più dì mi sarei partito di quà per
„ Posnania & per il loco de la sinodo
„ (provinciale). ma monsignor illustrissimo Varmiense non solo ha voluto, ch'io mi ritrovi a la sinodo sua
„ diocesana, ne la quale si sono fatti
„ molto buoni canoni, ma ha ancho voluto, ch'io sia presente a l'essaminatione & correttione de gli statuti de
„ la sua chiesa. onde non potrò essere a
„ Posnania prima che a mezzo settembre... Di Heilsperg, li 25. agosto 1565.

„ Haec ego, in multis magnisque
„ studiorum atque operum meorum
„ occupationibus, scribebam, non
„ modo non invitus, sed animo perlubenti, quod tibi, cardinalis amplissime, non ingrata, quae scriberem, fore arbitrabar. Vale: meque
„ patrocinio tuo tueri atque honestare
„ perge. Florentiae. XIV. Kal. dec. an.
„ a Chr. N. CIƆ. IƆCC. XLIX.

„ Cum superiorem epistolam, postquam scripseram, a capite ad calcem, ut fieri solet, recognovissem,
„ subiit animum meum quidam scrupulus, verentis, ne tibi duo in ipsamet inscriptione minus grata forte
„ acciderent. quem ego mihi ut scrupulum brevi consilii rationisque
„ meae expositione eximam, quaeso,
„ permitte. nam, si in iis hoc tempore peccavi, peccavi item, quoties
„ latine ad te scripsi, peccaturusque
„ posthac, nisi me de meo peccato admonueris atque adeo coargueris, ad
„ te quoties similiter latine scribam,
„ esse videor. Primum, te non *Quirinum*, sed *Quirinium*, appellavi, me
„ non *Lagomarsinum*, sed *Lagomarsinium*, dixi. Sequutus sum in ea re
„ rationem, non exemplum, nec aliorum modo, sed ne meum quidem.
„ nam ego quoque sic, ut plerique,
„ ne omnes dicam, te *Quirinum*,
„ me *Lagomarsinum*, similique ratione caeterarum familiarum nomina
„ in *i*, sive *o* italice desinentia, diu solitus sum latine efferre. venerunt
„ postea in manus meas quattuor volumina Barptolemaei Riccii operum,
„ Patavii anno superiore editorum, in
„ quorum primo pag. 149. legi pernobilem illam Riccii epistolam, sive
„ libellum potius, Herculi Atestio inscriptum; ubi, contra illam vulgi
„ atque adeo meam consuetudinem,
„ acriter vereque disputat. quid quaeris! probavit statim mihi disputationem suam: coepique ex eo tempore ejusmodi nomina ita & appellare & scribere, quemadmodum ille
„ & appellanda & scribenda esse, mihi
„ plane persuaserat. eam epistolam, si
„ forte non legisti, auctor valde tibi
„ sum, ut legas. placebit certe tibi
„ hominis ingenium, elegantia, atque
„ doctrina: & fortasse tu quoque in
„ ejus sententiam ibis.

„ Alter scrupulus est, quod obscurissimum nomen meum illustrissimo tuo in eadem inscriptione praeposuerim. Ego vero in hac re, contra atque in superiore, non rationem, sed exemplum atque auctoritatem latine scribentium sequutus
„ sum. quando enim aliter veteres
„ latini illi scriptores in litterarum
„ suarum inscriptionibus fecerunt?
„ discessit semel ab ea consuetudine
„ Ausonius, ad Paullinum scribens,
„ sed continuo facti sui rationem,
„ sive excusationem potius, attulit.
„ ait enim:

„ Paullino Ausonius. Metrum sic
„ suasit, ut esses
„ Tu prior, & nomen praegredererere meum.

„ Dixi

cium ne in vacuum quidem ab aliarum turba literarum diem differri finit, sed imperio quodam suo, occupatissimo meo tempore, hanc ad te epistolam extorquet. Vale. Roma. XII. Kal. januarii. M. D. LXVII.

Bbb 2 LXIX.

„ Dixi autem, *exemplum*, veterum latinorum scilicet, me in ea re, *non rationem*, sequutum. sed minime dubitandum est, quin iidem illi, rationem aliquam sequuti, tale nobis posteris exemplum prodiderint. hanc autem fuisse illis, optimam sane, rationem puto, quod, quum ii, ad quos litteras damus, de nulla re prius, ubi in eorum manus veniunt, certiores fieri malint, quam a quo datas acceperint, id ipsum legi primum atque cognosci, rectissimum illi esse judicarunt. nos vero itali (neque minus pleraeque per Europam gentes) perversissime facimus, qui vernacula lingua scribentes, nomen nostrum non modo non primum in epistolis inscribimus, sed in infima epistolarum ora postremum adscribimus: ut, ubi perlatae postea apertaeque fuerint, earum legendarum initium, non a principio, sed a fine facere cogantur ii, qui hominem, qui se conveniat, & quicum sibi agendum sit, scire ante omnia, & certe suo jure, velint. quae quidem nostra non statim edendi, sed tamdiu reticendi nominis in epistolis consuetudo non propterea minus perversa atque praepostera mihi unquam videri poterit, quod recepta sit atque usitata sic, ut, qui aliter faciat, reperiatur nemo.

„ Atque hactenus quidem de duobus meis in harum litterarum inscriptione scrupulis. est vero tertius quidam in ipsis litteris, qui me non mediocriter pungit atque angit. non enim, quoties in iis pronomen illud *tu*, *tui*, *tibi*, *te*, aut ex eo derivatum nomen *tuus*, *tua*, *tuum* usurpavi, toties (quod est jam ferme sollemne) grandiorem illi litteram praefixi, sic, *Tu* &c. *Tuus* &c. Deus bone! quot offendicula ac tamquam pedicas scribentibus injicimus? quam consuetudinem, iis, quorum lingua utimur, incognitam, inducimus? qui finis erit apices, litterulas, atque ejusmodi ineptias consectandi? obsequium tibi, tuique similibus, animo primum, deinde verbis, animi sensum prae se ferentibus, non apicibus litterulisque significandum duco. quod quidem si his etiam significari oportere morosi isti homines putant, non poterunt non iidem putare, graduum etiam discrimina in iis servari convenire; ut, quemadmodum obsequium dignitati, sic obsequio litterarum modus ex altera parte gradusque respondeat. itaque, si tu, cujus dignitas multis partibus major est, quam reliquorum ferme mortalium, mihi, cujus in te obsequium est dignitati tuae par, compellandus fueris, non potero, nisi decempedalibus, aut eo etiam grandioribus quibusdam initialibus, quas vocant, litteris usus fuero, summum atque immensum quoddam meum erga te obsequium atque observantiam declarare. tu vero me tui observantissimum, etiam sine decempedis, existimato. iterum vale.



LXIX.

Michaël Card. Bonellus Henrico Card. Infanti Portugaliae.

31. dec. 1567. *Ut ecclesiasticam jurisdictionem sartam tectam praestet, nomine pontificis max. hortatur.*

Quia significatum est sanctissimo domino nostro, multos in
a isto regno (*a*) quaedam occupasse, quae ad jurisdictionem ecclesiasticam pertineant (ex quo etiam verendum sit, ne idem posthac & magno divini cultus detrimento, & non mediocri ecclesiasticae libertatis diminutione committatur, nisi diligenter fortiterque temerariis hujusmodi hominum conatibus occursum fuerit), ideo ejus sanctitas serenitatem tuam reverendissimam vehementer hortatur in domino, ut perniciosis istis incommodis medeatur. quod facile fiet, si serenitas tua reverendissima, pro summa sua pietate & prudentia, cum pari istic potestate & auctoritate conjuncta, curarit, ut, qui aliquid
b ejus generis usurparit (*b*), quod juris ecclesiastici sit, restituat
c (*c*), discreteque proposita poena, tantae audaciae digna,
d caveat, ne quisquam tale quid committere audeat. (*d*)

(*a*) Portugaliensi.

(*b*) *usus* cod. vatic. 3432. pag. 293. unde hanc epistolam desumsi. Emendavi ex conjectura. nam, quae sit codicis tabul. vatic. & heic & aliis hujus epistolae, aliarumque etiam, quae sequentur, aliquot locis, lectio, neque per me cognoscere, neque per alios rescire potui. tantum mihi significatum est, reperiri eam pagina illius codicis 532. & ultimo anni 1567. die datam comparere.

(*c*) *restituet* id.

(*d*) Hac voce terminatur epistola in eod. cod. vatic.

Oratio, qua novo Venetiarum Duci Brixiana Civitas gratulatur. (*a*)

a Magnam, serenissime princeps, orationis partem, quae, gratulantibus novo principi civitatibus ac populis, in eo fere versari solet, ut se quisque praecipuum laetitiae fructum ex

(*a*) Orationem hanc, admodum mendose in codice vatic. 3432. scriptam. (quemadmodum ex perversis ejus, quas deinceps afferam, lectionibus apparebit), hoc anno 1567. in quem extremum eam contuli, esse habitam, non est dubitandum. constat enim ex ejus lectione, non nisi Petro Lauredano fuisse dictam, quem illo ipso anno venetae reip. principatum adeptum esse, & Hieronymo

ex ampliſſimo illo dignitatis gradu, quo is aſcenderit, percepiſſe contendat, brixiana civitas, freta & (*b*) prudentia & me- *b*
moria tua ſingulari, in hac ſummi honoris tui gratulatione ſibi praetermittendam putavit. intelligit enim, tibi (*c*), per *c*
omnes magiſtratuum gradus non celeritate quadam & curſu, ſed tardis ſpectatiſque ſpatiis ad ſummum iſtum reipublicae locum divinitus elato, qua fide, qua pietate in remp. venetam fuerint omnes ei (*d*) ſubjectae urbes (*e*), & omnia, quae in ejus ditio- *d e*
ne ſunt, oppida, maxime notum atque perſpectum eſſe. brixianorum hominum fidem in omni varietate temporum venetae reip. ſtabilem ac firmam permanſiſſe, probe meminiſti; quam non adverſa fortuna unquam labefactavit (*f*), non diuturna bel- *f*
lorum incendia commoverunt, non obſeſſionis aſperitas & rerum omnium ſpoliatio fregit, non honorificae conditiones aut ampla promiſſa flexerunt. immovero eorum (*g*) animis *g*
uſque eo ſemper inſitum & innatum eſt ſanctiſſimum (*h*) illud *h*
marcii leonis inſigne, ut, cum ſpiritus & vita ipſis adimi poſſit, naturalis tamen ampliſſimae hujus clientelae ſenſus, & (*i*) *i*
addictum hoc veneto nomini ſtudium eripi (*k*) nullo modo poſ- *k*
ſit. qua in re ſummum in ſe Dei optimi maximi beneficium agnoſcunt, ſemperque agnoverunt; qui ſe in tutela ejus reip. eſſe videant, in qua illa caeteris gentibus admirabilis olim italici nominis gloria tanquam in domicilio honeſtiſſimo, in arce munitiſſima ſe collocarit; in qua verae (*l*) libertatis communis *l*
ſit omnium portus ſalutiſque perfugium; cujus ſtatus iis & legibus & moribus (*m*) conſtitutus, eo principe & ſenatu tempe- *m*
ratus, iis magiſtratibus judicibuſque diſtinctus ſit, ut, excluſis omni-

ronymo Priulo (qui anno 1559. non, ut Coronellus in opere, quod inſcripſit *Cronologia, prodromo alla Biblioteca del P. Coronelli*, pag. 475. ait, anno 1556. princeps renunciatus, annos octo, menſes duos, dieſque praeterea tres reipublicae praefuerat) proxime ſucceſſiſſe, rerum venetarum ſcriptores tradiderunt.

(*b*) *ex* cod. vatic.

(*c*) *te* id.

(*d*) & id.

(*e*) *orbes omnia &c.* id.

(*f*) *non labefactarunt* id.

(*g*) *quorum* id.

(*h*) Ita perſcripta eſt in codice haec vox, ut aeque *ſanctiſſimum* ac *sereniſſimum* legi poſſit. ſed neutrum a Pogiano puto; ut item alia quaedam in tota hac oratione, quae inemendata reliqui, quod emendandi nulla ſatis commoda ratio ſuccurreret. illa autem ipſa, quae emendare conatus ſum, in iis non tam Pogiano reddere, quae ſua eſſent, me ſemper poſſe ſperavi, quam volui, Pogiani quae non eſſent, ſed hominum imperitorum, ea, aliis verbis inductis, ac tamquam obducto aliquo velo, oculis legentium ſubducere.

(*i*) Omittit particulam & idem codex vatic.

(*k*) *erripi* id.

(*l*) *veſtrae* id.

(*m*) *in oribus* id.

omnibus conversionum & mutationum causis, quibus reliqua dominandi genera proposita sunt, optimo huic reip. principatui, divino, quemadmodum confidimus, praesidio septo atque munito, unus ille, qui huic mundo, dies, praeterea nihil, finem afferre posse videatur. quam nobis perpetuitatis spem felicissimae reip. diuturnitas confirmat, qua adhuc regnorum, rerumpublicarum, principatuum omnium saecula superavit. neque vero dubitandum est, quin Deo gratissima sit, quam toties, in ejus exitium coëuntibus atque incumbentibus potentissimis infestissimisque hostibus, non jam humanae opes, sed excelsa ipsius Dei dextera sustentasse videatur. etsi magnum etiam illud argumentum est (*n*) divini amoris in remp. pax, securitas, copia, & plane beata vita civium ac populorum, qui vestra ditione ac potestate continentur: quorum utilitati ac saluti cum ita consulatis, ut eosdem vos illi non solum dominos, sed tutores parentesque se habere intelligant, illud etiam assequimini, ut libentibus vere liberis hominibus imperetis. sic enim vobis serviunt, ut, cum in vestra dominatione incolumes sint ac felices, iidem illi sentiant, se non modo in aliena servitute perditos ac miseros fore, sed etiam, sine vobis, in propria libertate perituros. itaque & suo sensu, & aliorum opinione florentes ac beati vestram curam, vestrum patrocinium optabile omnibus atque expetendum effecerunt. Verum ex omnibus, quibus divinum numen beatissimae huic reip. propitium esse speramus, haud scio an illud signum maximum sit atque certissimum, quod te ejus principem ac ducem esse voluerunt, in quo deligendo magis Dei judicium, quam humana consilia eluxisse videamus. ea enim mens a Deo data est optimis ac sapientissimis patribus, ut te, princeps serenissime, extra suum numerum (*o*), extra illud conclave, nihil tale molientem, ne cogitantem quidem,

(*n*) & id.

(*o*) Petrus Justinianus lib.XV. *Historiae venetae* edit.ven.an.1576.pag.419. *Petrus*, inquit, *Lauredanus loco ejus* (Hieronymi Priuli, hoc anno 1567. exstincti) *princeps declaratur, senio jam confectus, quum sex & octuaginta vitae annos ageret, sed integris sensibus animique vigore in effoeto corpore non carebat: divinitusque ac insperato principatum obtinuit. nam ducis creatio, electorum dissidio, per tredecim dies, quod raro accidere solet, retardata est, variantibusque suffragiis; quum nemo ex competitoribus sibi invicem supremam dignitatem cederet, conversis in unum Lauredanum votis, electores, praeter ejus ac totius civitatis expectationem, ducem eum creavere: qui tum rei ignarus, quod in electorum numero non esset, e foro digressus per mercatoriam viam domum proficiscebatur; acceptoque in via nuncio, magno populi concursu facto, statim in curiam gratulabundus accessit.*

dem, ſummi ducis nomine decoraret. noverat idem ille, qui
intimos perſpicit hominum ſenſus, te quidem ſemper clariſſi-
mum atque optimum virum, amantiſſimae reip. etiam gloria
circumfluentem, ſed eundem ab omni ambitione remotiſſimum;
virtute contentum, fidelem, ſimplicem, cultorem veritatis, re-
ctis euntem ſenſibus probaverat. quibus nimirum expreſſae pro-
bitatis indiciis (p) cum incredibiliter delectetur Deus, aetatem *p*
tuam propter eandem cauſam divino beneficio & provectam
longius, & ad hujus reip. incolumitatem longiſſime provehen-
dam, eo etiam honore, qui in rep. ſummus eſſet, cumulare vo-
luit. ergo ex ampliſſima familia, illuſtribus referta magiſtra-
tibus, & inſignibus uberrima ducibus, iſtud modo pruden-
tiae decus, iſtud virtutis lumen (q) excitavit, quo moderatore *q*
ac duce feliciſſimum hoc libertatis tranquillitatiſque propugnacu-
lum, quo omnes ejus partes (r) atque omnia membra, ſecura *r*
ac rebus omnibus affluenti pace fruerentur. itaque, hoc acce-
pto ſereniſſimi principatus tui optatiſſimo nuncio, brixiana ci-
vitas ea laetitia & privatim & publice affecta eſt, iis perfuſa gau- *ſ*
diis, eas immortali (ſ) Deo gratias egit, quas ſerenitatis tuae
dignitas, cum ſumma omnium ſpe quietis atque otii conjuncta,
& tibi (t) a ſe debiti officii ratio poſtulabat. eadem vero nunc, *t*
cum univerſa tuae ſerenitati atque huic ſapientiſſimo ſenatui,
qui, in te principe declarando, eam, quam debuit, juſtitiae ac
publicae ſalutis rationem habuerit, coram gratulari, & debi-
tum pietatis atque obedientiae ſuae munus praeſtare non poſſit,
miſit nos, qui tibi praecipuum ſtudium, & fideliſſimae ſervi-
tutis officium communi omnium nomine deferremus (u). quod *u*
ut ex animo facimus, ſic a Deo opt. max. vehementiſſime pre-
camur, ut, quam omnes brixiani cives, quique (x) noſtrae ci- *x*
vitati attributi ſunt agrorum & montium incolae, laetitiam ex
feliciſſimo principatus tui nuncio apertiſſime (y) prae ſe tule- *y*
runt, eádem, te juſtiſſimo atque optimo duce diutiſſime ſalvo
& incolumi, perfruantur. Et, quoniam illud in more poſitum
eſt inſtitutoque majorum, ut ab iis, qui honorario hoc legatio-
nis fungantur officio, ſuae civitates novo (z) principi commen- *z*
dari velint, nos antiquiſſimam noſtram urbem Brixiam, quae-

que

(p) *judiciis* cod. vatic.

(q) *flumen* id. In quo proxime fuit *modo nunc prudentiae &c.*

(r) *partes omnium membra &c.* id.

(ſ) *immortales* id.

(t) *tali in ſe debiti ejus officii rat.. poſtul.. qualem vero &c.* id.

(u) *deferemus* id.

(x) *qui* id.

(y) *apertiſſime tulerunt. eodem te &c.* id.

(z) *principe* id.

aa que ejus jurisdictione continentur oppida *(aa)*, venetae reip.
bb dedita & obstricta, serenitati *(bb)* tuae commendamus. quo lo-
cc co tantummodo *(cc)* fidelem illum brixianorum animum, atque operam, nulla unquam vel temporum injuria vel hominum causa corruptam, ad tuam aequitatem ac prudentiam al-
dd legamus. illa igitur, suis civibus *(dd)* atque oppidorum incolis tanquam in conspectu tuo constitutis, a serenitate tua summis precibus petit atque contendit, ut, quae sibi commoda,
ee jura, & ornamenta ab omnibus, qui venetae *(ee)* reip. ullo unquam tempore praefuerunt, tanquam incorruptae fidei atque
ff operae praemia tributa sunt, ea, praestantissime dux, cum *(ff)* universo senatu, rata ac perpetua, auctoritate ac benignitate vestra, faciatis.

JULII

(*aa*) omittit id.
(*bb*) *servituti* id.
(*cc*) *tantum* id.
(*dd*) *civibus incolis*, *oppidis tanquam &c.* id.
(*ee*) *excellentissimae* id.
(*ff*) Hoc totum *cum universo senatu* addidi ex ingenio, ne locus postea non esset orationis illi clausulae *vestra faciatis*, pro *tua facias*.





JULII POGIANI
EPISTOLAE
ANNO M. D. LXVIII. SCRIPTAE.

I.

Julius Pogianus Nicolao Tomickio.

Negat, sibi per occupationes suas licere de latini sermonis facultate comparanda, quemadmodum rogatus fuerat, praecipere. f.6.febr. 1568.



REM quaeris ex me cum sua sponte difficilem, tum vero & meo tempore & tuo nomine multo difficillimam. cum enim facultas latini sermonis, cujus viam quandam & rationem tibi a me tradi vis (a), olim paene sugeretur cum lacte nutricis, confirmaretur a domesticis & familiaribus, cumularetur a populo, potiusque eo in genere ornamenti aliquid, quam necessarii instru-

(*a*) Tomickio Gratianus die 3. jan. 1568. scribens, *Mihi*, inquit, *in te, mi Tomicki, intuenti (quod tibi saepe jam scripsi, & scribere nunquam desinam) hoc esse curriculum singularis & ingenii & industriae tuae videtur, teque in ea tempora incidisse intelligo, ut, si ad dignitatem generis & ad caetera tum fortunae tum animi subsidia, quibus instructissimus es, haec accedat dominatrix animorum vis & facultas eruditae & copiosae orationis. magnum praesidium in te collocaturi sint omnes boni, magna ipse patriae adjumenta ad sanandos, quibus constictatur, morbos, & veterem disciplinam restituendam, importaturus esse videaris. ad hanc laudem ut Pogiani, summi viri, literis adjuveris, tibique ab eo ratio & via tradatur, qua progredi debeas, mihi erit curae: quamvis a rogando homine deterrent me ejus maximae occupationes;*

menti, peteretur a magiſtris, multis jam ante ſaeculis illa & naturae & conſuetudinis adjumenta perierunt. reliqui poſtea libri fuerunt, unde latinam linguam addiſceres: ſed & illi etiam, ſine interprete, paene muti magiſtri ſunt. hic vero etiam quotuſquiſque eſt, cujus opera niti poſſis ad hoc comparandum ingenii decus? ergo latini ſermonis non ſolum infinita eſt, ſed etiam lubrica cognitio, uſus vero longe difficilior: quod & ex multitudine ſcriptorum, & ex paucitate eorum, quorum ſcripta probentur, facile intelligas. quid igitur ego praeſtare poſſum, tibi praeſertim, cujus praeſtans ingenii vis praeclari alicujus ſubſidio & conſilio ducis videtur indigere? quare nihil eſt quod a me aliquid, te dignum, expectes, qui quondam ex iſto curſu laudis, paululum omnino progreſſus, ad iter plane diverſum deflectere neceſſe habuerim: in quo me indigniſſimis preſſum oneribus, vagum, & aeſtuantem ſi videres, profecto te mei temporis miſericordia commoveret. verum, ne in reliquo deſiderio amorem quoque meum deſiderare poſſis, mitto tibi neſcio
b quid literarum (*b*), quas amico cuidam aliquot ante annis miſeram, ejus rogatu. hae ſi cui (*c*) tibi uſui fuerint, gaudebo,
c ſin opinioni tuae non reſponderint, te tamen, quanti ipſe ſim, id eſt tanti non eſſe, quanti me aeſtimaras, aliquando intelli-
d gere, non moleſte feram. Vale. Romae. (*d*)

II.

nes; & eſt ſane ipſe in hoc toto genere faſtidioſior, quam ut cujuſquam rogatu ſcribere ſoleat. extorquere me tamen aliquid poſſe, confido: nam illius capiendae voluntatis ego auceps ſum optimus. tu modo ad eum in eam ſententiam, de qua te ſuperioribus meis literis monui, ſcribito.

(*b*) Quas mittere ſe ad Tomickium litteras Pogianus dicit, eae ſunt illae ipſae quas, prid. Kal. apr. an. 1564. ad Hannibalem Minalem dederat, habeſque in vol. III. pag. 400. & ſeqq.

(*c*) *quo* exempl. Emendavi.

(*d*) Nulla eſt huic epiſtolae in exemplari temporis, quo data fuerit, adſcripta nota. datam ineunte februario an. 1568. conjeci ex eo, quod in Tomickii ad Gratianum litteris, die ejuſdem menſis duodecimo, eodemque anno datis, illa legerim: *Il ſignor Pogiano mi ha ſatisfatto di tal ſorte, che io ſon certo, che, ſeguitando queſta ſua regola, ſarò in breve qualche profitto.*



II.

Julius Pogianus Stanislao Hosio Cardinali Varmiensi.

Litterarum intermissionem excusat. De Vincentii Portici polonica legatione gratulatur. De Petro Barzio. De sua erga Hosium observantia. f.13.febr. 1568.

INtermissionis mearum ad te literarum occupationes quotidie alias (*a*) ex aliis causam fuisse, omnes, quibus hic notus sum, testes esse possunt; summi amoris & observantiae in te meae, assiduae etiam commemorationis praestantium laudum tuarum cum alii multi (*b*), tum vero maxime duo cardinales, & virtutis ac doctrinae, & benevolentiae ac studii erga te principes, Commendonus atque Sirletus (*c*). quae cum ita sint, pluri-

Ccc 2

(*a*) *aliae* exempl. Emendavi.

(*b*) Sabaudi *testes esse possunt*.

(*c*) Hoc ipso tebruario hujus anni mense Stanislaus Clodinius (de quo non semel in superioribus voluminibus egimus) dedit ad Sirletum e Polonia quasdam litteras, in codice 6189. biblioth. vatic. pag. 537. servatas, quas, cum alias ob probabiles causas, tum potissimum, ut mutua Hosii erga eumdem Sirletum benevolentia, parque de ejus dignitate judicium intelligatur, hoc loco describam:

Illustrissimo & reverendissi. monsignore e padrone mio colendissimo. Questa mia sarà per far la riverenza a vostra illustrissima signoria, & per supplicarla humilmente, che si degni di conservarme nella sua buona gratia, & me reputi quel vero e fedel servitore, che li sono. Io alli 4. di questo son giunto dall'illmo, & rmo card. Varmiense, lo quale trovai per gratia di nostro signore Iddio buen sano, tutto intento alli studij al solito: & havendo molto honorevolmente meco raggionato della somma doctrina e santità di vostra illustrissima signoria, la quale infinitamente ama, & osserva, mi raccomandò questa occasione de scriver a vostra illustrissima signoria: avisandola, che penso, che sua signoria si potria ridure, per venir a Roma, quando fosse la volontà e commissione di sua santità: perchè veramente è peccato, che in queste bande stia un così santo e dotto huomo, non essendo tanto stimato, quanto meritarebbe, nè potendo (per la malignità della gente) de fare quel frutto, che farebbe altrove. io per me haria molto a caro questa occasione, perchè veniria seco, lasciando quà tutte le dignità, che potria con tempo d'havere. ma di ciò mi rimetto alla volontà del signore Iddio. E perchè illustrissima signoria vostra so bene, che nostro signore, per sua benignità, haveva commesso al monsignore nuncio, che mi provedesse del primo canonicato di Cracovia che vacasse, hora vacando uno del mese novembre (perchè uno, che lo haveva, è fatto abbate) monsignore nuncio mi ha provisto d'esso. ma vescopo di Cracovia, in pregiudicio della sede apostolica, presentò suo nepote, giovenetto de dodici o quatuordici anni, a detto canonicato, havendo finto, che predecessore havesse fatto la resignatione del mese ottobre; la qual cosa è falsissima, come si proverà, quando sarà di bisogno. però io confi-

pluribus diuturnum silentium non excusabo meum, cui me etiam sine excusatione, pro ea, qua excellis, bonitate naturae & humanitate, purgatum esse confidam; magisque putem, jucundum fore, quod scribam, quam necessarium causas afferre, cur tandiu non scripserim. neque vero gratior mihi facultas offerri potuit dandi ad te literas, quam hujus Vincentii Portici (*d*), nobilis in primis & clari viri, quem a Pio quinto pont. max.

confidandomi nella somma benignità di vostra illustrissima signoria, la supplico, che ella si degni d'ajutarme, acciochè così ingiustamente, & con pregiudicio della sede apostolica, non fosse privato del canonicato, per l'avaritia del vescopo, il quale ha tanti altri benefitij, senza la sua grande l'intrada, per arrichire li suoi nepoti, non intromettendosi nelli mesi de sua santità. del che & sua maestà & monsignore cardinal Varmiense saranno contentissimi, & io li restarò perpetuamente obligatissimo. E qui facendo fine con quella riverenza che debbo, bascio humilmente le mani a vostra illustrissima signoria, pregandoli da nostro signore Iddio longa e felice vita per ornamento & augomento della sua chiesa, & consolatione de noi obsequentissimi & fidelissimi suoi servitori. Di Aczperk alli 6. di febraro 1568.

Di vostra illustris. e reverendiss. signoria

Humillimo ed obsequentissimo servitore
Stanislao Clodinio Protonotario & secretario del serenissimo rè di Polonia.

(*d*) Laderchius in *Annal. eccles.* tomo XXIII. pag. 114. ad hunc ann. 1568. *Hoc anno*, inquit, *quem toties supra memoravimus, Julio Rugerio Romam revocato, in ejus locum apostolicum suum nuncium Vincentium Porticum, lucensem, Pius in Poloniam misit. de illo ista Gabutius (Vit. Pii V. lib. 3. c. 10. pag. 108.): „ Post Rugerium Pius Vincentium Porticum, integrum virum, quem deinde epidauriensem archiepiscopum vidimus, internuncium pontificium apud Poloniae regem constituit. hujus autem opera pontifex ibi multa, eaque praeclara ita gessit, ut magnam integritatis, animi magnitudinis, ac liberalitatis laudem sit consecutus „. Literae, quas fidei vocant, a Porticu ad regem delatae, hujusmodi fuerunt:*

„ Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto Poloniae regi illustri.

„ Pius PP. V.

„ Charissime &c. Redeunte ad nos dilecto filio Julio Rogerio, qui apud majestatem tuam nostri & sedis apostolicae nuncii officio functus est, in ejus locum nostrum & ejusdem sedis oratorem & nuncium delegimus ex praelatis dilectum hunc filium Vincentium a Porticu, sedis apostolicae protonotarium, virum nobis probatissimum atque gratissimum, cujus opera, consilio atque doctrina uti consuevimus in nostris & hujus sanctae sedis negotiis: a quo majestas tua plane edoceri poterit de nostra erga te paterna voluntate, & de cura, quam, pro commisso nobis officio, habemus salutis regni tui, & quidem tanto majorem, quanto vehementius illud perturbatum esse videmus tum externo bello, tum intestinis haereticorum sectis. non esse hortandam majestatem tuam, satis scimus, ut eum advenientem benigne excipiat. id enim, pro sua erga sedem apostolicam pietate & reverentia, facturam esse, certum habemus. quia vero recedenti a nobis quaedam ad te mandata dedimus, eamdem majestatem tuam rogamus, ut & hoc tempore & in posterum, quibuscumque de rebus tecum

max. ad Poloniae regem legatum esse, & ipsi pontifici, & provinciae vestrae, & tibi, & maxime Portico gratulor: cujus summam

„ cum aget, parem ei fidem habere „ velis, ac si nos ipsos audires: quod „ erit nobis gratissimum. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo „ piscatoris, die 18. februarii 1568. „ pontific. nostri an.3. „

At ejusdem ferme exempli ad caeteros quoque polonici regni proceres, tam ecclesiasticos quam laicos, a pontifice Vincentio epistolas deferendas datas fuisse, diserte in vaticano regesto asseritur.

Illud dicere non omittam, in hac Pogiani ad Hosium epistola quoties *Portici* nomen occurrit, id in nostro exemplari a Gratiano fuisse semper superinducto atramento occultatum, pro eoque aut *NN.* aut *Nuncii* vocabulum inscriptum. quinetiam, quum quodam loco Pogianus de Portico ita scripsisset, *a Pio quinto pont. max. ad Poloniae regem legatum*, Gratianus vocem illam *quinto* delevit ac sustulit, eo, nisi fallor, consilio, ut, detracta certi pontificis Pii nota, difficilior nuncii, de quo ageretur, investigatio cognitioque lectoribus fieret. nimirum Portici legationis hujus plerasque actiones cardinali Commendono, ad Maximilianum imper. & ad Sigismundum Augustum, Poloniae regem, cum potestate legati a latere a Pio V. per idem illud tempus misso, improbatas fuisse Gratianus non ignorabat; ut propterea mirum non sit, si, hanc epistolam cum Pogiani reliquis, quemadmodum quidem in animo habebat, editurus, ipsique Commendono nuncupaturus, tam multas laudes, homini eamdem legationem ineunti tributas, a posterorum oculis removere voluerit. quid vero Commendono in Portico legationem illam polonicam obeunte, displicuerit, ex aliquot ejus ad card. Rusticuccium litterarum, quas afferam, particulis, cognosci poterit. Die 19. nov. an. 1571. Vienna scribens, *Da monsignor nuntio di Polonia*, inquit, *ho ricevuto hoggi lettere di VII. del presente, con le quali mi avvisa d'una risposta havuta ultimamente dal rè al breve, che nostro signore mandò già più mesi a sua maestà per il padre Maggio, & mostra di restarne assai contento, & di sperar ben del negotio, come V.S. illustrissima vedrà per l'inclusa copia. ma io o non intendo bene ciò che sia quello, che il nuntio scrive alquanto oscuramente, o, se vuole pur dire, che il rè sia hora per mandare a Roma, & per fare a nostro signore la dimanda del divortio, ne sto molto mal contento: essendo sempre stato del medesimo parere, che in nessun modo si havesse a lasciar condurre un tal negotio a Roma; perchè al sicuro, come esca in campo, non se ne può sperare altro esito, che quel d' Ingbilterra. anzi questo è appunto quello, che pretendono coloro, che consigliano il rè; i quali non si contentano, che sua maestà da sè faccia il divortio, ma cercan di più, che n'habbia prima un' espressa repulsa da la sede apostolica, per condur poi tanto più facilmente l' apostasia del regno. questo medesimo a tempo mio, sotto simil pretesto di riverentia verso la sede apostolica, tentò di fare l' arcivescovo di Gnesna. questo & non altro, volean dire quelle buone risposte, che il nuntio scriveva haver dal rè, che in questo negotio sarebbe salva l' autorità de la sede apostolica. questo par anche che inferiscano le lettere di hieri. ma non posso ben comprendere, che cosa il nuntio intenda, dicendo* con satisfattion de le parti, *se per sorte intenda, che il rè & la regina di commun consenso sian per dimandar questa separatione. Il che io non credo mai de la regina. ma, se bene ho già preso licentia, voglio parlarne in ogni modo con l' imperatore, prima che parta... Piaccia a Dio, ch' io m' in-*

mam istic legationis difficultatem sapientia ac bonitas tua, cui is plurimum confidit, valde levabit. reliqua praestabit Portici vir-

m'inganni, & che già per queste strade non sia condotto il negotio tant' oltre, & stabilito in modo, che sia indarno l'andata mia in Polonia &c.

Die 16. jan. 1572. Varsavia ad eumdem card. Rusticuccium Commendonus scribens, *Io credo*, inquit, *che V.S. illustrissima fosse indovina, che mi mandò una lettera per il nuntio con ordine, che mi communicasse ogni cosa, la qual in vero io non credeva, che fusse per esser necessaria; & pur veggo, che non basta: & ne sto molto travagliato. perchè da una parte, s'io voglio entrar nel negotio, essendomi non solamente celato l'intiero d'esso negotio, ma dettomi espressamente di non potermelo rivelare, temo di non far peggio, o di parlar al vento. da l'altra, veggo chiaramente, che quì si va a camino di condurre in ogni modo la cosa in dieta, & che, se prima non vi si piglia partito, anderà senza rimedio &c.*

Die 16. apr. *Essendomi stato riferito da monsignor nuntio, che havesse tenuto quì proposito di quello, che scrissi con l'ultime mie a V.S. Illustrissima circa un partito di dar denari a' particolari signori di questo regno per nome de la lega, acciochè privato nomine movessero un essercito contra turchi, & che havesse ancho detto di haverne già scritto a Venetia, io glie ne ho parlato chiaramente, mostrandogli il danno, che portaria l'intromettere hora una tal forma di negotio &c.*

Die 2. oct. Solicovia: *Ho poi inteso dal medesimo Laski tuttavia, che il nuntio gli ha scritto & cercato di persuaderlo a prommovere* (al regno di Polonia) *l'Infante* (Anna Jagellona, sorella del defonto rè Sigismondo Augusto) *pregandolo però molto strettamente a non communicar meco di questo cosa alcuna. di che esso Laski si è molto scandalizzato, & ne ha ancho presa molta ombra; massime havendo di più veduto, che da una parte il nuntio dissimula, che questa pratica sia trattata di concerto con i ministri de l'imperatore, & da l'altra parte per gl'intercetti de le loro lettere se ne scuopre tutto il contrario.... Girano questa pratica de l'Infante in questo modo, che non si parli per hora del principe Ernesto, poichè si sente essere tanto odioso il nome di casa d'Austria, ma si proponga sola di far elegger l'Infante, & essa promesta di non prender altro marito, che Ernesto; &, per facilitar il negotio, si dia fra tanto intentione a li principali senatori, che, eletta l'Infante, essi per vices habbiano il governo del regno. & per questa via la maneggia il nuntio, come io ho veduto in una lettera di sua propria mano. & m' è parso molto strano, che un nuntio apostolico proponga un partito, che se succedesse, saria necessario, che il governo capitasse subito in man d'un heretico, & che le cose de la religione andassero tutte sossopra... Ma se lo fa solo per promuovere il negotio* (in favore di Ernesto) *& per dar parole a questo & a quello, non mi par mancho questo modo di procedere molto conveniente ad un nuntio apostolico... Io ho mandato a chiamarlo per advertirlo sì di questi intercetti & de l'odio, che hanno eccitato contra di lui, & di me anchora, appresso coloro, che credono, come di ragione devon credere, che si faccia tutto, se non d'ordine, almeno di saputa mia, & sì del pregiuditio, che ne viene a l'honor suo appresso quelli, che sanno, come egli mi celi queste sue pratiche, & massime appresso quelli, i quali lui stesso prega a tacer meco; & dimandargli, se per sorte havesse havuto qualche nuovo ordine, contrario al primo, ch' egli hebbe non pur di communicarmi ogni cosa, ma d'essequir quello, ch' io gli ricor-*

virtus, multis illa scilicet constans animi atque ingenii bonis, probitate, integritate, religione, doctrina, prudentia, usu magnarum

ricordassi, benchè io mi ritrovossi fuora del regno: & , intendendo, che non habbia altro in contrario, ammonirlo, che se bene egli non aspetta da me nè consiglio nè indirizzo alcuno, deve almen guardarsi di non poter essere arguito di disubidientia & poca fede verso nostro signore, & poco rispetto a chi pur rappresenta sua santità: esser offitio suo, & mio di servir per commissione di nostro signore a casa d'Austria, ma non in modo, che nostro signore non sappia tutto, nè mancho con metterci noi in ogni trama, nè così di nascosto, per non dar sospetto di consentire o di tener mano a cosa, che non piacesse poi molto a sua santità, o di voler tirare a benefitio nostro particulare l'obligo intieramente dovuto al nostro principe: esser tale la benignità & la grandezza de l'animo di nostro signore, che, come non vorrà mai, che le fatiche & servitù d'un suo ministro restino senza premio, così non patirà d'essere per vie indirette sforzato a farlo: & in somma parlargli di tutto liberamente & con molte particularità, per vedere in fine quello, che si risolve di fare & di dire, acciochè si rimedii a questo disordine quietamente & senza rompere, che saria cosa di scandalo. bisogna haver patientia di molte cose sì per carità, come ancho per non far peggio: & sa bene il padre Toledo quanta me n'è convenuto havere ne la passata dieta. veramente questa cupidità del cardinalato ne i nuntij, con l'essersi loro aperta questa porta de l'intercessione di principi, è cosa troppo pernitiosa.

Ac Porticum quidem sibi in hac re nequaquam defuisse, argumento esse possunt eae litterae, quas Franciscus Goubau inter *Apostolicas Pii V. epistolas* retulit lib. v. epist. 2. Sunt autem hujusmodi:

„ Anna, Sigismundi Augusti, Poloniae regis, soror, Pio Papae V.

„ Sanctissime ac beatissime pater, „ ac domine clementissime. Quoties„ cumque mecum ipsa considero, quam „ aperte ac saepe sanctitas tua clemen„ tem planeque paternum erga me ani„ mum suum per litteras mihi testa„ tum esse voluerit, toties me, sci„ licet immeritam, corripit tremor „ quidam, atque obmutesco, nec, „ quibus verbis illi gratias agam, in„ venio. velim equidem, clementis„ sime pater, re ipsa praestare id, quod „ in sacrosanctae sedis apostolicae gra„ tiam apprime cupio, atque ita, quae „ in me beneficia confers, large com„ pensare. sed facultas haud respon„ det voluntati. at vero propensio„ nem ac promptitudinem animi mei „ plurimis in rebus perspicere potuit „ reverendus internuntius, qui pro „ munere suo de religione solicitus „ mecum nonnulla communicavit... „ Quod reliquum est, id ego per hanc, „ quae mihi sese offert sanctitati tuae „ respondendi, occasionem, tum pro „ conscientiae meae rationibus, tum „ etiam pro eo, quod christianae re„ ligioni, in hoc regno jam reflore„ scenti, atque adeo ecclesiae Dei prae„ stare debeo, aperte non fateri non „ queo: nempe si mihi liceret sancti„ tatem tuam in hasce regni sedes ad„ ducere, ut suis ipsamet oculis in„ tueri posset, quos fructus in hisce „ hominum moribus tractandis, ad „ hujus tranquillitatem regni, & ad „ imminentes rerum difficultates tol„ lendas, protulerit ac proferat in dies „ ipsius internuntii apostolici splendor „ virtutis, ac dignitas egregia, cum „ vitae integritate, modestia pruden„ tiaque conjuncta, haud dubie san„ ctitas tua, pro ardenti suo religio„ nis atque hujus regni felicitatis stu„ dio,

gnarum rerum ; quibus nimirum reliquas gratulationis meae partes, Deo adjuvante, comprobabit. verum ego congressus sermo-

„ dio, & meis & regiae majestatis & „ catholicorum, ac demum piorum „ omnium, id videre cupientium, vo- „ tis responderet, summae dignitatis „ ornamenta in ipsum internuntium „ conferendo : quod omnino, prae- „ sertim hoc tempore, & christiana re- „ ligio & regni quies videntur expo- „ scere. illud quidem vulgatum esse „ cognosco, id solum ad majorem ho- „ minum salutem ecclesiaeque incre- „ mentum ab omnibus vehementer op- „ tari..... Datum Varsoviae prid. „ non. apr. 1571.

Reliqua de Portici internuncii actionibus, a card. Commendono pontificis a latere in Poloniam legato deinceps scripta, persequamur. in litteris, ad card. Comensem die 17. oct. 1572. Solicovia datis, *Io non sò*, inquit, *l'intentione del nuntio, nè vorrei fargli danno scrivendo, & temo di non fargliele maggiore tacendo : perchè anchora ne la passata dieta tenne il medesimo stile, sì con intraprender & rivolger per diversa via i medesimi negotij, che io trattava, come col non communicarmi quello, ch'era passato nel maneggio del divortio & de la concordia* in causa religionis, *& d'altri gravi & pericolosi negotij ; finchè si condusse a dire di haver giuramento di non palesar li segreti, che haveva, nè fu mai possibile, con tutto l'ordine espresso, che haveva da nostro signore* (Pio V.) *di communicar ogni cosa meco come con sua santità stessa, di rimuoverlo che non volesse scriverne a Roma & dimandarne assolutione ; tanto che si venne al fine de la dieta, & morse ancho sua santità* (Kal. maj. 1572.). *Hora V. S. illustrissima gli ha dato di nuovo, per nome di nostro signore* (Gregorio XIII.) *il medesimo ordine ; & non giovu. Io gli scrissi, che venisse sin quà per cosa d'importantia & che non pativa dilatione ; & non venne. mandò solo un suo Paglierino con un lungo memoriale de le cause, per le quali non poteva venire. primamente perchè doveva dar ordine a certe quietanze di denari per conto de l'Infante, & rispondere a certe lettere d'Italia, pur per conto de la medesima Infante ; & poi perchè non haveva vesti, & simili cose ... Io veramente non restai molto satisfatto di questa risposta, parendomi strano, che, non havendo il nuntio a metter se non due notti in viaggio, & queste in casa d'ecclesiastici, già per due mesi, che siamo così vicini, non solo non sia mai venuto quà, ma chiamato con tanta instantia, habbia lasciato di venire .... A me lui manda molte lettere d'altri da mandar costì con le mie, ma non mai alcuna sua. Veramente il lasciar andare le cose in questo modo è per condurle in una infirmità incurabile & molto contagiosa a tutti i nuntij de la sede apostolica. Se io lo chiamo di nuovo & gli commetto che venga in ogni modo, o farà l'infermo, o non verrà, o venendo, quanto più si tenesse scoperto, tanto più si accostarebbe con questi principi, &, quanto più s'interessasse con loro, tanto più facilmente ne havrebbe & lettere & favore. romper non è bene ; che saria gran scandalo & di poco frutto... Sua santità è sapientissima, & cognosce molto bene & le difficultà, che questa conspiratione del nuntio con l'abbate Ciro porta al servitio di Dio, & l'indignità, che questi modi, ch'egli tiene meco, porta a la legatione, così restando io nel regno, come partendo, & insieme la necessità di pigliarvi qualche espediente. quanto a me, io non vorrei il danno di persona, &, se bene non ricuso di stare, partirò volentieri, nè pretendo altro, che ubbidire, non havendo più certa regola de le attioni mie, che questa de l'ubbidientia.*

Kalen.

sermonesque vestros (*e*), totamque illam jucundissimam consue-
 tudi-

Kalen.decembr. ejusdem an.1572. ad eumdem card. Comensem Solicovia scribens, *Dal nuntio*, inquit, *da i* 20. *d' ottobre in quà non ho nuova alcuna, se non che quest' giorni per lettere di* 23. *del passato da la corte de l' Infante ho inteso, ch'egli haveva mandato un suo a pregare detta signora, che lo chiamasse a sè; & che era ajutato da certi di questi signori, che sono da la parte di casa d'Austria, i quali vorrebbono, che restasse in ogni modo, per mantenere per suo mezzo viva la pratica de l' Infante, ad esclusione di monsignor d'Angiò, & insieme a ritenere da la lor parte l' arcivescovo, il quale, come io ho detto, si è lasciato mettere su i balzi d' essere Reggente. Io so & farò quel che posso, perchè il nuntio non sia forzato ad uscire* (dal regno di Polonia) *: perchè così conviene. ma, se lui da un canto tratterà i negotij a questo modo, & io da l'altro secondo l'ordine datomi, è necessario, che & gl'imperiali & i francesi entrino in sospetto, che sua santità dia a me & a lui commissioni diverse, o almeno che diano tutta la colpa a' suoi ministri, & a me principalmente; perchè giudicano, ch'io debba regolare le attioni del nuntio, e egli nega, & nasconde: nè le admonitioni giovano ad altro, che a metter me in diffidentia de gl' imperiali. & io sarò sempre più che contento, che ogni mala satisfattione, che potessero pigliare, cada più tosto sopra di me, che sopra sua santità, come feci ancho ne la penultima legatione in Augusta: che a me basta servire al beneficio universale & a Dio* per infamiam & bonam famam, *& haverò caro, che tutta questa trattatione passi con qualunche mia nota, purchè sia con servitio di Dio &c.*

Haec; aliaque ejusdem generis nonnulla, quae commemorari a me singula nihil necesse est, legato Commendono in nuncio Portico displicuerunt. qua re factum esse, supra dicebam, ut in hac Pogiani commendaticia ad Hosium epistola, quae cum reliquis, eidem Commendono a Gratiano nuncupandis, atque edendis, comparere debebat, Portici nomen, ubicumque occurrebat, removendum nuncupator censuerit. eaedemque caussae fuerunt, cur Gregorius XIII. haud ita multo post e Polonia in Italiam redire Porticum jusserit (de quo reditu infra dicemus), eumque in posterum tempus ab omni publicarum ejusmodi rerum administratione prohibuerit.

(*e*) Neque saepe neque multum cum Hosio congredi ac colloqui Porticus potuit. insequentis enim anni mense augusto e Polonia Hosius discessit. vide Rescium in Hosii *Vita* lib.I. c.XXXIV. de quo Hosii e Polonia discessu, atque in Italiam adventu, habeo binas card. Commendoni litteras, quas proferam, priores quidem ad eumdem Porticum Venetiis, mense, ut opinor, junio an.1569. datas, hujusmodi: *L'ultima lettera, che io tengo da V.S. è di* 25. *del passato. io le ho scritto rare volte dopo il mio ritorno in Italia, perchè non solo lo sono stato mal disposto, ma ho havuto quasi tutti i miei infermi, & particularmente il mio secretario* (Anton Maria Gratiani)*, de la salute del quale sono stato in molto travaglio. Havemo già inteso per lettere d' altri la venuta in Italia di monsignor illustrissimo Varmiense, la quale mi porta veramente infinita consolatione, & per il particular contento, che verrà a me da la conversatione di quel signore, che già tant' anni mi ha dimostrato amore da padre, & perchè io spero, che da la sua presentia in Roma habbia da venir molto servitio a le cose di sua maestà* (Sigismondo Augusto) *& di cotesto regno. Io, essendo venuto per otto giorni a Venetia, me ne parto per la villa; & non*

f tudinem jam nunc cogitatione praecipiens (*f*), nescio quomodo magna perfruor voluptate. quod item mihi contigit in Petro Barzio, nobilissimo & ornatissimo viro, regis vestri ad hunc
g pont. max. legato (*g*). non enim ejus oratio solum, sed aspectus etiam dulcem mihi & optatam quandam tui praesentis re-
h ferebat (*h*) imaginem. qua re fit, multos ut & hinc ad vos & istinc Romam venire cupiam, quibus meum tui coram videndi & colendi desiderium leniatur. sed de Barzio scito, jandiu regio nomine omnibus omnium generum gratiorem, quam illum, huc venisse neminem. qui cum regis vestri regnique causam sane vehementer ac diligenter egit, tum vero plurimos egregia virtute, morum suavitate, ac liberalitate sibi devinxit, in primisque me, qui ejus dono Romae magnifice possim equitare. quare, nisi illi apud te dem testimonium & gratias agam, non solum iniquum me, sed ingratum etiam existimem. quanquam non arbitror, pro ejus munere me exigua hac memoris animi significatione defungi posse. ergo alias ei
i commodiore loco persolvam. Ad te redeo; quem (*i*) non modo de summo meo in te studio & observantia, sed ne de Si-
k monetae (*k*) quidem cardinalis, optimi & tui amantissimi viri, de te judicio, etiamsi id fortasse aliunde cognoris, a me caelari debere existimo. delector enim ego mirum in modum ejus comme-

& non sono per ritornare a Roma, se non a l'autunno. fra tanto potrebbe venire monsignor illustrissimo Varmiense, il quale io accompagnerei fino a Roma &c. Venisse Hosium, posterioribus hisce litteris, ad eumdem Porticum die 31. oct. Verona datis, significavit: *Sono già molte settimane, che io non ho lettere di V.S. onde non ho con la presente che scriverle, se non che li giorni passati arrivò monsignor illustrissimo Varmiense, & anchora che sua signoria illustrissima affrettasse molto il suo cammino, nondimeno mi favorì con venire fino a Verona, & starsene alcuni pochi giorni meco, con singular mia consolatione... Io feci compagnia a sua signoria illustrissima fin a Mantova, dove fu molto accarezzata dal signor duca, & l'harrei accompagnata fin'a Roma, se alcuni negotij non mi havessero tenuto quì per necessità &c.* Mense novembri romanam urbem ingressum esse Hosium, Rescius tradit in ejusdem *Vita* lib. III. cap. I.

(*f*) *percipiens* exempl. Emendavi.

(*g*) Et de Barzio, & de ejus ad Pium legatione vide supra pagg. 127. 128. 241. 242.

(*h*) Ideo *referebat*, non *refert*, dicit, quod Barzius Romae jam non erat, qui in Hispaniam proximo autumno profectus fuerat. vide pag. 241.

(*i*) *quem summo meo in te studio & observantia ne de Simonetae quidem cardinalis .... de te judicio .... a me caelari debere non existimo.* exempl. Gratianus negantem particulam *non* expunxit. Ego quaedam praeterea verba necessario addenda esse existimavi.

(*k*) Ludovicus hic Simoneta cardinalis, unus e concilii tridentini praesidibus una cum Hosio fuerat. vivebat ille quidem, haec a Pogiano cum scriberentur, sed hoc ipso anno pridie Kal. maj. vivere desiit.

commemoratione facti, quod hic bonorum omnium confessione laudatur. proximis igitur comitiis pontificiis (*l*), quodam die cum suffragia recitarentur, animadversumque esset, ex iis, qui tibi sua tabella pontificatum deferrent, unum esse, qui, ex quo die suffragia iniri coepissent, nunquam postea destitisset primum te sua sententia nominare, extitit, qui diceret, nescire se, quinam is esset, neque propterea ejus rationem improbare, sed mirari, quod, cum adessent, quibus is praeclare suffragari posset, longissime absentem (*m*) sua sententia pontificem vellet deligere. cui Simoneta, cum belle id dissimulare posset, tamen coram omnibus patribus clara voce, *Non patiar*, inquit, *te diutius in isto errore versari. ego ille sum, qui Varmiensi cardinali mea tabella adhuc pontificatum detuli, & quandiu hic erimus, perpetuo deferam*. ergo hominis libertatem, illa probitate & integritate dignam, nemo non est admiratus. plura prohibeor tempore, praesertim proficiscente & jam poscente literas Portico (*n*). posthac dabo operam, ut crebritate sarciam. tantum dicam

(*l*) Ea comitia significat, quibus Pius V. creatus pontifex max. ante biennium fuerat, die nempe 7. jan. an. 1566.

(*m*) In Polonia.

(*n*) Roma Porticus discessit sive illo ipso die 18. febr. quo die Pii V. superius a nobis allatae, ad Sigismundum Augustum litterae datae conspiciuntur (ad quem eumdem diem Pogiani has ad Hosium, nullo in exemplari nostro notatas tempore, retulimus), sive certe non multo post. prostat quidem in *Tabul. eccl. rom.* pag. 453. cardinalis Sirleti ad eumdem Hosium epistola, in qua haec leguntur: *Interea nolui, reverendum dominum Porticum sine literis meis ad te venire, est enim mihi amicissimus ex multis annis. est optimis moribus; juris humani & pontificii atque canonum notitiam habet non vulgarem. quibus rebus motus sanctissimus dominus noster mittit nuncium in Poloniam... Romae* XV. *martii* 1568. Sed sive ea epistola ad Porticum, Roma jam ante multos dies profectum, cumque adhuc esset in itinere, transmissa a Sirleto est, ad Hosium perferenda, sive notatio illa temporis mendosa est, legendumque non XV. *martii*, sed XV. *Kal. martii* vel X. *K. martii*. Ex Polonia autem quando Porticus revocatus fuerit, ex Commendoni binis ad card. Comensem litteris cognoscemus. Die 8. jul. 1573. Schernovicio Romam scribens, *Gli conventi*, inquit, *particulari di detta dieta hanno da cominciare al principio di settembre; al qual tempo Dio sa, se sarà quì* (in Polonia) *giunto il rè* (Henrico d'Angiò) *& con esso monsignor di Mondovì* (Vincentio Lauro); *de la persona del quale nostro signore* (Gregorio XIII.) *veramente ha fatto una buona elettione... A monsignor Portico ho mandato il breve di nostro signore & la lettera di V.S. illustrissima circa la sua rivocatione; &, perchè l'ordina, che gli sia presentata in modo, che non ne possa allegar ignorantia, ho mandato a posta in Varsavia il mio auditore, che visiti per mio nome la signora Infante, & le faccia sapere destramente quest'ordine di nostro signore, secondo che la mi commette, & dia ancho in propria mano a monsignor Portico la sudetta lettera & breve*. Die autem 10. ejusdem julii, *Sarà ancho*, inquit, *alligata quì una*

una lettera de l'auditor mio da Varsavia. subditurque ea ipsa epistola hujusmodi: *Hier mattina, subito che arrivai in Varsavia, presentai la lettera & il breve di nostro signore a monsignor nuntio: il quale incontinente che l'hebbe letto, disse. ,, Io son solito di far legge a me medesimo de la volontà di sua santità. mi dispiace solamente non poter per quattro cause partir di quà così presto, come io desidererei. la prima, perchè mi bisogna comperare dodici cavalli; la seconda per il mancamento di denari, non havendo havuto le provisioni di nostro signore per alcuni impedimenti da un anno in quà; la terza, perchè mi bisogna vendere molte robbe, quali io non posso portare in Italia; la quarta il male del Paglierino, qual io non vorrei lassar solo in questi paesi ,,. Ma con tutto ciò dice voler partire in ogni modo la prima settimana d'agosto, & ritrovarsi in Roma per tutto settembre ... Il Barone m'ha detto, che la signora Infante è stata informata, che V.S. illustrissima le sia stata contraria, & che hora si dubitava, che la rivocatione del nuntio nasca tutta da lei & dal cardinale Varmiense: di modo che pare, che il male habbia più alte radici. &, poichè si vede tanta mutatione & varietà di scuse, io per me credo, che il tutto nasca dal dispiacere, che sua altezza ha sentito de la rivocatione del nuntio; essendole, come io credo, stato detto, che le cose di Bari rovineranno in absentia del nuntio, & che ancho il matrimonio* (col rè Henrico) *porterà pericolo &c.*

Postquam autem in Italiam Porticus rediit, non magnopere videtur in cursu honorum processisse. Epidauriensium, sive Ragusinorum, archiepiscopum creatum Gabutius in Pii V. *Vitae* loco, supra allato, vere commemorat. anagninam praefecturam, Sixto V. pontifice maximo gessisse, cardinalis Decii Azzolini mss. apud me litterae docent. afferam autem non eas modo, sed reliquas ejusdem cardinalis, de Portico quoquo modo agentes, ne mihi soli ejusmodi monumenta studiose collegisse prosit.

A monsignor nuntio di Polonia.

Illustre & reverendissimo signor mio osservandissimo. Il provinciale & gli altri padri del convento di S. Francesco di Cracovia hanno scritto a nostro signore, che il monastero loro è occupato da l'alloggiamento de' nuntij apostolici; de la presenza de' quali se ben essi s'honorarebbono per altro assai, nondimeno, che ritornando ciò in molto danno & grande incommodità loro, & in disturbo de la lor disciplina, per la continua conversatione de' seculari, supplicano sua beatitudine a sgravarli di questo peso, & ordinare, che i nuntij, come s'è fatto per gli anni passati, habbiano alloggiamento loro proprio ne le città, senza incommodare il convento loro. sua beatitudine, giudicando bene, che le persone religiose siano lasciate ne le regole loro senza mescolamento de' seculari, desidera che si dia loro satisfattione: massime che monsignor Portico, stato già nuntio in quel regno, afferma d'havervi racconciata & fabricata una casa a spese sue, per uso de nuntij, molto commoda & copace. il che essendo così, pare a sua santità, che V.S. reverendissima potrebbe valersi di detta casa. ma però basterà, che ciò si faccia per l'avvenire, senza che V.S. reverendissima, mentre il rè (Stefano) *starà in Cracovia, si mova de l'alloggiamento suo altrimente. che tanto m'ha ordinato sua beatitudine, che io le scriva. & offerendomele pronto a servirla, le bacio le mani. Di Roma, a li 27. luglio 1585.*

A la Republica di Ragusi.

Ritornando monsignor arcivescovo di Ragusi a la cura de la sua chiesa, & havendo nostro signore relatione de la bontà sua & de la diligenza & buon essempio, con che la governa, mi ha commesso, ch'io scriva a le signorie vostre illustrissime, che haverà molto caro intendere, ch'egli sia da loro accarezzato, honorato, & ancora obbedito in quello che concerne il carico de l'offitio suo,

dicam in praesentia, me nec pluris facere quenquam, quam Varmien-

suo, come non dubita, che per se stesse, per la religione & pietà loro, faranno vostre signorie illustrissime: a le quali, non havendo altro da dire, mi offero & raccomando. Di Roma, a li 27. di marzo 1586.

A l'arcidiacono & Capitolo di Ragusi.

Si è ricevuta la lettera de le signorie vostre circa le berette. & forse meglio saria stato, che monsignore arcivescovo non havesse premuto ne la mutatione di esse, non portando molto a la disciplina ecclesiastica più l'una forma, che l'altra. ma molto meglio faranno le signorie vostre, che se ne gravano, ad obbedire a gli ordini del prelato loro, massime in cosa, ch'è approvata dal magistrato, & di che si contentano gli altri, & che si conforma con l'uso più commune de' clerici, & che ne la forma sua contiene l'imagine de la croce, de la quale si debbono anco per tal rispetto honorare. per il che bene faranno a desistere d'opporsi a tal ordine. che così vuole nostro signore: & tanto mi ha commesso ch'io scriva a le signorie vostre in risposta de la lettera loro di 23. del passato. & Dio nostro signore le conservi & prosperi. Di Roma, a li 19. d'aprile 1586.

A l'arcivescovo di Ragusi.

Messer Serafino non è ancora stato ad informare nostro signore di quanto V. S. scrive. come venga, sua santità l'ascolterà volentieri. fratanto la signoria vostra attenda al governo de la sua chiesa con quella prudenza & destrezza, che la qualità del loco ricerca: che da sua beatitudine riceverà sempre ogni honesta gratia. Di Roma, a li 4. giugno 1586.

„ Archiepiscopo Leopoliensi.

„ Iter, summis anni caloribus a „ dominatione vestra reverendissima „ susceptum, integra cum ipsius vale„ tudine continuari, & libenter cogno„ vit sanctissimus dominus noster ex „ dominationis vestrae illustrissimae „ literis, &, ut reliquum item pro„ spere conficiat, magnopere sanctitas „ sua optat. Quod publice tribui do„ minatio vestra reverendissima civita„ ti leopoliensi postulat, ut veteribus „ ejus insignibus novus leo cum stella „ ac monte, honoris causa, a sancti„ tate sua addatur, id cum dominatio„ nis vestrae reverendissimae causa, „ quam sanctitas sua patrio amore, ob „ vitae ac doctrinae ornamenta, com„ plectitur, tum civitatis ipsius gra„ tia, quam & dignitate & catholicae „ religionis laude tota Russia longe no„ bilissimam esse accepit, magna vo„ luntate sanctitas sua concedit: cu„ jus quidem rei diploma ex domina„ tionis vestrae reverendissimae sen„ tentia conficiendi auferendique ne„ gotium domino Portico dabitur: „ quem sane Porticum sanctissimus do„ minus noster diligebat antea ob eas „ ipsas animi atque ingenii virtutes, „ quas dominatio vestra reverendissi„ ma commemorat; sed habebit illum „ in posterum etiam chariorem ex tam „ diligenti commendatione reveren„ dissimae dominationis vestrae; cui „ ego operam & studium meum defe„ rens prospera & secunda omnia a Deo „ precor. Roma. VI. aug. 1586.

Deferebat autem hic archiepiscopus auream rosam, insigne munus a Sixto V. Annae Jagelloniae (eidem nimirum illi, cujus olim honori tantopere favisse Porticum vidimus) missum. de quo munere haec ad pontificium in Polonia nuncium idem card. Azzolinus die 25. proximi mensis julii scripserat: *Nostro signore ama così paternamente la bontà & religione de la serenissima regina di Polonia, che, per farlene in cospetto d'ognuno qualche particulare dimostratione, le ha voluto mandar a donare la rosa d'oro, che si benedice ne la domenica* Laetare, *& si suole*

uole mandar e da' sommi pontefici a que' rè & principi, che sono più accetti a questa santa sede: & ha fatto consegnare la detta rosa a monsignor arcivescovo di Leopoli, venuto quà ambasciatore a rendere in nome del rè (Stefano Bathori) *l'obedienza, il quale ambasciatore, havendo molto ben satisfatto a l'offitio suo, & dato di sè essempio molto buono & molto honorato a sua santità & a tutta la corte, si partì l'altr'hieri di quà, per ritornarsene in Polonia. V.S. potrà dare di tutto ciò conto a la serenissima regina, & darle insieme la bendittione di sua beatitudine.* Habeo latinas reginae litteras, die 5. dec. an. 1586. Varsavia datas, quibus pontifici max. de hoc ipso rosae munere gratias agit, iisque ipsius reginae manu haec italice adscripta lego: *Per questa verso di me opera santa ringracio humilmente a santità vostra, a la quale reverendissimo Portico reccomando.* Reliquae card. Azzolini non jam de Portico, sed ad ipsum Porticum litterae sunt hujusmodi:

A monsignor arcivescovo Portico.

La causa, ch'è innanzi V.S. di Giovanni & fratelli Zancati d'Anagni, m'è raccomandata instantemente da persona, a chi io desidero grandemente di far servitio: & mi si dice havere molta equità per la parte d'essi Zancati. io la raccomando altrettanto a lei, & la prego, che, dove può, salva la giustitia, giovare a le cose loro, sia contenta di farlo: che me ne farà cosa molto grata. & Dio la conservi. Di Roma, a li 9. di decembre 1586.

Al medesimo.

Che V.S. non si trovi per capo alcuno compresa ne la bolla, publicata ultimamente, di nostro signore, intorno a li promovendi al cardinalato, si è inteso da me molto volentieri: &, se fosse venuto caso di trattar sopra tal particulare de la persona sua, harei fatto volentieri il testimonio, che la mi ricerca; come volentieri farò & questo & ogn'altra cosa, ch'io possa a suo servitio in qualunque occasione, che mi si presenti. ch'è quanto ho da rispondere a la lettera sua de li 11. & Dio la conservi. Di Roma, a li 20. di dec. 1586.

Al medesimo.

Essendo venuto questa sera avviso de la morte del serenissimo rè di Polonia (Stefano Bathori), *& volendo nostro signore, per la cura che gli tocca di tutt'i regni, pigliare opportuna resolutione intorno a le cose di quella provincia, fra gli altri, da chi ne ricerca informatione, desidera sentirne il parere di V.S. Però mi ha imposto, ch'io le scriva, che, lasciato buon ordine al suo governo, se ne venga subito fin' a Roma. nè essendo la presente per dirle altro, prego Dio, che la prosperi & conservi. Di Roma, a li 6. di gennaro 1587.*

Al medesimo.

E' passato maneggio di matrimonio fra un fratello del decano de' palafrenieri di nostro signore, & una giovine da Fumone (come vedrà V.S. da l'incluso memoriale) & è poi stato interposto fra loro certa difficultà. Prego V.S. ad interporre l'autorità sua, che il detto matrimonio siegua, che, per risultare in benefitio di questo decano, ch'è vecchio servitor di sua beatitudine, ne farà singular piacere a me ancora. & Dio la prosperi & conservi. Di Roma, a li 7. di gennaro 1587.

Si mihi per occupationes meas liceret tabularioli mei schedas curiosius diligentiusque scrutari, alias fortasse tum ad Porticum tum de Portico scriptas litteras, quas proderem, reperire possem. nunc binas ipsius Portici, in quas forte incidi, ad card. Commendonum datas, proferam:

Illustrissimo & reverendissimo signor & patron mio colendissimo. Questa sarà solamente per darle avviso, come il sigillo del vicecancellariato questa mattina, per la libera renontia, fatta hieri in senato dal reverendissimo di Plosca, è stato conferito al reverendo Cracinski con applauso universale. Voglio anche che sapi, come il reverendissimo arcivescovo ghnesnense (Jacopo Ukangi) *ha cum lachrimis in publico senato pregato*

Varmiensem cardinalem, &, qui pluris sit, nosse neminem. Deum

gato sua maestà (Sigismondo Augusto) *sopra 'l ritorno de la moglie* (Caterina d'Austria) *con ragioni assai efficaci; & tre senatori hanno seguito il ragionamento pienamente: & un solo giovane ha detto non so che parola di proveder a la successione & prole; ma non di consideratione. io, con occasione ch'è venuta, farò le parti miei* (sic) *a suo tempo. piaccia al signor Dio concedermi quanto desidero: & perciò sono ito preparando de le piene de* (fort. *da*) *muovere le durezze al meglio, che ho potuto pensar. Iddio benedetto feliciti le pie intentioni. & V. S. illustrissima & reverendissima mi conservi in gratia sua, & mi agiuti, quia sine ipsa factum est nihil. Di Lublino, a li 13. di gennaro 1569.*

Di V.S. illustrissima & reverendissima
Humilissimo servidore di cuore
Vincenti dal Portico nuntio.

Quibus Portici litteris egregia hac epistola, minime a me praetermittenda, Commendonus rescripsit:

La richiesta, che si è fatta in senato, per il ritorno de la regina, se non si passa più oltra, rende molto laudabile la carità di chi si è mosso a farla, tacendosi la regina & la cesarea maestà; ma piaccia a Dio, che ciò non serva per un principio ad altro fine, & da questa del ritorno si venga a quella del proveder a la prole & a la successione, & dopo a l'altre, che seguono appresso, che non occorre ch'io le scriva. nè mancho occorre, ch'io replichi a V.S. quello, che le ragionai lungamente in Roma. essa è presente, & per la prudentia sua considererà & conoscerà molto bene, come. da chi, in qual tempo, & a che fine sia fatta questa richiesta, & se con questo ardente zelo del servitio de la republica si pretende forse da alcuni accender il fuoco, & lasciarlo ardere. a i principij conviene riparare, o più tosto non lasciar cominciare: & in questo sta il punto. V.S. sia pur certa, che maggior servitio di questo la non può fare costì a Dio & al rè, per le molte & grandi consequentie, che tira seco. io conosco la passione de l'animo, che sostiene sua maestà, & per la sincera servitù & vera affettione, ch'io le porto, ne sento dolore tanto maggiore, quanto che se le va procurando medicina più grave & più periculosa assai, che l'infermità stessa, & atta a mettere sottosopra tutto quel regno, & ruinarlo affatto. & prima di tutti caderebbono quelli, che sono auttori, & promotori di sì perniciosi consigli: come già, per giusto giuditio di Dio, avvenne a l'eboracense ne la tragedia d'Inghilterra. il che si doveranno costì ricordare alcuni quanto fu da me liberamente detto in una congregatione di vescovi, che sopra questo a mio tempo si fece in Petricovia, & lo replicai di poi al rè stesso, al quale raccontai anchora le parole, che in Inghilterra mi riferì già la regina Maria del rè Henrico, suo padre, che dopo tanti & sì funesti matrimonij, disse, sospirando più volte, che nissuna gratia haverebbe più desiderata da Dio, che haver potuto antiveder il corso d'alcuni suoi anni. Questa gratia il signor Dio ha concesso al rè nostro (che così lo chiamo per l'osservantia & devotion, che gli porto) con mettergli dinanzi a gli occhi l'essempio d'Inghilterra. Io veramente, quando ho inteso questo principio, che si è dato costì al negotio, sono stato per iscriverne a sua maestà. ma, essendo ne la lettera di V.S. che, quanto a la successione & prole, sono state solamente toccate poche parole da un senator giovane, a chi non s'ha d'haver consideratione, m'è parso meglio scriver solo a V.S. ne la quale grandemente confido, che con la prudentia sua sia per ovviare a questi principij, poichè si tratta tanto del servitio di Dio & del proprio benefitio di sua maestà,

Deum precor, ut tibi jucunda & salutaria omnia concedat. Vale.

III.

stà, la quale, in iscambio di quella quiete & riposo, che se le doveria procurare, sarebbe condotta in un pelago di tribulationi & di travagli & con Dio & col mondo, per le cagioni & per i rispetti, che sono molto ben conosciuti da V. S. La prego a non gravarsi di rispondermi, & scrivermi lungamente, perchè ciò mi preme incredibilmente & per zelo del servitio di Dio & per l'affettione, ch'io porto a sua maestà & a tutto quel nobilissimo regno. V.S. mandi le lettere quà in mano del mastro de la posta (messer Andrea de gli Angeli), *ch'egli terrà ordine del dove inviarmele a buon recapito. & a V.S. mi offero & raccomando sempre. Di Vienna, a li 23. di gennaro 1569.*

Alterae, quas polliciti sumus, Portici ad card. Commendonum litterae hae sunt, die 28. ejusdem mensis & anni Lublino datae:

Questa sera è gionto un mandato dal reverendissimo & illustrissimo Varmiense, per domandar la casa, & con esso ho fatto l'officio leggendogli il capitolo de la sua lettera. dice, sarà quì al principio di quadragesima, & mostra, che ad Elbinga era nata una voce, che in dieta s'havesse da trattar de nova fide construenda, quam fideculam polonicam appellat. ma è una burla, detta forse da vero da quelli che vorreno. sua maestà più d' una volta mi ha detto & replicato, che in tutte le cose spirituali sempre si rimetterà a sua beatitudine; &, chi vorrà nulla, l'invierà a me. in modo che stando fermo questo, che cerco ogni giorno tenerne viva la memoria di sua maestà in su le occasioni, & esserne diligente inquisitore con gli vescovi & altri, non temo di cosa alcuna, & son certissimo, per quello che vedo & odo da sua maestà, che ci vorrà del vento assai a far piegar questa vela in altra parte, sebben non mancano venti, che soffiano quanto possono: & ringratio il signor Dio, che con il modesto, sincero & pio procedere con l'insegna de la nuda verità in mano, sono gratamente ascoltato & rispettato in molte & molte cose, & il non pigliar li negotij per punta & navigar contr'acqua, ma secondar con patienza, & indolcir l'humore, & cultivare con li mezzi, che si vedono giovare, sarà causa, che si potrà sperare qualche cosa, & quando V. S. illustrissima & reverendissima sia in Roma, troverà, che non manco d' alcun mio debito &c.

Ex eadem Vincentii hujus Portici nobilissima apud lucenses familia habui olim adolescens in ciconinio pratensi collegio contubernalem, postea vero in societate Jesu etiam sodalem Franciscum Mariam, hominem summo ingenio, excellenti doctrina, singulari prudentia, sanctissimisque moribus praeditum, qui, Senis in Etruria collegii S. Vigilii rector cum esset, die 26. jul. anno 1748. aetatis suae 57. desiit vivere: cujus fratrem, Hieronymum, ex inclyta Matris Dei sodalitate, nulla laude Francisco Mariae concedentem, suspexi, dum viveret, atque amavi. eorum fratres, haec ipsa dum scribimus, tres supersunt, Hippolytus sacerdos, Josephus eques hierosolymarius, Guilhelmus paterfamilias; qui grandis jam natu, carensque virili prole, Alexandrum Castracanium, patricium fanensem, Lucam, unde majores illius orti sunt, arcessitum, generum sibi, & fortunarum gentilisque nominis heredem, tradita ei in matrimonium filia Maria, faemina lectissima, optavit atque instituit.

III.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Vincentium Porticum, apostolicum ad Sigismundum Augustum, Poloniae regem, Pii V. nuncium, studiosissime commendat.

QUO utitur (a) sanctissimus dominus noster suo & hujus sanctae sedis nuncio ad serenissimum Poloniae regem, reverendo domino Vincentio Portico, protonotario apostolico, eum ego quoque (b) illustrissimae ac reverendissimae amplitudini vestrae, quam studiosissime possum, commendandum putavi. bonum, pium ac prudentem (c) virum cognoscet,

(a) Non *quo utitur*, sed quo *usurus est*, videtur dicendum fuisse: nondum enim Porticus suum nuncii munus obire coeperat; immo ne Roma quidem eum, quando haec scribebantur, discessisse, declarant illa, quae infra leguntur, *sic enim illum istuc mittit sua sanctitas, ut &c.* qui locus fecit, ut hanc epistolam eodem ferme, quo superiorem, datam tempore putarem, eamque ne ab illa, aliis interjectis, sejungerem. depromsi autem eam ex codice vatic. 3432. pag.288.

(b) Ideo *ego quoque* dicit, quia pontificiis etiam litteris Hosio commendatus in Poloniam Porticus proficiscebatur. memineris Laderchii illud, quod in quarta ad superiorem epistolam adnotatione recitavimus; *Ejusdem ferme exempli ad caeteros quoque polonici regni proceres, tam ecclesiasticos quam laicos, a pontifice Vincentio epistolas deferendas datas fuisse, diserte in vaticano regesto asseritur.*

(c) Similem laudem Portico ab aequalibus scriptoribus tributam animadverti. cardinalis Sirleti testimonium paullo ante produxi, illa ad Hosium de Portico scribentis: *est enim mihi amicissimus ex multis annis; est optimis moribus; juris humani & pontificii atque canonum notitiam habet non vulgarem.* Aonius Palearius in quadam epistola, ad Joannem Michaëlem Brutum anno, ut opinor, 1559. data, quam nuperrime Cl.V. Petrus Lazerus Peleariniorum fratrum typis vulgavit in II. tom. *Miscellaneorum bibliothecae collegii romani*, pag.170. *Simiolus quidam*, inquit, *epistolam meam pro sua vulgavit, &, deleto meo nomine & Vincentii Portici, civis lucensis nobilissimi, & jurisperiti diserti atque eloquentis, ad quem ego istam ipsam annis proximis superioribus dederam &c.* At vero Christophorus Varsevicius iniquior Portico visus est, qui in suis *Vitis parallelis* edit. francofurt. an.1604. illa scripserit pag.399. *Amoribus ille* (Sigismundus Augustus, Poloniae rex) *vel in medio articulorum dolore operam dabat, & nullis aut senatorum, aut etiam medicorum cohortationibus movebatur. ad quem cum Pii quinti, sanctissimi illius pontificis maximi, de latere legatus Joannes Franciscus cardinalis, nuncupatus Commendonus, advenisset, reperit Porticum, ejusdem pontificis*

ſcet, & plane dignum, cum quo ipſa conſilia & cogitationes ſuas, quae remedium aliquod praeſentibus provinciae malis afferre poſſint, libenter conferat. ſic enim illum iſtuc mittit ſua ſanctitas, ut omnis ejus negotii & officii ratio potiſſimum nitatur ſapientia ac pietate amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae. ipſe vero Porticus ſui muneris adminiſtrationem, & re & tempore difficillimam, non inutilem tamen Poloniae fore ſperat, fretus in primis religione ac prudentia tanti patris. quare ipſum, talem virum, & maxime propenſum in polonos homines, primum ſanctiſſimi domini noſtri, deinde etiam meo nomine, ſua benignitate complectetur, diriget, fovebit, juvabit opera & conſilio ſuo. Ego Deum precor, ut amplitudinem veſtram illu-
d ſtriſſimam, in qua iſtius (*d*) regni catholicis hominibus maximam ſpem, haereticis vero ſummum timorem conſtitutum in-
e telligimus, ſalvam (*e*) & incolumem eccleſiae ſuae conſervet; cui, quicquid ipſe praeſtare poſſum, ex animo profiteor.

tificis in regno nuntium, regiis cupiditatibus minime reſiſtentem... Cui (Commendono) *ut a rege maximus habitus fuiſſet honos, non deerat nihilominus & invidia, cum ab aliis, tum ab eodem illo Portico clanculum etiam excitata.*

(*d*) *externis catholicis &c.* cod. vatic. Quum non aſſequerer, quinam a Pogiano *externi catholici* dici hoc loco poſſent, pro *externis* ſubſtitui neſcio qua conjectura ductus *iſtius regni*.

(*e*) *ſalvum* id. Emendavi, ad *amplitudinem veſtram* referens.

IV.

a Pius PP. V. Decano & Capitulo Halberſtadienſi. (*a*)

1568. *Ut ad Halberſtadienſis eccleſiae epiſcopatum hominem idoneum eligere vel poſtulare non differant, hortatur ac praecipit.*

JAmpridem accepimus ab Alexandro Rubino, canonico iſtius eccleſiae, veſtras & bonae memoriae Henrici, ducis brunſ-
b vvicenſis (*b*), literas, quae nunciabant, vos ad iſtam eccleſiam, morte proximi poſſeſſoris vacantem, poſtulaſſe Julium
c Henricum (*c*), Henrici ducis nepotem. qua in re, quod ad ipſum

(*a*) Eſt haec epiſtola a vaticano codice 3432. pag. 288. In ea temporis, quo ſcripta eſt, nota nulla comparet. ante februarium anni 1568. ſcribi non potuit, quam mortuo jam Henrico, duce brunſvvicenſi, eſse ſcriptam videmus. Pii autem V. litteris, quas ſupra pag. 146. attulimus, die 3. ejuſdem menſis, eodemque anno datis, de Henrico, tamquam etiamtum vivente, agitur. eas vide, & conjunctas ibidem caeteras, ad hoc idem halberſtadienſe negocium pertinentes.

(*b*) *braſvicenſis* exempl.

(*c*) In epiſtola *Poſtquam lectis* p. 144. non *Julius Henricus*, ſed *Henricus Julius* appellatus eſt hic idem puer.

ipsum ducem attinebat, pro ejus fama catholicae religionis &
pietatis (*d*), libenter ei essemus obsecuti, si Julius Henricus d
ea fuisset aetate, quem, salvis legibus & canonicis institutis,
nostrae confirmationis munere prosequi potuissemus. sed, cum
illum quatuor aut summum quinque annos natum esse audire-
mus (*e*), indignam istam, ac rationi omnibusque legum san- e
ctionibus & conciliorum decretis postulationem repugnantem
demirati sumus. quare, cum facultate eligendi in locum de-
mortui episcopi, benigne vobis ab hac sancta sede concessa, vos
ita abusos esse constaret, etsi nostro jure poteramus ecclesiae
vestrae, cui vos male consuluissetis, arbitratu nostro utiliter
providere, tamen (*f*), pro paterna nostra erga vos charitate, f
lenius (*g*) agendum, vobisque suadendum & omnino praeci- g

 pien-

(*d*) Exstant ad hunc Henricum Hosii litterae, die 24. mart. 1562. Tridento datae: ex quibus nonnulla, ad catholicae fidei hominis professionem ad ejusque affinitates pertinentia, placet describere: *Dedit ad me non ita pridem Augusta literas dominns Ludolphus Halverius, illustritatis vestrae vicecancellarius, quibus perhumaniter illius verbis me salutavit; simul a me petivit, ut, in quo statu res hic versentur, illustritati vestrae perscriberem. quod ego tanto majore cum alacritate faciendum esse mihi putavi, quanto plures causae sunt, quibus illustritati vestrae me plurimum esse devinctum, profiteor. inter quas est illa quidem minime vulgaris, quod cum sororem serenissimi regis mei* (Sigismundi Augusti, Poloniae regis) *sibi matrimonio junctam habeat, non possum illam hoc nomine non plurimum observare. sed est alia major etiam; quod, cum inter eos vitam degat, qui doctrinis variis & peregrinis abducti in aliud nescio quod euangelium se transferri passi sunt, constanter nihilominus in eo permaneat illustritas vestra, quod a puero didicit, & se vere catholicum & orthodoxum principem esse declaret. quo nomine merito colitur a piis omnibus & in oculis fertur. ego vero quanti faciam hanc illius in fide catholica constantiam, quanta in illam vel propter hanc unam causam meae voluntatis inclinatione propendeam, nulla satis oratione consequi possum .... Audio, quod non ita pridem illustrissimi marchionis brandeburgensis electoris filia nupsit illustritatis vestrae filio; quod illi matrimonium feliciter evenire cupio. cum autem is non alienus ab ecclesia catholica sit visus, promiserit etiam proxime superiori anno nuncio apostolico, se suum huc oratorem missurum, facile perfecerit apud illum illustritas vestra auctoritate sua, ut praestet, quod promisit.... Haec ego propterea pluribus illustritati vestrae scribenda putavi, ut, si visum illi fuerit, communicet cum illustrissimo principe D. Joachimo electore brandeburgensi, qui non alienus a nobis esse videtur: quo nomine illustritatem illius plurimum observo; praecipue cum & ipse serenissimi regis & domini mei sororem in matrimonio habeat, quam constanter in fide catholica perseverare non sine magna animi mei voluptate audio. sed, quod ab ea defecisse, & in aliud nescio quod euangelium translatus esse dicitur filius ejus illustrissimus dominus archiepiscopus magdeburgensis, ingentem ex eo dolorem accipio; neque possum tamen adhuc animum inducere, ut credam, factum id ab eo fuisse &c.*

(*e*) *audierimus* exempl.

(*f*) *tantum* id.

(*g*) *serius* id.

piendum duximus, ut eam perſonam eligatis, vel poſtuletis, quae aetate, & vitae morumque honeſtate, in primis vero doctrinae & catholicae religionis laude, caeteriſque nominibus, quae tali in re a ſacro tridentino concilio requiruntur, paſtorale iſtud munus tueri poſſit. quo facto, & erratum proximae
b poſtulationis (*b*) laudabili exemplo corrigetis, & noſtro in vos amori & bonae de vobis opinioni reſpondebitis. cui rei quo facilius ſatisfacere poſſitis, idem noſter erga vos paternus amor, ſtudiumque noſtrum incolumitatis & dignitatis eccleſiae veſtrae facit, ut vobis eum virum nominandum cenſeamus, quem, nobis probatum, & doctrina, moribus, uſu etiam regendarum Germaniae eccleſiarum, iſti eccleſiae gubernandae aptiſſimum
i k judicemus. is eſt Gaſpar Gropperus (*i*) obonenſis (*k*) dilecti filii magi-

(*b*) De Henrico Julio ſcilicet, admodum puero. Atqui ab eo puero poſtulando halberſtadienſes illi canonici non deſtiterunt: *Sano quidem conſilio* (inquit Laderchius *Annal. eccleſ.* tom. XXII. pag. 423.) *eccleſiae ipſi* (halberſtadienſi) *conſuluiſſe hac electione, iidem canonici exiſtimabant. nam, cum, praeteritis temporibus, ad majorum retinendam fidem, ac defendendam a violentis haereticorum incurſibus eccleſiam ipſam, ſe aere alieno, a prioribus epiſcopis contracto, gravaſſent, optimum cenſuerunt, ut eo ſe levarent, praefatum puerum eligere, qui mille tantum joachimis quotannis contentus, reliquos eccleſiae reditus ad aes alienum diſſolvendum dimitteret. Cautum quoque hac ratione fidei incolumitati arbitrati ſunt, dum catholicae domus germen elegerant; quod ſane a piiſſimo majorum inſtituto minime unquam declinaturum judicarunt. At Pio .... res aliter viſa eſt ... Incerti ſiquidem adhuc ingenii puerum in epiſcopum confirmare ſe nullatenus poſſe, palam confeſſus eſt .... Et quidem prophetico afflatum ſpiritu haec pronunciaſſe, ea procul dubio ſuadere videntur, quae poſtea ſunt ſubſecuta. nam cum tandem, ut alibi* (pag. 152) *innuimus, enixis importuniſque precibus halberſtadenſes canonici ab apoſtolica ſede electionis, ab ipſis factae, comprobationem obtinuiſſent, & Henricus Julius epiſcopatum adeptus eſſet, degeneri mox ſcelere, cum adoleviſſet, in proteſtantium doctrinam delapſus, epiſcopatum deinde graviori aere* (alieno) *oneravit*.

(*i*) *Groperius* cod. vatic. heic & infra. De Groppero ſunt magnificentiſſima illa in card. Truchſeſii ad Ferdinandum imper. litteris, die 26. jan. an. 1563. datis, vol. III. pag. 211. *Quare de rei pondere, deque eo quantopere merſpurgenſis eccleſia idoneo egeat epiſcopo, nihil dicam: noſti enim haec tu omnium optime. tantùm ei viro, quem ſaxones catholici merſpurgenſium epiſcopum depoſcunt, quod religio ac veritas poſtulat, teſtimonium dare volui. is igitur eſt Gaſpar Gropperus, ſacrae rotae duodecimvir, & utriuſque apoſtolicae ſignaturae referendarius: qui ad eximiam ſcientiam divinarum & humanarum legum eam adjunxit theologiae cognitionem, ut in utraque ratione excellat; cum vero habet uſum rerum ac negotiorum omnium, ut illi praeſtanti doctrinae nihil in eo cedat agendi prudentia. praeclara illa ſunt animi & ingenii ornamenta; ſed eo praeclariora, quod, quaſi fundamento quodam firmiſſimo, religionis integritate & morum probitate nituntur. nam in cauſis aequitate decernendis id aſſecutus eſt, ut omnes il-*
lum

magister, qui, propter jurisprudentiam, & integritatem justitiae, in ordinem auditorum palatii nostri causarum cooptatus fuit: quod ad eum vobis commendandum quantam vim habeat, pro vestra prudentia intelligitis. qua tamen cohortatione & commendatione nostra nihil omnino de juris vestri libertate eligendi ac postulandi imminutum esse volumus, qui privilegiis vestris semper benigne favebimus, modo vos, idoneo viro ad tantum officium eligendo vel postulando, jus istud & privilegia tueri constiterit. quicquid autem interposuimus de Groppero, illo penitus insciente, & solum (*l*) consilii causa monuimus; *l*
nosque, ut id faceremus, ecclesiae vestrae tempus & utilitas admonuit. vos facite, ut judicium vestrum (*m*) laudare, & factum *m*
libenter confirmare possimus.

lum sibi dari judicem postulent: & jure id quidem. nam omnino, maximam corruptelae illecebram, gratiam exclusit. quare non magis illum homines juris, quam justitiae, consultum appellant. reliqua Gropperi vita in hac civitate, quae omnium diligentissima est in notandis & pervulgandis hominum vitiis, a nemine non egregie laudatur ... In his omnibus vere tibi affirmo, me, etsi Gropperum unice diligo merito suo, tamen nihil amori, omnia veritati tribuere.

(*k*) Loci mendum video, emendandi rationem non video.

(*l*) *conjunctissimi consilii* exempl. Priorem vocem sustuli; pro qua parum abfuit, quin *amantissimi* aut *fidelissimi* reponerem.

(*m*) *nostrum* exempl. Emendavi.

V.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus N. N. (*a*) *a*

Ut Paderbornensis ecclesiae, suo pastore proxime destitutae, curam suscipiat, nomine pontificis maximi hortatur.

QUam de virtute tua flagrantique studio catholicae religionis opinionem semper habuit sanctissimus dominus noster, ea facile eidem persuasit, ut opera ac prudentia tua uteretur ad salutarem curam ecclesiae paderbornensis, suo proxime pastore (*b*) *b*
desti-

(*a*) Hanc epistolam, nulla temporis nota in vaticano codice 3432. unde eam depromsi, insignitam, recensui hoc loco non aliam ob causam, nisi quod aliquam argumenti similitudinem cum superiore habere eam animadverterim. ne inscriptio quidem ulla illi in eodem codice praefixa conspicitur. sed, cardinalis Bonelli nomine a Pogiano scriptam, non est dubitandum. datam autem ad Joannem comitem ab Hoja, vix dubitandum est: ad quem ab eodem Bonello de simili re datam epistolam vide supra pag. 168. Hic certe Joannes inter *paderbornenses episcopos* a Bucelino in *Germania sacra* pag. 20. numeratur, & mortuus anno 1574. dicitur.

(*b*) Is fortasse fuerat, de quo Gratianus in suo quodam *Itinerario*, apud me manuscripto, his verbis agit: *A* *di*

destitutae. quae cum ecclesia finitima sit aliis, quas, tanta cum laude fidei ac diligentiae, curare solitus es, minus tibi grave esse debebit piam vigilantiam ac sapientiam tuam isti etiam impertire. itaque ejus sanctitatis nomine te hortor, ut istud onus, quo

dì 26. marzo 1561. ci partimmo d'Iburg per andare dal vescovo di Paderborn, & per via piana di sabbia & bel paese andammo a quattro leghe non grandi a Marienfeld, badia ricca di frati di S. Bernardo, che ha chiesa & monasterio grande, dove son molti monaci. A dì 21. a Nehausen, quattro leghe, villa piccola, dove sta il vescovo di Paderborn in un palazzo fatto a foggia di rocchetta. questo vescovo è consecrato, & si chiama Remberto Kerssenbruch, huomo molto buono, & vecchio di 70. anni, il quale è stato in Italia longo tempo: nondimeno parla poco italiano. Miror, hunc episcopum a Bucelino in *paderbornensium episcoporum* catalogo fuisse praetermissum. at non item mirandum est, tantam Germaniae episcopatuum curam a Pio V. fuisse susceptam, quantam & haec & aliae hujus voluminis epistolae declarant. erat enim per ea tempora omnis ecclesiarum ratio in iis regionibus admodum perturbata; & Christi ovilibus falsi pastores, seu veri potius lupi ubique imminebant. de quo toto genere afferam Ven. Petri Canisii mss. apud me commentarium, ad card. ut opinor, Commendonum die 23. jul. sive hoc anno 1568. sive e proxime superioribus alio (neque enim certus in eo ullus adscribitur) post concilii tridentini promulgationem missum.

Cum ad reverendissimum Argentinensem venissem (agit is apud Vabernas alsaticas) senem illum offendi sexagenarium & valetudinarium, jamque ex thermis reversum, & longa aegritudine sic satis confectum, ut vitam diuturnam non polliceatur. audivit me patienter, quem & antea notum sibi habuit familiariter; & rem ipsam quidem probavit, quam urgere studebam, de coadjutore sibi mature asciscendo, si ecclesiae suae argentinensi in hac temporum difficultate probe consultum esse vellet. idem consilium jam illi antea suggesserant boni & catholici viri, ejus consiliarii, sed quorum admonitionem tunc moleste ferre visus est; inter quos primas tenet dominus Christophorus Velzingerus. caeterum partim curandae valetudinis cura, partim animi nativa quaedam timiditas & remissio causam illi episcopo praebet, ut consilium nostrum non facile secuturus videatur. putat, esse satis, si canonicis ecclesiae suae cathedralis eligendi episcopi potestatem, quam de jure habent, permittat, non repugnaturus etiam, si illi, se adhuc vivo, coadjutorem designent. illud vero durius, minusque nunc necessarium illi visum est, ut canonicos ad hoc eligendi institutum impelleret, multoque minus probat, catholicum ut aliquem, huic muneri aptum, ipse nominet, vel aliis eligendum commendet. ego vero monstrabam, quanti momenti res foret futura post ipsius episcopi mortem electionis pericula summo consilio antevertere, & in tempore illum instituere coadjutorem, cui postea in hujus ecclesiae administratione tuto fidere liceret. urgebam etiam, eligeret ac designaret ut ipse catholicum virum sibi successorem, neque rem tantam suspectis, & in fide male sanis majore fortassis ex parte, canonicis electoribus permitteret. offerebam authoritatem & favorem eorum, qui Romae cum dignitate versantur, & huic ecclesiae melius, quam aliis plerisque saxonicis, quas haereticis jam cessisse cernimus, prospectum ex animo volunt. monebam igitur, ut viam securiorem amplecteretur, neque causam praeberet gravibus periculis ecclesiam suam ejusque catholicas oves objiciendi: vide-

quo tantam ab omnipotenti Deo gratiam inire potes, tandiu suscipias, dum aliquid consilii de novo episcopo deligendo capiatur. quod factum, praeterquam quod jure ipsi capitulo probatum & acceptum esse debebit, a quo hic omnino percrebruit te po-

videret potius insidiantes huic praedae vicinos principes, qui tantum episcopi senis mortem expectant. cogitaret etiam de malae fidei electoribus, quibus si nollet catholicum & idoneum sibi successorem ostendere, eligendumque & confirmandum proferre, posset saltem eos ipsos canonicos, dum superesset, pro authoritate sua in vero & catholico eligendi instituto continere, ut nullum alium, nisi episcopo gratum, coadjutorem darent. usus sum aliis etiam argumentis, ad hanc rem, ut arbitror, accommodatis; sed, quo fructu, nescio. suadere tantum potui: quid sit facturus, nondum statuit secum, qui senilem animum, seriamque curam huic negotio non satis applicare videtur, in exequendis negotiis parum industrius & exercitatus. orandus est dominus, ut hanc praeclaram ecclesiam non sinat a catholicis avelli, & in potestatem sectariorum venire. Nec tacere possum, quod apud eundem reverendissimum non potui non reprehendere, de primario & secundario clero civitatis argentinensis, qui annis abhinc aliquot nec Argentinae (id prohibente senatu), nec alibi usquam divina celebrat officia; sed veluti ociosi bonis beneficiorum suorum fruuntur, ac in medio etiam haereticorum pergunt vivere; ut commisti inter gentes discant & faciant opera illorum potius, quam ut rebus divinis ac ceremoniis ecclesiasticis operam praestent.

Nunc capita quaedam adjungam, quae mihi quidem veniebant in mentem ad germanicos episcopatus in religione catholica hoc tempore conservandos & promovendos. judicent de his alii sapientes, quibus, si nihil aliud, certe occasionem rectius cogitandi praebebo.

Permagni referret, arbitror, sua ut consilia pontifex maximus cum caesarea majestate conferenda curaret de conservandis episcopatibus germanicis, qui praesentem & extremam nobis ruinam multis in locis minantur, nisi coadjutores episcopis, adhuc vivis, mature adjungantur. sive authoritate a caesare hoc obtineri possit, cujus quidem authoritas apud episcopos & canonicos istos plurimum valet, sive non possit, videtur sane pontifex maximus de cathedralibus hisce ecclesiis optime meriturus, si rationem ineat, qua serio & expresse caveatur, nullus ut illic posthac recipiatur vel admittatur canonicus, qui ante omnia non fecerit catholicae fidei professionem: qui praeterea, si capitularis est, adstringatur in eandem professionis formulam rursus jurare, cum novus est episcopus eligendus. tum electus praesul hoc juramentum recte praestare videretur, se in catholica religione nihil aut innovaturum aut a suis innovari permissurum: quodque non tolerabit uxoratos in ecclesia sua sacerdotes, neque sub utraque specie sacram eucharistiam cuiquam dispensari. si quid autem horum intermissum fuerit electionis tempore, decernatur, electionem ipsam prorsus irritam fore, & Romae postea confirmationem negandam esse. scio, de his rebus extare decreta, praesertim concilii tridentini, quod in paucis tamen ecclesiis germanicis est publicatum, & non in multis publicandum esse creditur, ob horum temporum difficultatem: eoque magis referret pontificem maximum peculiarem adferre curam ad cathedrales in Germania ecclesias & conservandas & erigendas, quod nullam alioquin disciplinam & reformationem ecclesiasticam ferre posse videntur.

Ac majus quidem est periculum in cathedrali ecclesia maguntina, coloniensi, & argentinensi. in his enim, sicut & in

te postulatum esse, erit praeterea gratissimum ejus sanctitati; quae, cum universae religioni istic opitulari vehementer cupit, tum vero proprie incommodis occurrere, quibus orbata episcopo ista affici posset ecclesia: quam, ut dixi, ejusque capitulum,

& in herbipolensi, non desunt (proh dolor!) canonici, in fide suspecti, immo & palam haeretici, eorumque numerus paulatim invaliturus videtur: cum nunc etiam e multis illis vix paucos catholicos alicubi liceat reperire, quibus episcopalis functio ab electoribus rite demandetur. Quare inprimis optandum esset, ut pontificis maximi ac ipsius etiam serenissimi caesaris authoritas accederet ad hujusmodi ecclesiae pestes arcendas; praesertim ne paulatim pro pastoribus lupi episcopatibus praeficiantur, & electi, contempto etiam pontifice, haeretico magis quam catholico more sic ecclesias administrent, ut principes magis, quam episcopi aut archiepiscopi, esse videantur.

Horum malorum causam ego non minimam esse puto, quod germanica nobilitas, ex qua solum canonici cathedrales, & postea episcopi instituuntur, parentes male catholicos, ac depravatam fere habeat educationem: post vero nimia libertate in suis ecclesiis nobiles hujusmodi residentes gaudeant, ut non ecclesiastici, sed militares plane homines, & prae caeteris saeculari licentiae prorsus dediti videantur. pendet interim ab his cathedralibus ecclesiis vel maxima pars ecclesiastici status, immo & conservandae religionis in Germania. ut autem nunc sunt tempora, probabile non est, hos unquam canonicos cessuros suis privilegiis & exemptionibus, in quas novos etiam episcopos jurare cogunt: nec facile recipient concilii etiam tridentini authoritatem, quatenus antiquis ipsorum statutis & privilegiis praejudicatur. nec tamen negari potest, morbos clericorum in ecclesiis cathedralibus foedissimos & publicos esse, qui germanorum oculos & animos passim offendant, totumque ordinem ecclesiasticum in majus odium & probrum adducant. verum de his morbis egi plus satis fortasse, nimirum ut illis curandis incumbant medici, qui amant Germaniam, & in ea cupiunt catholicorum, quae adhuc extant, reliquias conservare.

Dixi de ecclesiis germanicis: nunc addam pauca de hujus etiam nationis monasteriis. cum essem Maguntiae, non semel audivi ex ore reverendissimi archiepiscopi, fieri vix posse, ut monasticus status in sua quidem ecclesia ultra decennium duraret: tam paucos in illis religiosos superesse, & eosdem irreligiose vivere, ut se illis novitius nullus velit adjungere. nec dici satis potest, quam pauca, misera & impura nunc apud germanos supersint monasteria omnium fere ordinum. qui praesunt illis, hospitia & tabernas publicas fovere magis, quam monasteriis praeesse & prodesse videntur. hinc tot apostatae nobis implent Germaniam; hinc plerique sine regulari habitu vagantur, & dedecorant ecclesias parochiales, quae sine illis pastores vix ullos habiturae putantur. videmus interim ingenti ecclesiae malo quotidie fieri, ut, quae bona piorum coetibus instituendis & alendis destinata sunt, ea turpiter etiam a regularibus prodigantur, & in profanos usus abeant, immo etiam impiis ad affligendam rem catholicam vires & arma ministrent.

Cogitabam igitur, hanc posse dari curam a pontifice maximo generalibus ordinum, sicuti vocamus, ut intra certum tempus illi visitarent ac reformarent, quae sunt sui ordinis, monasteria, cum plena quidem potestate rejiciendi eos, qui obedientiam suis superioribus debitam negarent, nullamque spem emendationis vitae reliquam facerent,

lum, clerum, eorumque res ac rationes universas, sanctissimi domini nostri jussu, commendo perillustri amplitudini tuae; cui omnia, quae a me praestari possint, cupidissime deferens, salutem & incolumitatem precor.

rent, & magnum interim scandalum tam catholicis, quam haereticis adferunt. Saepe cogitabam etiam, non esse permittendum, ut duo tantum vel tres fratres in amplis monasteriis prorsus otiarentur, & horas bonas in luxu plerumque perderent: sed paucos illos, qui neque regulam, neque ceremonias ordinis sui nunc servare volunt, & possunt, in amplo aliquo ejusdem ordinis monasterio, quod bene constitutum esset, cum multis aliis fratribus conjungendos esse, ut ibi saltem, quae sunt suae religionis essentialia, ut vocant, pro suae professionis instituto praestarent.

Caeterum, quod ad venerandos mihi semper episcopos nostros attinet, etsi de his judicare meum non est, hoc mihi testari liceat, quod justum piis dolorem adfert, eos, lupis undique grassantibus, dormire magis, quam gregi suo pascendo advigilare. ac parum esset fortasse, sacrarum & ecclesiasticarum rerum penes majores & minores Germaniae praelatos pergravem & communem ignorantiam reperiri: verum illud ecclesiarum nostrarum perniciem alit & auget vehementer, quod vix unus aut alter theologus vel canonista multis episcopis etiam adjungi soleat, qui vel ignorantes vel oscitantes eos admoneat officii sui pastoralis, qui praeterea mentionem necessariam faciat de censuris ecclesiasticis & casibus conscientiae. satis enim constat, in Germania (proh dolor!) non modo gravissimorum in clero & populo morborum, sed etiam excommunicationum omnia plena esse, & in sacris rem agi negligentissime indignissimeque.

Habent interim non pauca nec levia, quibus excusant sese, quo minus indicant & celebrent synodos, & in his concilium publicent tridentinum, cujus quidem vel mediocrem executionem putant sibi & suis plus dispendii, quam emolumenti allaturam esse, tum quia clerus ipsorum exiguus, qui superest, hujusmodi asperiora medicamenta ferre non possit, tum quia sint hac ratione magis adversarios irritaturi, quorum quidem insidias, minas, & cupiditatem multis modis extimescunt. Deest pastoribus nostris, nescio quo pacto, mentis fiducia & fortitudo, quod rem ecclesiasticam fere in Germania desperatam putent, quodque paucos aut nullos e principibus rei catholicae protectores videant, quibus tuto fidant: quod praeterea tot episcopatus non solum a sectariis indigne tractari, sed etiam prorsus opprimi, nullo jam repugnante, sentiant; unde magnam & certam aliis episcopatibus perniciem credunt imminere, praesertim cum adversariorum cupiditas, ad cleri bona & catholicae religionis jura delenda, sibique prorsus adjungenda, inexplebilis esse videatur. quid multa? laboramus, & graviter sane, in hac summa tum religionis tum imperii perturbotione; morbos ipsi nostros diutius ferre non possumus, nec admittimus tamen medicamenta. egent plerique antistites consolatione, ut arbitror, cum, velut imperiti medici, in hos insolitos morbos incidant, & humana consilia subsidiaque sibi deesse putent in hac publica ordinum & statuum omnium perturbatione.

Sed video tandem, me longius esse progressum, & nonnulla fortasse liberius effudisse. precor igitur, ut, quae bono ac simplici a me animo ad res germanicas explicandas allata sunt, in bonam partem ab omnibus accipiantur. Audio, Galliam quoque similibus difficultatibus implicitam esse. Respiciat Deus vineam suam, & restituat eam pristino decori publicaeque tranquillitati.

V I.

a Julius Pogianus Nicolao Tomickio. (a)

23.mar. 1568. *Ut ad unius Ciceronis imitationem omnem facultatem suam conferat, hortatur.*

NUnquam majore animi mei molestia me ipsum recognovi, quam cum proxime tuas legi literas. cum enim illa ipsa jandiu desiderem, quae tu mihi amanter affingis, doleo equidem eo in desiderio, sed magis errore tuo, quam incommodo meo. nam, quod ad me attinet, quibus careo laudibus, ne requiro quidem earum gloriam: te vero, cui, pro tuo & in me animo & praestanti ingenio, faveo, quam qui maxime, ferre non possum, falsam istam de facultate mea opinionem habere; praesertim cum in eodem me aliquam tui studii spem reposuisse videaris. quid igitur faciam? dimittamne te ad aliquem istius disciplinae magistrum, qui te ea, quae ad eloquentiam proxima sit, via deducat? utinam haberem, qui, isto in genere, docendi arte excelleret. nae ego illi magnopere auctor essem, ut in uno tuo ingenio excolendo summam disciplinae suae laudem quaereret, & tanquam in ista pingenda & ornanda tabula artificium suum immortalitati commendaret. sed, in tanta docentium multitudine, quanta paucitas vel penuria potius sit eorum, qui ista vel norint vel satis etiam cognita tradere alteri sciant, non ignoras; unum ut illud reliquum esse videa-

(a) Pogiani hanc epistolam Gratianus ad Tomickium, suis litteris, die 20. hujus mensis datis, adjunctam, Roma Patavium misit, eamque atque ipsius auctorem his laudibus prosequutus est: *Narro tibi: cum Pogiani ad te literas mitto, ipse a scribendo deterreor, &, qui doctissimi viri erudita atque incorrupto genere sermonis acui tuam industriam, teque ad hanc laudem incendi, & ingressum tua sponte praesenti exempla veteris eloquentiae incitari cupio, nescio quomodo tardari ipse meum studium sentio admiratione praestantis ejus facultatis. obtineat antiquitas suam dignitatem, tribuatur Ciceroni omnium, qui latine scripserunt, principatus; sit in manibus Caesar; legatur Terentius, Salustius, Livius iis, qui hoc ingenii decus sibi comparare student. ego Pogianum cum his confero, aut, ab his cum discessi, qui illam locutionis integritatem cum lacte suxerunt, hunc habeo proximum... Quocirca magnam capio voluptatem ex illius eximio in te animo, tuoque item in illum studio singulari, maxime (libet enim hoc apud te gloriari) cum fuerim ipse praeclarae hujus benevolentiae conciliator. Mitto igitur tibi ab eo epistolam, similem caeterarum, scriptam elegantissime; & Deum precor, ut pulcherrimae istius tabulae, cui parem artificem desiderat, pictor ipse aliquando existat, inque ea exornanda, artificii sui, quam habet, reconditam scientiam promat. nae ea nihil fingi aut cogitari posset opere admirabilius.*

videatur, quo amori obsequar erga te meo, vehemente ut horter te, ut, omissa garrientium turba magistrorum, uni te Marco Tullio dices; quo vel muto doctore omnes latine loquentes brevi superabis. de quo illud idem te monendum putavi, ut non solum ejus omnia, quoad facere poteris, animo & memoria comprehendas, sed etiam singulis ejusdem loquendi formulis, ad alia sensa deflexis, tam multa complectare, quam multa poteris, & ejusdem & alterius generis. qua in exercitatione copiam nunc requiro abs te (*b*), non dubitans, quin eum, qui debet, modum mox adhibeas. imitare igitur veterem illum Roscium, ut, quemadmodum is familiariter saepius certasse cum Cicerone dicitur sui artificii facultate, utrum videlicet ipse majori gestus motusque varietate, an ille verborum ac sententiarum copia idem factum exprimeret (*c*), sic tu, ut Ciceronis orationem ab ejus cogitatis ad tua sensa transferas, contendito, &, ut Cicero tuae sententiae serviat, non tu ejus, elaborato. id enim imperiti faciunt imitatores, qui, verecunda verborum mutuatione minime contenti, impudentissime furantur. sed pergo eadem (*d*), quae superioribus literis. quod nunquam commiss-

Fff 2

(*b*) *Volo enim* (inquit M. Antonius apud Ciceronem lib.II.*de orat.* cap.88.) *se efferat in adolescente foecunditas. nam facilius, sicut in vitibus, revocantur ea, quae sese nimium profuderunt, quam, si nihil valet materies, nova sarmenta cultura excitantur, ita volo, esse in adolescente, unde aliquid amputem. non enim potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assequutum.*

(*c*) Macrobius lib.III.*Saturnaliorum* cap.14 *Caeterum*, inquit, *histriones non inter turpes habitos, Cicero testimonio est, quem nullus ignorat Roscio & Aesopo histrionibus tam familiariter usum, ut res rationesque eorum sua solertia tueretur. quod cum aliis multis, tum ex epistolis quoque ejus declaratur. nam illam orationem quis est, qui non legerit, in qua populum romanum objurgavit, quod, Roscio gestum agente, tumultuaverit? & certe satis constat, contendere eum cum ipso histrione solitum, utrum ille saepius eandem sententiam variis gestibus efficeret, an ipse per eloquentiae copiam sermone diverso pronuntiaret. quae res ad hanc artis suae fiduciam Roscium abstraxit, ut librum conscriberet, quo eloquentiam cum histrionia compararet.*

(*d*) Habuit profecto prae oculis Pogianus, ita scribens, Ciceronis singulare illud *ad Att.* lib.IV.epist.11. *Delectarunt me epistolae tuae, quas accepi uno tempore duas ante diem* II. (al.V.) *Kal. Perge reliqua. gestio scire ista omnia. etiam illud cujusmodi sit, velim perspicias.* Si proba est haec lectio, recte Pogianus; & subaudiendum utrobique est *scribere*. ego, quid in florentinis mss. aliquot codicibus repererim, dicam. is, qui in bibliothecae mediceo-laurentianae pluteo XLIX. adservatur, numero 18.extra notatus, estque, ut fertur, manu Francisci Petrarcae ex antiquissimo, qui intercidit, libro descriptus, ex quo reliquos omnes, quotquot usquam exstant, fluxisse existimo, sic hunc locum interpunctum exhibet: *Perge. reliqua gestio scire. ista omnia etiam. illud cujusmodi sit velim perspi-*

misissem, nisi intelligerem, quantum in ista ratione quotidie proficeres. itaque me haec vel hortatio vel gratulatio valde delectat, praecipientem jam cogitatione tuam gloriam, cum in illo regio consilio (*e*), magna cum omnium admiratione, eloquentissimus verae pietatis & catholicae religionis auctor existes. Sed haec hactenus. tu modo vide, uter tibi melius consulat, Gratianus ne ille, qui in te amando nemini concedit, an ego, quem is habet proximum. te enim idem ille ad me, ego ad Ciceronem rejicio. Vale. Roma. III. id. mart. M.D.LXVIII.

perspicias. proximus autem in eodem pluteo codex 19. sic: *Perge reliqua gestio scire: ista omnia etiam. etiam illud &c.* qui sequitur codex 20. sic: *Perge, reliqua gestio scire: ista omnia etiam. etiam illud &c.* reliqui 21. & 22. sic: *Perge. reliqua gestio scire: ista omnia etiam. illud &c.* similiterque scriptum atque interpunctum in aliis quibusdam aliarum ejusdem urbis bibliothecarum codicibus reperi. Non igitur, verbum *pergere* fuisse a Cicerone transitivorum, quemadmodum grammatici vocant, more usurpatum, ulla satis certa ratione probari potest.

(*e*) Polonico, quando nempe in patriam reversus fueris.

VII.

Julius Feltrius de Ruvere, tituli S. Petri ad vincula S. R. E. Cardinalis Urbinas, S. Ravennatis ecclesiae Archiepiscopus, Coëpiscopis provincialibus suis. (*a*)

1. mart. 1568.

Concilii provincialis indictio.

CUM primum, Dei & apostolicae sedis gratia, archiepiscopatui ravennati fuimus praepositi, pro pastoralis nostri officii munere, quo melius commodiusque ipsi provinciae, quae fidei

(*a*) Hunc ego titulum huic epistolae, cui nullus in nostro codice vaticano, unde eam promsi, praefigebatur, inscripsi, certissima ratione, ut deinceps apparebit, adductus. ac primo quidem de ravennatium hoc archiepiscopo illa ex Ughellii *Italia sacra* tom. II. col. 394. edit. ven. an. 1717. habeto: *Julius Roboreus, cardinalis urbinas, Umbriae legatus, episcopusque Vicentiae, sedem ravennatem obtinuit anno 1566. Hic provinciale concilium erexit, latisque saluberrimis legibus, ad praescriptam conciliorum cleri mores composuit... Forosempronii decessit anno 1578.* De provinciali Julii concilio agit Laderchius in *Annalibus eccles.* tom. XXIII. ad an. Chr. 1568. pag. 27. his verbis: *Julius etiam Feltrius... de Ruvere, ducis Urbini filius, cardinalis tit. S. Petri ad vincula, atque archiepiscopus ravennas, concilium provinciale coëgit, cum jam ducenti & quinquaginta elapsi essent anni, ex quo in ea percelebri ecclesia concilia habita non fuerant... Illius* (concilii) *acta, utpote*

fidei nostrae commissa est, quieti ac saluti prospiceretur, ex sacrosancti concilii decreto provincialem synodum congregandam (*b*) putavimus. sed, cum ea in cogitatione nobis occurreret, operae pretium esse prius visere & inspicere nostram metropolitanam ecclesiam, civitatemque ac dioecesim (*c*) visitare, denique dioecesanam agere synodum, sacras illas curas necessariasque actiones ante suscepimus, iisque omnibus, Deo adjuvante, satisfecimus. verum postea aliae atque aliae, eaeque gravissimae, subsecutae sunt occupationes, quibus adhuc primi illius consilii nostri explicatio & effectus desiderari possit. quare, quae primum nobis facultas data est exequendi laudabilis hujus in primis salutarisque negotii, optatissimo tempori non defuimus. itaque concilium provinciale, in nomine sanctissimae & individuae Trinitatis, indicere & convocare in proximas Kalendas maji (*d*), Ravennae in nostra metropolitana ecclesia inchoandum, & deinceps consequentibus diebus prosequendum, &, domino approbante, ad ipsius laudem & gloriam, & ad ejusdem provinciae utilitatem ac salutem absolvendum ac perficiendum (*e*) decernimus. itaque tuam amplitudinem rogamus & ora-

pote quae nunquam edita fuerint, ab illustrissimo ravennati capitulo benignissime nobis tradita, in hujus tomi calce danda censuimus. Et sane, promissi memor, ea ipsa acta dare incipit pag.348. pergitque ad pag.382.

Sed valde mirandum est, nescisse eum, neque ab ullo illustrissimi illius benignissimique capituli sacerdote aut sacrificulo fuisse admonitum de romana eorumdem actorum editione *apud haeredes Antonii Bladii, impressoris cameralis anno* 1569. hoc est, post celebratum concilium illud, primo, hac inscriptione: *Decreta provincialis synodi ravennatis, praesidente in ea illustrissimo ac reverendissimo domino Julio Feltrio de Ruvere tit. S. Petri ad vincula S. R. E. presbytero cardinali Urbin. sanctae ravenn. ecclesiae archiepiscopo.* Quin ipse Julius in epistola *ad dioecesanos*, operi praefixa, editionem illam ab se *quanto citius fieri potuit* curatam profitetur his verbis: *Quae a nobis superioribus mensibus ex sacri concilii tridentini praescripto, reverendissimis coëpiscopis nostris assentientibus, provinciali synodo sancita sunt, pro nostro archiepiscopalis officii munere, ad Dei omnipotentis gloriam, & fidelis populi salutem, quanto citius fieri potuit typis excusa pervulgamus.*

(*b*) *congregandum* cod. vatic. Nisi si mendosissimam multis locis, librarii, sive vaticani sive nostri, mira atque incredibili negligentia, hanc epistolam exhibere voluissem, necesse mihi fuit eam & heic & alibi ex ingenio conjecturisque emendare. sed, ne lector illa ipsa, quae mihi mendosa visa sunt, desiderare possit, ea deinceps adnotare pergam.

(*c*) *diocesim visitare, dioecesanam agere synodum, & sacras illas curas necessariosque actiones, quibus Deo adjuvante satisfecimus, & postea aliae & gravissimae &c.* id.

(*d*) Hoc ex loco conjeci, hanc epistolam mense fortasse martio datam fuisse.

(*e*) Perfectum vero fuit die ejusdem mensis maji nono. sic enim in fine ravenna-

& oramus, ut, nisi justa aliqua, quae nobis probanda sit, causa impedierit, ad praescriptum & Kalendarum maji diem, & locum

vennatis hujus concilii actorum legitur apud Laderchium pag.381. *Lecta & publicata fuerunt supradicta omnia decreta & constitutiones in provinciali ravennaten. synodo, ab illustrissimo & reverendissimo domino Julio Feltrio de Ruvere, tituli S. Petri ad vincula S. R. E. presbytero cardinali de Urbin. nuncupato, ac sanctae ravennaten. ecclesiae archiepiscopo congregata in dicta ecclesiae (fort. ecclesia) metropolitana ravennaten. in secunda scilicet & ultima sessione ejusdem synodi, celebratis sub die sexta & nona respective mensis maji anni millesimi quingentesimi sexagesimi octavi, currente indictione* XI. *pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri D. Pii divina providentia papae quinti, anno ejus tertio &c.*

Hoc quidem loco facere non possum, quin lectores moneam, aliquid inter concilii hujus ravennatis acta (quae, vulgata primum ab ipso ravennatium archiepiscopo anno, ut supra diximus, 1569. deinde a Laderchio in calce tomi XXIII. *Annal. eccles.* an. 1733. circumferuntur) recenseri, quod actum in ipso concilio non fuerit. nam caput ejus concilii penultimum, quod *de Judaeis* inscribitur, hujusmodi est: *Episcopos monemus & hortamur in domino, ut, mandatorum apostolicorum memores, bullam a sanctissimo domino nostro Pio quinto contra Judaeos editam, ex sui officii debito publicent, & pro viribus observari curent.* Ea *bulla* non nisi die 26. febr. anno 1569. eodemque Pii pontificatus quarto, hoc est mensibus, post absolutum illud concilium, omnino novem, prodiit. Potueruntne ejusdem concilii patres de ea *bulla* in ipso concilio agere, quae tum nulla erat, nec nisi tanto post temporis intervallo proditura? Necesse est igitur, reliquis concilii ravennatis actis hoc quoque caput *de Judaeis* postea, sine patrum suffragiis, unius archiepiscopi auctoritate, adscriptum fuisse. Nunc episcoporum, qui eidem concilio subscripserunt, catalogum ex eodem Laderchio pag.380. attexam:

Ego Julius card. Urbin. archiepiscopus Ravennae subscripsi.

Ego Joannes card. Moronus, episcopus portuensis, & ecclesiae mutinensis perpetuus administrator eligens, juxta decretum sacri concilii tridentini, non subjectus, subscripsi.

Ego Alexander card. Sfortia, episcopus parmen. tamquam eligens, & non suffraganeus, ac repetitis protestationibus alias factis, & non aliter, subscripsi.

Ego Gabriel Paleottus, tit. S. Joannis & Pauli presbyt. card. bonon. & princeps, tamquam eligens, juxta decretum concilii tridentini, & non subjectus, ac repetitis protestationibus alias factis, & non aliter, subscripsi.

Ego Laelius, episcopus Sarsinae, subscripsi.

Ego Baptista de Grassis, episcopus regien. & princeps, qui ad hanc sanctam synodum accessi sponte ex mera electione, juxta formam sacri concilii tridentini, & non subjectus, subscripsi.

Ego Alphonsus Rossettus, episcopus ferrarien. immediate subjectus sanctae sedi apostolicae soli, juxta formam concilii tridentini, tamquam eligens & non aliter, repetitis protestationibus meis, alias factis, subscripsi.

Ego Scipio Sanctacrucius, episcopus cerviensis, qui ad hanc ravennatem synodum (fort. *synodum accessi*) *ex electione, juxta concilium tridentinum, protestans insuper, me non teneri tamquam subjectum, subscripsi.*

Ego Julius Parisanus, episcopus ariminensis, immediate subjectus sedi apostolicae, & non suffraganeus, tamquam eligens, semper repetitis protestationi-

locum nobis praesto esse velit, ut prudentiae & pietatis suae (*f*) consilio atque sententia & propositum institutumque nostrum adjuvetur & constituatur, &, quae videbuntur expedire, decernantur. quod si, quemadmodum diximus, legitimo impedimento distinebitur, quominus ipsa provinciale concilium obire possit, certum mittet procuratorem, qui, proprium & ad rem nominatim mandatum habens (*g*), amplitudinis tuae nomine synodi decreta suscipiat. interea vero nostrum generale edictum, quod his adjunctum literis habebit (*h*), & in sua cathedrali, & in aliquot ejusdem dioecesis (*i*) nobilioribus ecclesiis, ut moris est, quo tempore frequentior populus in missae sacrificio adesse solet, publice recitandum, & ipsarum ecclesiarum valvis affigendum curabit. Gratum etiam nobis fuerit, si & capitulum (*k*) quoque ecclesiae suae, ad eandem (*l*) synodum nostro nomine invitatum, eodem, ut res postulabit (*m*), procuratores suos mittere jusserit, & denique, ut haec omnia recte & ordine curata & effecta fuerint, nos fecerit (*n*) certiores.

VIII.

tionibus alias factis, & non aliter, subscripsi.

Ego Julius, episcopus adrien. subscripsi.

Ego Odovardus, episcopus caesenaten. subscripsi.

Ego Franciscus, episcopus imolen. eligens, juxta decretum sacri concilii tridentini, & non subjectus, subscripsi.

Ego Hercules, episcopus comaclen. subscripsi.

Ego Joannes Baptista, episcopus Faventiae, subscripsi.

Ego Antonius, episcopus forolivien. subscripsi.

Ego Franciscus Rusticuccius, episcopus fanen. sedi apostolicae immediate subjectus, metropolitanam ravenn. ecclesiam pro synodis provincialibus sponte eligens, decreta in proxima synodo approbo & confirmo, conditionibus & protestationibus meis, antea factis, semper salvis, & propria (sic) *subscripsi.*

Ego Joannes Baptista, episcopus uticen. suffraganeus sanctae ravenn. ecclesiae, subscripsi.

Ego Joannes Franciscus abbatiae nonantulen. perpetuus commendatarius, qui neque monitus neque citatus ex libera interfui electione, subscripsi.

Ego Thomas Christinus, vicarius & procurator reverendissimi domini Augustini Molignati, episcopi britinoriensis, nomine d. reverendissimi domini episcopi, suscipiens decreta omnia facta & publicata in proxima praeterita provinciali synodo ravennaten. subscripsi.

(*f*) *tuae* cod. vatic.
(*g*) *habentem* id.
(*h*) *habebitur* id.
(*i*) *diocesis* id.
(*k*) *capitulum, quodque ecclesiae &c.* id.
(*l*) *eundem* id.
(*m*) *postulabat* id.
(*n*) *feceris* id.



VIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Hieronymo Soucherio Card. Claravallensi. (a)

10. maj. 1568. *Ne pontificis maximi, qui eum S. R. E. Cardinalem nuper crearat, judicio ac voluntati diutius repugnet, hortatur.*

EXposui omnia fideliter ac diligenter sanctissimo domino nostro & ex literis & ex commentario reverendissimae amplitudinis vestrae: ac sane doleo, me, pro summo studio meo obsequendi ei in omnibus, quae ipsius causâ efficere possim, apud suam sanctitatem frustra hoc officio functum esse. nihil enim, quod opponeretur, non rationibus & auctoritate refutavit. itaque nihil mihi reliquum est, nisi ut ex animo eam horter & orem, ut, isto cardinalatus honore, qui ejusdem religioni & doctrinae jure debetur (b), libenter accepto, divinae pareat

(a) De quo vide epist. *Uberem* d. 24. sept. 1567. pag. 339. & audi Gratianum in litteris ad Nicolaum Tomickium die 27. mart. hujus anni 1568. Roma Patavium datis. *Nono Kal. apr. pontifex, cum id nemo suspicaretur, quatuor cardinales creavit, excellentes sane viros, abbatem claravallensem, gallum, & Spinosam, praesidem in Hispania regii consilii, utrunque absentem atque ignarum hujus animi atque consilii pontificis; hispanum magno usu rerum, magna prudentia, dignitate atque integritate praeditum; gallum singulari doctrina & scientia sacrarum literarum, atque admirabili innocentia & religione, in concilio tridentino cognitum, in quo cum Varmiensi* (Stanislao Hosio) *cardinale & sententiis & animo conjunctissimus semper fuit: tertium Joannem Paulum ab Ecclesia, mediolanensem, nobilem jurisconsultum. his adjecit Antonium Caraffam, juvenem perillustri familia natum, cui pontifex gratiam accepti honoris a Paulo IV. referre voluit, quod & gentilis illius pontificis, & ei in primis gratus fuit. dicitur pontifex, cum nemine communicato consilio, paucos ante dies supplicari in omnibus templis ac monasteriis Deo jussisse, ut ejus mentem in magnae rei deliberatione regeret. est enim hoc sanctissimi viri solemne institutum, ut nihil, nisi pacato piorum & religiosorum hominum prece divino numine, aggrediatur.*

(b) Debitum eidem huic viro cardinalatus honorem Hosius quoque in suis gratulatoriis ad eum sequentibus litteris testificatur: *Longo jam tempore non audiebantur ex christianissimo Galliarum regno, nisi tristissima quaeque. nam & arma parricidialia contra regem ac dominum suum a subditis, qui fidem illi suam jurejurando obstrinxerant, esse sumpta, & in longum bellum trahi, quod cito confectum iri sperabatur, & parum aequis ac honestis ad extremum conditionibus pacem esse factam, renunciabatur; quae non minorem animis multorum, quam ipsum bellum perturbationem attulit. ecce autem, inter haec*

pareat voluntati, quam in hoc & consilio & jussu Jesu Christi vicarii explicatam & expressam esse, dubitare non potest. Quae humiliter & de imbecillitate & de salute sua commemorat, in iis proprium judicium ejus judicio, qui divini numinis vicem tenet in terris (quod ipsa omnium optime intelligit), praeponere minime debet, immovero in ejusdem verbo rete laxare (c) fidenter. Quod si etiam alia multa adversari viderentur, quo minus tueri posset istum sacrae dignitatis gradum (quod contra est: omnia enim in ea poscunt & flagitant istum honorem), tamen Moysen & Heliam imitari deberet, qui imparati ad ea negotia, quo divinitus mittebantur, tamen secuti divinam vo-

haec tam tristia, cumprimis laetus advenit nuntius, qui te, sanctissimi domini nostri judicio, quo nihil potest esse limatius, in senatorum totius orbis christiani numerum relatum esse, diceret. quem autem ornavit prudentissimus uniuscujusque meritorum aestimator? hic, quando te ornavit, literas ornavit, sacras praesertim, virtutem ornavit, pietatem & sanctimoniam ornavit: quae in te ornando spectasse sola, & aliis ostendere voluisse videtur, qua ratione viam ad summos honores munire sibi deberent. hac scio (quae est animi tui modestia), quod, in hac praesertim tanta rerum omnium perturbatione, nulla de re minus, quam de hoc honore cogitabas. verum tanto major est sanctissimi domini nostri & tua laus, quod ille nihil aliud in te ornando spectavit, praeter multa praeclara Dei munera, quibus affatim es ab illo cumulatus, & tu, sola virtute tua ambiente, tantum hunc honorem es consecutus. quem tibi gratularer, nisi scirem, plus ex eo laboris & molestiae, quam voluptatis, ad te pervenisse. nam, quanto sublimiore loco positus es, tanto plus curarum & sollicitudinis accessit. quamobrem ecclesiae potius gratulabor, quam ego cum primis felicem judicarem, si multos tui similes haberet in orbis christiani senatum cooptatos. in primis autem gratulor christianissimo, quondam etiam florentissimo, regno vestro, quod, si unquam antea, nunc maxime talium virorum subsidiis, qualem esse te persuasum habemus, indigere videtur. Deum precor, ut cum tibi tum ecclesiae universae, praesertim vero christianissimo regno vestro, feliciter honorem hunc tuum evenire velit: in quo si quid valebunt consilia tua, non dubito, quin sint illius rationes multo meliori statu futurae. Quoniam vero, cum essemus Tridenti, summa fuit inter nos animorum conjunctio, cum essem unus ex his, qui tuas excellentes virtutes admirabantur, confido, non modo nihil decessurum de tua in me benevolentia posteaquam auctus es & honestatus hac tanta dignitate, verum accessurum potius aliquid. nec enim animum in me tuum, nisi de meo in te, metiri possum. cum ejusdem ordinis facti simus, eadem nos mutua benevolentia prosequi debemus, hoc tibi de me certo persuadere potes, quod neminem habes, qui te pluris faciat, quam ego. qua quidem in re ne illi, a quo te plurimi fieri scio, illustrissimo & amplissimo cardinali Lotharingo facile cesserim, quem ego maximam voluptatem, non tamen, quam sit mea, majorem, ex hac tua provectione cepisse, non dubito. quaeso autem te, si quae dabitur occasio, ut me illi diligenter commendare velis. sum enim unus ex his, quos habet sibi servitores addictissimos, nec aliud precor Deum diligentius, quam ut felices illi consiliorum omnium progressus & exitus tribuat. Datum Heilsperg. VIII. junii 1568.

(c) Ex euang. Lucae V. 5.

cem satis ad omnia instructi fuerunt. sed haec fortasse nimis
d multa. quare, omnia referens ad breve (*d*) sanctissimi domini nostri, unum illud addam, ut libenti animo cardinalatum accipiat; sibique persuadeat, fore, ut ista ratione Deo serviat, & obedientiae officium, quod profitetur, tueatur. quod ut faciat, ab ea iterum vehementer petens, omnia ipsi salutaria a
e Deo precabor. Romae (*e*). VI. id. maj. M. D. LXVIII.

IX.

(*d*) *Breve* hoc, sive Pii V. litteras, quae heic significantur, habes inter *Apostolicas* ejusdem pontificis epistolas lib. II. epist. 7. quod est hujusmodi.

„ Dilecto filio Hieronymo, abba„ ti Clarae-Vallis, electo S. R. E. car„ dinali.

„ Dilecte fili &c. Lectis litteris „ tuis, & cognitis rationibus, quas „ attulisti, cur tibi commodius esse „ existimes manere in ordine tuo, quam „ suscipere munus, ad quod te supe„ rioribus diebus, de consensu fra„ trum nostrorum, promovimus, mo„ destiam quidem & probitatem tuam „ amavimus, sed excusationem non „ esse accipiendam duximus. nam, „ quod existimas, promotionem hanc „ impedimento tibi fore ad agendam „ curam monachorum, tuo regimini „ commissorum, & monasteria, quae „ a te visitari, ut a Clarae-Vallis ab„ bate, debent, visitanda, ea res sese „ aliter habitura est, quam censes. „ cardinalatus enim dignitas adjumen„ to potius erit ad officium illis tuum „ majore cum auctoritate praestan„ dum, & ea, quae monasteriorum „ necessitas exposcet, agenda. de iis „ vero, quae in eo esse debeant, qui „ ad hoc munus assumatur, quae tibi „ deesse scribis, laudamus quidem „ istam humilitatem tuam: sed non „ est tuum de te, quam sis ei muneri „ idoneus, judicare. nostro acquie„ scere judicio debes, & ita cogitare, „ per ministerium nostrum te a Deo „ vocatum esse, quandoquidem te nec „ opinantem in curarum & solicitu„ dinis nostrae partem, non sine dili„ genti deliberatione, assumpsimus ad „ serviendum nobiscum Dei honori, & „ sanctam ejus ecclesiam tam gravi & „ turbulento tempore regendam, qui „ potens est & ea, quae tibi dedit, do„ na augere, &, quae requiri in te „ forsitan possint, addere: pro cujus „ obsequio & honore nullos debes vel „ animi vel corporis labores subterfu„ gere, sed ejus vocationi, confisus „ ipsius gratiae & auxilio, humiliter „ obedire. debes vero etiam, sicut „ charitatis officium postulat, vicem „ nostram dolere, qui hac aetate onus „ multo gravius sustinemus, ad quod „ ferendum tua & tui similium ope in„ digemus. Accepto igitur, quod ad „ te misimus, hujus honoris insigni, „ omni excusatione omissa, constitutis „ prius, quam brevissimo tempore „ poteris, monasterii tui rebus, ad „ pileum rubeum, summum ejusdem „ dignitatis insigne, a nobis ipsis ac„ cipiendum, fac te ad nos primo „ quoque tempore conferas: quod ut „ facias, in virtute sanctae obedien„ tiae tibi mandamus. ad nos autem „ cum, Deo juvante, perveneris, tum „ non modo in universum de religio„ ne constituenda tecum communica„ bimus, sed de ea proprie, in cister„ ciensi ordine, in quo penitus prope „ collapsa videtur, restituenda. Datum „ Romae apud S. Petrum sub annulo „ piscatoris, die 3. maji 1568. pontifi„ catus nostri anno tertio.

(*e*) Hanc epistolam, & quae deinceps ad extremum volumen sequentur, depromsi ex codice 3432. bibliothecae vaticanae, a quibus omnibus temporis, quo quaeque data est, nota aberat; quam tamen nonnullis, ut huic ipsi, adscripsi, tabularii sanctioris vaticani earumdem exemplis adjutus.

IX.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Plocensi. (a)

a

Ejus causam de cracoviensi decanatu summo pontifici sibique valde curae esse ac fore, confirmat. 15.maj. 1568.

NON fuit audax (b), quia mihi non erat ignota tua amplitudo, de cujus pietate ac virtute jam antea multa ad me perlata fuerant (c). quare tuo jure mihi commendas causam tuam decanatus cracoviensis (d), de quo habeo etiam a fere- b c d

Ggg 2

(a) Petrus Miscovius, sive Miskovvskius, vocabatur hic episcopus: de quo vide volumen hujus operis III. pag. 235.

(b) Abusus fortasse fuerat Miscovius in sua ad Bonellum epistola communi illo loco, quo, aliquid ab alio petentes, audaciam in eo ipso nostram confitemur & excusamus.

(c) Egregium Miscovii dignitati testimonium card. Hosius postea dedit in suis ad eum litteris, Roma die 8. jul. an.1577. in Poloniam datis, queis illi cracoviensem episcopatum gratulatus est; *Dedit illi*, inquit, *Deus praeclara quaedam talenta, quae fuerunt etiam enumerata per me, cum in amplissimo cardinalium collegio, quo tempore de transferenda dominatione vestra ad ecclesiam cracoviensem deliberatio suscipiebatur, loco meo sententiam rogatus dicebam. nam, sive quis generis claritatem spectet, sive doctrinam, sive prudentiam & magnum rerum usum, sive lenitatem & affabilitatem, sive in rebus tradendis* (fort. *gerendis*) *dexteritatem, sive linguae donum dicendique facultatem, sive quaecunque tandem alia, quae spectant ad hoc officium, quod gerit dominatio vestra, sic ea liberaliter effudit in illam, ut paucos, qui cum ea conferri, vix quenquam habeat, qui possit illi anteferri.*

(d) Causa haec quae fuerit, discimus ex Pii V. ad Sigismundum Augustum, Poloniae regem, epistola inter *Apostolicas* septima libri primi, die 13. jan.1567. data, in qua haec leguntur: *De dilecto filio Petro Miscovio, coadjutore Placensi* (corr. *Plocensi*), *regni tui vice-cancellario, majestatis tuae desiderio, & tuae commendationis caussa, & propter ejus virtutes ac merita, libenter satisfecimus. indulsimus enim; ut decanatum cracoviensem retinere possit, sicut rogasti, ad sedis tamen apostolicae beneplacitum, quam confidere debes non revocaturam gratiam suam; iisdem manentibus caussis. libenter ex tuis litteris intelligimus, quam grata tibi & opportuna sit ejus opera in illo munere* (vicecancellariatus) *obeundo. talium ministrorum vehementer cuperemus habere te copiam magnam &c.* Videtur autem, cracoviense canonicorum collegium Pii V. indulto huic de decanatu, a Miscovio, non amplius coadjutore, sed jam episcopo plocensi, retinendo repugnasse. quod tamen indultum Pius esse ratum etiamnum voluit: ut ex hac & ex duabus deinceps sequuturis epistolis intelligimus. Plocensis coadjutor quando esse Miscovius coeperit, docet haec card. Joannis Antonii Serbellonii ad card. Hosium epistola, quam ex *Tabul.eccl.rom.*pag.389. descri-

e serenissimo rege vestro vehementes literas (e), cui aeque ac tibi id cordi esse, intelligo: hocque negotium detuli ad sanctissimum dominum nostrum, qui id sibi magnae curae esse declaravit. f ac reverendum quidem dominum Vincentium Porticum (f), suae sanctitatis ad regem vestrum nuncium, jussit istic & rem diligenter cognoscere, &, quam commode poterit, viam inire deducendi cracoviense capitulum ab instituta sententia & agendi ratione. in id igitur, quod proprie ei mandatum est, in primis Porticus incumbet, ac, spero, serenissimo regi & amplitudini tuae satisfaciet. ego non defui officio meo commendandi, quocunque potui studio, causam tuam ejus sanctitati, neque deero. si quid posthac fuerit & in hac re & in aliis, quae ad amplitudinem tuam pertineant, quod a me effici possit, non desiderabis partes meas, meque tui studiosissimum esse cognosces: quem Deus incolumem servet. Romae. idib. maj. M.D.LXVIII.

X.

descripsi, die 8. febr. an. 1565. data: *Hesterno die sanctissimus dominus noster in consistorio suo secreto, assentientibus & comprobantibus omnibus, quotquot aderamus, cardinalibus, quod reverendissimus dominus Andreas, episcopus plocensis, nobilem virum dominum Petrum Miskovvsky, decanum ecclesiae cracoviensis, ac regni istius procancellarium, adjutorem sibi in episcopatu delegit, eumque ex integro ab sanctitate sua in id munus constitui, ac futurum quoque successorem in episcopatu sibi decerni petiit (quanquam ea res, praesertim his temporibus, maximi est exempli, multaque, ne id cuiquam indulgeatur, dissuadent), concessit tamen, & non modo adjutorem illum, verum etiam successorem, post Andream, futurum statuit. quo in negotio tractando, etsi eximia voluntas ac propensus animus serenissimi regis vestri (* Sigismundi Augusti *), qui ab sanctitate sua enixe id petiit, multum valuerint, multum & ipsius Petri merita, eximiis relata testificationibus, auctoritas tamen & testimonium amplitudinis tuae de Petro, deque Andrea episcopo, ejusque valetudine & aetate caeterisque omnibus, quae diligenter perpendi oportuit, quaeque litteris tuis, non ad me modo, verum & ad alios quoque missis, continebantur, sanctitatem suam ac sacrosanctum collegium totum ita movit, ut visi sint omnes id non posse non censere & non approbare, quod tu censendum & approbandum esse statuisti &c.* Andreae, plocensis episcopi, mortem Tomickio Gratianus nunciavit, litteris ad eum die 22. nov. an. 1567. Roma Patavium datis, in quibus, *Ex Polonia*, inquit, *quae nunciabantur, scripsi ad te superioribus literis. nunc nihil erat allatum novi, praeter illud, Noscovium, episcopum plocensem, aetate confectum decessisse.*

(e) Quibus litteris Bonellus ea epistola, quae hanc, ad Miscovium datam, sequetur, respondit.

(f) De Vincentio Portico satis multa diximus in adnotationibus ad epist. *Intermissionis* d. 18. febr. pag. 387.



X.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Sigismundo Augusto, Regi Poloniae.

Idem argumentum.

MIhi vero, pro summa mea cupiditate inserviendi majestati vestrae, accidit jucundissimum ejus mandatum de cracoviensi decanatu; quod ut statim egi diligenter, sic ita propensum vidi sanctissimum dominum nostrum in majestatem vestram, nihil ut futurum putem, in quo sanctitas sua honestis ejus postulatis libentissime non gratificetur. & quidem domino Vincentio Portico, quem in istud majestatis vestrae regnum misit apostolicum nuncium, proprie mandavit, ut rem istam accurate cognoscat, agatque, quam optime & commodissime poterit, cum cracoviensi capitulo, ut ab instituta illa ratione discedat. qua in re cùm ipsi plocensi episcopo consultum vult sua sanctitas, tum vero maxime obsequi cupit majestati vestrae, quam prosequitur eximio quodam patriae charitatis affectu. ego autem magnas ago gratias majestati vestrae, quae mihi hanc occasionem dederit declarandi perpetui studii & observantiae erga se meae, ac polliceor, ita promptam ac paratam fore operam ac diligentiam meam in omnibus, quae ad eam pertinere intelligam, ut nemini concessurus sim vel addictissimo majestati vestrae; cui salutarem prosperitatem a Deo precor. Romae. idibus maj. M.D.LXVIII.

X I.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Praelatis (*a*) Canonicis, & Capitulo Cracoviensi.

Ut ab episcopo Plocensi cracoviensis ecclesiae decanatum retineri patiantur, eos hortatur.

ADmodum reverendi & nobiles domini. Jure quidem vestro vos mea uti opera potestis. libenter enim ipse, pro ea, quae hic communiter de vobis est opinio probitatis ac religionis, res negotiaque vestra studio semper & ope mea juvabo.

(*a*) *Praelatos canonicos* vocat, opi- or, eos, quos vulgo *Dignitates* vocamus. Caeterum lux huic epistolae ex duabus proxime superioribus petenda.

bo. quod tamen in hac causa, magis animo, quam re praestare possum. nam, cum prudentiae praecipuum munus sit locorum, temporum, personarumque in primis habere rationem, & hoc principi officium maxime propositum esse debeat, hanc
b animadversionis (b) necessitatem sibi impositam sanctissimus dominus noster negligere non potuit, qui ex illa Dei ecclesiae specula multa prospiciens, quae multi fortasse non vident, quaedam praecavere, nonnulla adhibere cogitur, quorum causam rationemque si omnes intuerentur, nemo idem factum non aequissimo ferret animo. itaque non potuit sequi summum il-
c lud jus in postulatione vestra (c) ejus sanctitas; gravissimis praesertim causis postulantibus, ut ei aequitati consuleret, quae praesertim communem utilitatem, & vestrum simul commodum contineret: ut brevi etiam vos intellecturos esse, confidit. dandum igitur putavit aliquid episcopo plocensi, cujus religionem, virtutem, & auctoritatem & reipublicae & privatim vobis magno usui fore, non dubitat. quare patiemini, in isto decanatu ex opinione etiam, quam habetis juris vestri, remitti aliquid juri episcopali: praesertim cum ille, praeter collegii necessitudinem, qua vobiscum conjunctissimus erit, ista praeterea decessione vestra de eo jure, quod habere vos existimatis, tanquam mercede & auctoramento quodam, patronus esse cogetur omnium fortunarum rationumque vestrarum. quod vos patrocinium, illa auctoritate & gratia munitum, multo etiam majori pretio redimendum fuisse, brevi, spero, fatebimini. a me vero in iis, quae causa vestra potero, promptum studium & paratam operam semper expectate: quod etiam de propensa in vos sanctissimi domini nostri charitate vobis polliceri possum. Valete.

XII.

(b) Hoc videtur dicere, pontificem maximum in hac decanatus causa necessario debuisse animum advertere ad loci, temporis, personae, similiumque rerum circumstantias, ad easque consiliorum suorum rationem accommodare.

(c) Decanum sibi alium nescio quem dari, a romanoque pontifice confirmari cracovienses hi canonici, suo jure semper antea usurpato legitimoque usi, postulabant. at pontifex, justissimis causis adductus, retinendum in decanatus possessione plocensium episcopum, eumdemque polonici regni procancellarium, iisque propterea de suo illo jure decedendum esse hoc tempore, judicabat.



XII.

Pius PP. V. Salentino ex Comitibus ab Issemburg, Electo Coloniensi. (a)

a 21. maji 1568.

Societatis Jesu homines, eorumque coloniense collegium diligenter commendat.

Societatem Jesu tanto studio, cura & diligentia ad animarum salutem incumbere novimus, quemadmodum te quoque scire credimus, ut, non sine singulari Dei providentia, his miseris turbulentisque ecclesiae temporibus institutam & excitatam fuisse, putemus (b). quantum enim vineam domini Sabaoth vulpeculae depascere, demoliri & devastare student, b tantum

(a) Hanc eamdem epistolam intulit in *Annales* suos *ecclesi.* Laderchius tomo XXIII. pag.74. cujus editionis variantes lectiones suis locis deinceps adnotabo. Idem Laderchius de hoc Salentino, electo coloniensi, haec ibidem pag.73.& seqq. commemorat: *Interim vero, cum Fridericus, comes de Weda* (de quo multa a nobis dicta sunt pag. 287. & seqq.), *electus coloniensis, potius quam eamdem fidei professionem emittere, archiepiscopali, ut suo loco diximus, sese dignitati* (corr. *dignitate*) *abdicare voluisset, capitulum & canonici colonienses, in ejus locum, ut Aegidius Galenus* (corr. *Gelenius*) *tradit, Salentinum comitem de Issemburg, sub die 23. decembris anni praeteriti* (1567.) *elegerant ... Adeo praeclara de Salentino ad Pium delata fuerant, ut plurimum de ipsius electione gavisus sit ... Ambigi non potest, Pium Salentino clementer indulsisse, ut praefixi a jure trimestris spatium, intra quod & electionis decretum exhibendum fuerat, & confirmatio petenda erat, praetergredi liceret. verum ita id ei licere voluit, ut hac tamen indulgentissima comitate minime abuteretur ... Tandem Salentini, & coloniensis capituli nuncii cum Romam venissent, exhibuissentque pontifici jure factae electionis documenta, ejusdem confirmationem petiere. nil erat, quod magis cuperet Pius, quam ut adeo aequae postulationi annueret. habuit nihilominus, quod vicissim ab iis postularet, nimirum, ut quamprimum novus electus ad sacrum presbyteratus ordinem promoveretur* (sed certe neque *quamprimum* neque umquam ad eum *promotus* est. vide supra pag.322.), *ut confirmatus a se consecrationem episcopalem statim suscipere posset ... & ut fidei professionem, ex sacri concilii tridentini decreto, emitteret, emissamque electus manu propria subscriberet, ac deinde suo ac coloniensis capituli sigilli* (corr. *sigillo*) *munitam ad se mitteret .... Diximus autem, diu pastore coloniensem ecclesiam viduatam, quod Fridericus comes de Weda ab anno 1562. semiepiscopus tantum ei praefuisset: abdicavit vero se, ut diximus anno praeterito 1567. quo tandem, de quo loquimur Salentinus subrogatus ei fuit; qui episcopatui & ipse sub anno 1577. ut suo loco dicetur, nuncium remisit. hoc autem anno* (1568.) *ut alias memoratus Gilenus* (corr. *Gelenius*) *narrat, Fridericus de Weda praefatus, altero nempe a sua abdicatione anno, imo sub ipsa die 23. decembris, sub qua ante annum Salentinus ei subrogatus fuerat, e vivis excessit, & apud dominicanos sepulchrum obtinuit.*

(b) Vide supra pag.187.255.& seqq.

c tantum hi ſtrenui vineae (c) ipſius cultores & operarii tueri eam, excolere ac propagare aſſiduo labore conantur, haereſum vepres extirpando, vitiorum zizania, & quicquid aliud noxium eſt, evellendo, &, quae fructus ejus multiplicent, inſerendo. itaque, perſpecta utilitate multiplici, quae ex hac ſocietate ad eccleſiam Dei pervenit ob illius profeſſionem, pietatem & charitatem, vitaeque ac morum integritatem, intra paucos annos adeo haec ſocietas crevit, ut nulla fere ſit chriſtiani nominis provincia, in qua non aliquot ejus collegia jam fuerint inſtituta. utinam autem multo plura extarent, in civitatibus praeſertim & locis, in quibus haereſum peſtis ſerpere coepit! his de cauſis cum univerſam hanc ſocietatem eximia cura tueri debemus, tum collegium ejus, in civitate colonienſi exiſtens, dilectioni tuae diligenter eſſe duximus commendandum. vehementer enim laetari debes, quod tale collegium in ipſa civitate habeas, cujus operam adeo tibi opportunam eſſe
d experieris ad fungendum rite officio (d), cujus onus, non ſine magna expectatione noſtra, ſuſcepiſti, ut, ſi tales muneris tui adjutores non haberes, eos, ſicuti permulti alii fecerunt, diligenter conquirere deberes. itaque te hortamur, ut ipſum collegium (ut inſervire commode animarum ſaluti & publicae uti-
e litati poſſit, cum in aliis rebus, tum in inſtituenda (e) bonis moribus

(c) *fidei* edit.

(d) *officium* eadem.

(e) *inſtituendis bonis & liberalibus &c.* ead. *De inſtituendae* autem a ſocietatis Jeſu hominibus *bonis moribus & liberalibus diſciplinis juventutis* facultate quid alii etiam pontifices maximi jam inde ab Julio III. ad Benedictum XIV. ſenſerint, in volumine hujus operis ſecundo pag. 164. & ſeqq. ſingulorum teſtimoniis allatis, oſtenſum eſt. nam, quid is, qui, haec ipſa dum ſcribimus, Benedicto in pontificatu maximo, ſuperis hominibuſque plaudentibus, modo ſucceſſit, CLEMENS tertiuſdecimus ſentiat, nihil attinet dicere. qui quidem, iiſdem illis *bonorum morum & liberalium diſciplinarum inſtitutoribus* olim in adoleſcentia ſua uſus, ab iiſdem item inſtitui Aurelii Rezzonici, fratris ſui, ſummi ac ſingularis viri, filios, eximios ac patre & patruo digniſſimos adoleſcentes, voluerit: ex quibus Carolus & Ludovicus Seminarium romanum hoc noſtrum ante aliquot annos diuturna commoratione illuſtrarunt, Joannes autem Baptiſta & Abundius hoc ipſo tempore, lectiſſimae illius juventutis principes deliciaeque, nobilitant.

Nunc de eadem *inſtituendae juventutis*, aliarumque etiam rerum, in hac epiſtola commemoratarum, facultate ac laude, a ſanctiſſimo pontifice Pio V. ſocietatis Jeſu hominibus tributa, non diſſimile teſtimonium hominis, iiſdem maxime infenſi atque inimici, juvat afferre; quo etiam intelligatur, in invidis & obtrectatoribus plus aliquando veritatem, quam malevolentiam valere, eoſque, cum maledicunt, voluntatis potius, quam judicii pravitate peccare. conſignatum eſt autem id teſtimonium familiaribus Gaſparis Sciop-

ribus & liberalibus disciplinis, secundum ordinis sui probatissi-

pii litteris, ad Cornelium Mottmannum, romanae rotae, ut appellant, auditorem, die 13.jul. an.1630. Augusta datis, quae in tabulario romanae professorum S. J. domus adservantur, suntque hujusmodi:

Minime aequum puto, dum ego in Germania magno meo sumptu, nec nullo maximae invidiae in me concitandae periculo, reipublicae satago, & utilem ecclesiae ac religioni catholicae operam navare, relictis privatis meis rebus, studeo, te otiosum Romae desidere, &, quemadmodum est apud Lucretium, Talibus in rebus communi deesse saluti. *recte proinde facturus mihi videor, si nonnulla tibi subjiciam, quae summo pontifici* (Urbano VIII.) *ac dominis cardinalibus curae esse oportet, si optatum edicto caesareo* (Ferdinandi II.) *exitum respondere, & luculentissimos ecclesiarum ac monasteriorum reditus tanto post recuperari, & ad fidei catholicae conservationem ac propagationem converti exoptant; quemadmodum eos, pro sua pietate ac prudentia, facturos magnopere confido. Ac primo quidem omnino, ut catholica fides in tot urbes ac provincias, latissime patentes, feliciter reducatur, considerare oportet, quantus operariorum numerus tam ingenti messi sit necessarius. inferior Saxonia regni, minime exigui, instar habet; nec adhuc apparet, unde terrarum sacerdotes, ad animarum curam idoneos, ei provinciae prospicere possimus. ejus inopiae argumentum inferior Palatinatus praebet, ubi jesuitae omnia sacerdotum saecularium munia ipsi obire necesse habent, nisi populos illos destitutos videre velint, ut neque catholicis nec haereticis animarum curatoribus utantur. quid jam in Suevia futurum putabimus? cujus multo plurimas ecclesias ac monasteria catholicis restitui oportebit, si Caesar, quod ostendit, in sententia maneat, & edicto suo pareri velit. omnino res fuerit magnae deliberationis: nec mihi quicquam in mentem venit, nisi quod pontificem spero minime omissurum occasionem, quam unam divinitus ipsi offerri video. nimirum circiter 60. aut 70. monasteria in solo Wittembergensi ducatu sita sunt: quae si recuperentur, & aliqua ex parte in usum seminariorum convertantur, minime poenitendus alumnorum numerus eo pacto sustentari poterit; cum satis constet, ducem Wittembergicum plusquam 400. adolescentes, haeresi docendae destinatos, monasteriorum fructibus alere fuisse solitum. eadem ipsa aliarum provinciarum est ratio; in quibus nulla reliqua sacerdotum conficiendorum est ratio, nisi ad eam aliquid ex monasteriorum vectigalibus convertatur. simul tamen de doctoribus cogitandum venit, quorum scilicet cura & labore cum sacerdotes ad animarum curam reformentur, tum innumerabilis puerorum numerus pietate ac literis imbuatur. ego, si alios, quam patres societatis Jesu, ei rei nossem idoneos, eorum operam non modo non aspernandam, sed ultro obviis ulnis complectendam arbitrarer. at enim res ita est, ut, etiamsi non omnia, quae apud jesuitas video, satis se mihi probent, negare tamen nec velim nec audeam, ipsis, post Deum, hanc deberi gratiam, quod catholica religio ex universa Germania exulatum non iverit.*

Tum hoc quoque verum esse comperio, jam inde ab eo tempore, quo Germania catholicam fidem suscepit, nunquam tot tamque insignia monasteria cum probis tum doctis monachis ita plena fuisse, ut hodie in Suevia sola videmus, unde aliarum quoque provinciarum monasteria sibi praelatos & antistites instaurandae religiosae disciplinae causa adsciscunt: ut hoc nomine alia regna, cur Germaniae invideant, habere videantur. optime proinde fiet, si

v.g.

f ma instituta, juventute (*f*)) gratia tua complectaris, & ab omni-
g bus molestiis tuearis, idque (*g*), cum pro ejus meritis, tum etiam pro nostra & sedis apostolicae reverentia, quamcommendatissimum habeas, &, ut habeat etiam, quae victui sunt ne-
h cessaria, provideas. Romae (*h*). XII. Kal. jun. M. D. LXVIII.

v. g. ex uno Wittembergico monasterio, cujus sunt annui reditus 20. florenorum millia, quatuor collegia jesuitis constituantur, ubi & humanas divinasque literas doceant, &, quemadmodum Dilingae feliciter adhuc fecerunt, monachorum & clericorum, ecclesiae ministerio destinatarum, curam gerant. quae ipsa in Saxonia, Palatinatu, aliisque provinciis ratio servari poterit; nisi tamen aliam meliorem summus pontifex ab aliis edoctus fuerit.

Praeterea vero aequissimum esse, & ad rem, ex usu ecclesiae publico gerendam, imprimis pertinere puto, ut in omnibus magna ducatur ratio episcopi & ecclesiae Augustanae, pro ingentibus, iisque tam novis quam veteribus, erga sedem apostolicam promeritis. his quippe acceptum referri oportet, quod infami illi transactioni de religionis pacificatione, constanti contestatione saepius fuit intercessum. quo ex re videmus jam contigisse, ut haeresis urbe Augusta pelleretur. iisdem praecipue ac prope solis debetur, quod edicto Caesar omnia rapta ecclesiae bona haereticos restituere jussit, quod unum solum eorum meritum immortalitatem eis praestare potest. nec tamen non multo maximum videri debet, quod hic episcopus, innocentia, literis, & canitie venerandus, catholici foederis ineundi primus fere author fuit, ejusque causa & ad sustentandum ejus foederis militem, hoc amplius autem, ad caesarianas copias hospitio accipiendas, de suo & ecclesiae aere quingenta florenorum millia impendit: ipsam etiam ecclesiam, non tamen praeter collegii assensum, ingenti aere alieno, quod decies centena florenorum millia, sive millionem unum conficiat, obligavit. quo certe nomine ipse & ecclesia ejus meruit, ut omnes boni, bonaque fide catholici animis linguisque eis faveant, omnique ope & gratia adjutos velint: cum praesertim nihil unquam sibi aut suis consanguineis episcopus ambiat; sed, quidquid postulat, in eo nihil nisi religioni catholicae incrementum habeat propositum. haec in praesens habui, quae per te sanctiss. domino nostro, & eminentiss. dominis cardinalibus, praecipueque Barberino & Capponio, verbis meis, una cum salute, cultus & observantiae plenissima, nunciari velim. alia scribam Ratisponae, quo nunc propero. Vale, meque, ut facis, ama. Augustae, ad 13. julii 1630.

Tui observantissimus

Gaspar Scioppius.

(*f*) Omittit editio.

(*g*) *id denique* ead.

(*h*) *Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die 21. maji 1568. pontificatus nostri anno tertio.* ead.

XIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus N. N.

21. maj. 1568.

Epistola commendaticia.

PErillustris ac reverendissime domine. Venit istuc Franciscus Gomez, theologus & canonicus poenitentiarius ecclesiae compostellanae; cujus ut catholica doctrina probata est sancti-

ctissimo domino nostro, sic etiam & innocentia; quae eo illustrior fuit, quo saepius is vir falsis criminibus est oppugnatus. quare, de quo sanctitas sua bene existimat, ei libenter favebit semper & gratificabitur: cui item pergratum erit, si perillustris amplitudo tua, istum ipsum Franciscum Gomez studio & amore suo complexa, ubi opus fuerit, ipsi suam benignitatem impertiet; cui salutem precor in domino. Romae. XI. Kal. jun. M.D.LXVIII.

XIV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

Canonicatuum varmiensium conferendorum jus, nomine pontificis maximi, illi confirmat, & de Henrico Dionysio respondet. 29. maj. 1568.

QUod questa est amplitudo vestra illustrissima de canonicatu ecclesiae suae, nescio cui alteri dato (a), cum jus conferendi hujusmodi beneficia proprium ejus sit, cui & san- a

 ctissimi

(a) Eâdem de re questus Hosius fuerat litteris ad card. Sirletum die 6. febr. hoc eodem anno Heilsperga datis; quas, magnam huic card. Bonelli epistolae lucem allaturas, heic exhibeo, ex vaticanae bibliothecae codice 6189. pag. 547. depromtas.

„ Illustrissimo & reverendissimo „ domino meo observandissimo Gui„lhelmo S.R.E. presbytero cardinali „ Scirleto (*sic*). Romae.

„ Illustrissime & reverendissime „ domine.

„ Quatuor jam habeo brevia apo„stolica, quibus mihi potestas per„mittitur conferendi canonicatus & „ praebendas in ecclesia mea cathedra„li varmiense (*sic*): nam praeterea, „ quod conferam, nihil habeo, paro„chialibus exceptis, quas nemo cu„pit. sum praeterea cardinalis, &, be„neficio sanctissimi domini nostri, le„gatus: quo vel solo nomine potestate „ hac uti possem. nihilominus, post tot „ indulta, tot privilegia, mihi con„cessa, providetur in urbe de canoni„catibus ecclesiae meae. sic ego non „ unum habeo diploma, quo mihi „ conferendi sacerdotia potestas in ec„clesia mea cathedrali conceditur; in„terea tamen usus illius potestatis „ non permittitur, sed eam alii sibi „ reservant: quod sanctissimi domini „ nostri voluntate fieri, non credo. „ quae res non mediocriter animum „ perturbat meum. quis ille sit, cui „ provisum est, nescio, sitne catholi„cus, an haereticus, habeatne progres„sus aliquos in literis, an earum sit „ prorsus rudis. sed ego credo, si vir „ esset idoneus, quod non subterfu„gisset conspectum meum. verum ibi „ provideri sibi maluit, ubi, qualis „ esset, non facile cognosci posset. „ interest autem plurimum, quales in „ ecclesia mea canonicos habeam. „ quorsum autem tot apostolica bre„via, si nullum ex eis fructum con„sequi

b ctissimi domini nostri pluribus literis (*b*) sit concessum, & aliis praeterea de causis recte adimi non posse videatur; sciat, tantum abesse, ut ejus sanctitas quicquam de potestate, permissa amplitudini vestrae, detractum velit, ut ipsam sua auctoritate & be-

„ sequi licet? quaeso reverendissimam „ dominationem vestram, si fieri potest, „ providere velit, ut, quod subreptitie videtur impetratum, ratum ne „ sit, & ut, quae semel mihi potestas „ data est, ea quominus uti possim, „ non impediar. magno me a reverendissima dominatione vestra beneficio „ affectum interpretabor, si, quod ab „ ea peto, mihi confectum illius opera videro. Recuperavi tandem per „ Dei gratiam parochialem ecclesiam „ in civitate quadam lutherana, quae „ meae subest ecclesiasticae jurisdictioni, quam tamen agnoscere non vult. „ nunc tres civitates regiae, quarum „ haec est una, miserunt suos oratores „ ad majestatem regiam petitum, ut „ ne permittat, eos impediri, quominus augustanam confessionem profiteantur; fortassis autem, ut rescindat simul, quae pie sancteque per „ majestatem regiam constituta sunt. „ misi meum ego quoque. quid sit futurum, sciemus intra paucos dies. „ egregiam operam in revocandis ad „ Christum haedis illis meis mihi navavit societas Jesu; quae nisi fuisset, „ nunquam opus hoc aggredi ausus „ essem. fit indies major ad ecclesiam „ parochialem concursus. minister vero sathanae, qui Lutheri verbum „ pro Dei verbo rudi plebeculae venditat, a suis paulatim deseritur: „ nisi quod magistratus ei constanter „ adhaeret; quem sibi superintendentem etiam elegit. verum de his „ alio tempore, si Deus volet, pluribus. Est nunc apud me venerabilis „ dominus Stanislaus Clodinius, archidiaconus mednicensis, vir & bene „ doctus, & optimis moribus praeditus; cui providit reverendus dominus nuncius apostolicus de canonicatu cracoviensi, vacante mense novembri per professionem religionis domini Simonis, praepositi mechoviensis. „ dicitur autem ad eundem canonicatum alius quidam intrusus esse. „ caeterum negotium suum dominus „ Stanislaus illustrissimae dominationi „ vestrae per me commendari petivit; „ cui petenti negare non potui, cum „ praesertim viderem, esse illum non „ vulgaribus Dei donis praeditum, & „ fortuna meliori dignum. quaeso illustrissimam dominationem vestram, ut „ ei adjumento esse velit, quo possit „ quiete sacerdotium hoc possidere. & „ illum sibi plurimum devinxerit, & „ mihi rem fecerit valde gratam, meisque obsequiis mutuis compensandam. opto, illustrissimam dominationem vestram diu bene & feliciter „ valere. Dat. ex castro meo Heilspergh, 6. febr. an. dom. 1568.

„ Illustrissimae & reverendissimae D.V.

„ Humillimus Servitor

„ Stan. Card. Varm.

(*b*) Unas hujusmodi concessionis litteras Pius V. septimo pontificatus sui mense ad Hosium per card. Simonetam miserat; cujus quidem cardinalis litterarum ad eumdem Hosium de ea re particulam ex *Tabul. eccl. rom.* pag. 418. describam: *Quod ad gratiam indulti attinet, tibi quondam a Pio IIII. pontifice concessam, haud falsa est dominatio tua illustrissima, omnes reverendissimos dominos cardinales hujusmodi indulto aut privilegio conferendi beneficia circa suas ecclesias in mensibus pontificiis solere perpetuo potiri & gaudere. sed, ad confirmandam hujusmodi gratiam, omnibus cum primis opus est litterarum apostolicarum expeditione, quibus expediendis haud parva pecuniarum summa solet*

& benignitate magis in dies magisque augere cupiat (*c*) : quod insignis ista religio, doctrina, virtus, atque assiduitas laborum, quos jamdiu pro ecclesia Dei fortiter sustinet (*d*), vel ipsa tacente, flagitat. quare de canonicatu nihil actum existimet, sciente sanctissimo domino nostro ; &, quicquid aliter impetratum c d

solet impendi ; a qua quidem nullus ubique cardinalis eximitur, qui aliquo tempore cardinalis non fuerit in urbe. proinde, cum viderem, dominationem tuam reverendissimam harum litterarum expeditionem nondum habuisse, neque e re sua esse illas hoc tempore expediendas mandare, rogavi sanctissimum dominum nostrum, ut, harum loco, vellet tibi de brevi apostolico gratificari. quod cum ab ejus sanctitate nobis benigne fuerit concessum, ego hujusmodi breve statim expediendum curavi, illudque hisce litteris ad tuam illustrissimam dominationem transmitto.... Romae 13. *mensis jul. an. dom.* 1566.

(*c*) In eamdem sententiam scriptae ab eodem illo card. Simoneta ad Hosium litterae, die 3. proximi aprilis datae, exstant in *Tabul. eccl. rom.* pag. 456. hujusmodi : *Haud ego equidem parvo nuper dolore affectus sum, cum legerem litteras dominationis tuae illustrissimae, quibus conqueritur, nullam hic earum facultatum, seu indultorum, quae illi jampridem fuerunt concessa, rationem haberi ; sed canonicatus & praebendas ecclesiae suae hominibus ignotis, ac fortasse etiam rudibus & indignis conferri &c. Hoc ego plane haud possum non aegre ferre, quia vereor, ne dominatio tua reverendissima in eam fortasse inciderit opinionem, ut, dum longius hinc abest, illius absentis & virtutis & dignitatis aut parva admodum, aut nulla prorsus servetur memoria. quod, meo quidem judicio, minime verum est. namque ejus eximiae virtutes & merita, ut plane cognita & perspecta sunt Romae, ita ab omnibus semper probantur & efferuntur : imprimisque sanctissimus dominus noster prae se fert, illam paterne diligere : quia, receptis pridem litteris, supra memoratis, cum ejus sanctitatem convenissem, eamque, ut alias quoque, rogassem, ut illustrissimae tuae dominationis dignitatis, simulque potestatis, ei olim concessae, beneficia ecclesiastica in sua dioecesi conferendi, memor esse vellet, ipsa sua sanctitas humaniter respondit, hoc aequissimum esse ; statimque commisit ejus datario, ut hoc ipsum omnino posthac curaret ac perficeret. praeterea, me admonente, jussit quoque superioribus diebus idem sanctissimus, ut in diplomate pontificio earum facultatum, quas domino Vincentio Portico, novo ejus istic internuntio, concessit, ut moris est, omnes omnium beneficiorum dioecesis varmiensis collationes exciperentur, utpote quae soli dominationi tuae reverendissimae sunt reservatae. idque ita factum fuit. Reverendissimus etiam datarius asseruit mihi, se nullum unquam canonicatum, vel quodvis aliud beneficium sacerdotiumve ejusdem dioecesis cuipiam contulisse : &, si quis forsitan aliquando petierit, petitionem non admisisse, sed ad dominationem tuam illustrissimam remisisse. quod non ita pridem accidit de quodam canonicatu & praebenda varmiensi ; cujus nomen hisce litteris includetur &c.*

(*d*) De Hosii assiduis magnisque pro Dei ecclesia laboribus, praesertim hoc ipso tempore, vide ejusdem *Vitam* libro II. cap 20. cujus capitis illa sunt extrema : *Reliqua sermonum ejus* (Hosii) *& contentionum & laborum, quos magnus ille homo Dei, vereque theologus, sustinuit, scripta sunt in actis elbingensibus anni* 1560. (corr. 1568.) *quae incipiunt „ Ostensa fuit cardinali,.. Nos ad alia properamus.* At vero nos eadem illa acta ut lectores nostri legant in tomo II. Hosii operum edit. Colon. an. 1584. pag. 103. auctores sumus.

tum sit, totum id aliquo modo surreptum esse. itaque nihil approbet amplitudo vestra illustrissima, ac rejiciat quicquid secus afferatur: sic enim omnino jubet sanctissimus dominus noster. ergo jus suum tueatur, quod semper pontificia voluntate & auctoritate sartum & tectum erit. De patre Henrico Dionysio (*e*) agam cum magistro illius societatis, ut satisfiat & studio amplitudinis vestrae illustrissimae & tempori ecclesiae suae; deque eo, quod actum erit (*f*), primo quoque tempore eam certiorem faciam. Romae. IV. Kal. jun. M. D. LXVIII.

XV.

(*e*) Jam inde ab anno 1564. de arcessendo, apud seque habendo hoc Dionysio, Hosius egerat cum card. Othone Truchsesio, augustanorum episcopo; qui in litteris ad eum die 4. septembris ejusdem anni Dilinga datis, de ea re ita respondit: *Pater Henricus Dionysius, superiore tempore in civitate coloniensi divini verbi praedicator, apud nos nunc est, atque in oppido nostro Dilinga universalis studii rector. hic vero valetudinis est admodum infirmae, neque vires habet ad tam longinquum iter perficiendum. scripsimus autem ad reverendum patrem generalem Lainetz* (sic), *eumque rogavimus, ut ex societate patrem aliquem ad reverendiss. & illustriss. dominationem vestram mittere velit, qui eidem in constituendo hoc novo collegio non minorem operam, quam nominati patres* (Canisius, ac Dionysius) *navare queat; quem speramus reverendiss. & illustriss. dominationi vestrae, tam sancti ac pii instituti intuitu, omnia studiose ac diligenter praestiturum*. Canisius item ad Hosium die 20. ejusdem mensis septembris Augusta scribens, *Doleo sane*, inquit, *praeter nostram & reverendi patris nostri praepositi expectationem id accidisse, ut doctor Henricus Dionysius in Prussiam venire non possit, quemadmodum amplitudo tua desideravit.... qui a pthisi modo parum abesse videtur... Mittetur autem, loco doctoris Henrici, vir bonus, & in concionando peritus, qui multis etiam annis in aula reverendissimi domini archiepiscopi trevirensis egit ecclesiasten, priusquam ad nostrum institutum ille transiret*.

(*f*) Sed acta jam res erat de Henrico hoc Dionysio atque transacta, cardinalis nimirum Simonetae opera; in cujus illis iisdem litteris, die 3. apr. datis, quarum particulam supra retulimus, haec quoque leguntur: *A ministro generali jesuitarum* (Francisco Borgia) *haud potui obtinere, ne istinc* (Braunsperga) *avocaretur eximius ille vir, quem tantopere laudat illustrissima dominatio vestra. verum gratificatus est nobis de mittendo in ejus locum patrem Henricum Dionysium, qui jampridem discessit, ut istuc pergeret, quemque dominatio tua reverendissima, altero discedente, requisivit*. Quis autem *eximius ille vir fuerit*, ab Hosio *tantopere laudatus*, nescio: nisi forte is fuit, quem Canisius in suis ad eumdem Hosium litteris, die 7. sept. an. 1567. Ingolstadio datis, memorat his verbis: *Scio a nostris majoribus* (hoc est, *praesidibus*), *isthuc fuisse perscriptum, ut magister Petrus Phal* (corr. *Phač*) *alio mitteretur, ubi rectius ille & loqui & intelligi posset, rebusque nostrae societatis suam operam daret. hoc institutum graves profecto causas habet; ut sperem, amplitudinem tuam aegre laturam non esse, quod praepositi nostri, pro ratione societatis hujus rite administrandae, proque disciplina ejus legitime conservanda, suum jus in nostros exerceant, illosque libere vocent, mittant, ac remittant, sicut ipsi ad majorem Dei gloriam & commune societatis nostrae*

nostrae bonum conducere arbitrantur. Eumdem Petrum Phaë miris laudibus extollit Rescius in Hosii *Vita* lib. II. cap. 20. Ait enim: *Obtinuit etiam* (*Hosius*) *ab optimo rege Sigismundo ... ut ecclesiae parochialis possessio legitimo episcopo ad primaevum usum* (catholicum) *convertenda redderetur: in qua statim insigni pietate & doctrina viros ex societate Jesu collocavit; qui populum errantem tum privatis sermonibus tum publicis concionibus ab errore viae suae revocare non cessarent, verboque veritatis pascerent & exemplis christianae vitae & angelicae conversationis institutis ad omnem pietatem informarent. caeterum, ut uberiorem fructum faceret euangelii praedicatio, necessarium quoque fuit nutantem, ut ait Cyprianus, multorum fidem martyrii veritate & persecutionum tolerantia solidare .... Saepe igitur accidit, cum quidam e societate Jesu, vir totus Deo deditus, Petrus Phaë, germanus, ex superiori loco verbum Dei juxta sensum & consensum ecclesiae catholicae praedicaret, ut turmatim irruerent catholicae veritatis inimici, ac praegrandia saxa, toto impetu, in faciem euangelizantis intorquerent ... Cum tremendum illud missae sacrificium P. Petrus celebraret, irruentes in ecclesiam haeretici actionem universam sacerdotis omnibus cachinnis irridebant. cum autem ad elevationem eucharistiae ventum esset, dum sacerdos pretium illud redemptionis nostrae super caput elevatum Deo patri immolat, & astanti populo videndum & adorandum exhibet, aliquot ponderosos lapides in dorsum celebrantis impegerunt, & alios praeterea, quibus sacra mysteria dissiparent, in altare projecerunt: neque tamen vel sacerdotem impedire potuerunt, quominus institutam actionem expediret, vel sacra illa mysteria disjecerunt. Alio praeterea tempore, eodem illo patre in eodem loco celebrante, & sacram itidem eucharistiam elevante, ausus est homo quidam turpissimus ... obscoenissimas corporis sui partes ... altare versus exponere: nisi quod audaciam hominis secuta est ultio, divinitus irrogata. nam illico in eodem loco concidit, cum pes unus ignem concepisset ... Quadam etiam nocte ex eodem lutheranorum coetu sodales aliquot congregati, facta inter se conspiratione, multos item & ponderosos lapides in cubiculum ejusdem patris, multo conatu refractis omnibus repagulis, per fenestras injecerunt. sed eum tamen & alios praeterea socios divina ab omni laesione bonitas mirabiliter conservavit ... Tandem etiam, oblato veneno, egregii Sathanae milites perfecerunt, ut usum utriusque manus pater ille venerandus amitteret, quem tamen post menses demum aliquot ... summa cum omnium gratulatione in villa smolanensi recuperavit: nec ullam morbi vehementiam aut persecutionis acerbitatem minus moderate tulit, quam quod eum dominus tantopere expetito martyrii honore dignari noluerit*. Fortasse etiam *eximium virum*, ab Hosioque *tantopere laudatum* Simoneta cum dixit, non Petrum Phaë, sed alium quemdam significavit, de quo idem Rescius ibidem ita pergit scribere: *Joannes quoque Assermanus, ejusdem societatis sacerdos, ad praedicandum in ea civitate* (elbingensi) *euangelium legitime deputatus, cum in templo suburbano verba ad populum faceret, multis & ipse lapidibus petitus, coactus est in cathedra ictus illos vehementes capite in pallium involuto declinare: cumque praeterea furibundi homines mortem illi certissimam minarentur, statim ut extra ecclesiam prodiisset, seque ad designandum* (sic) *facinus, quod animo conceperant, & animis & telis armavissent, admonitus ea de re Assermanus, absoluta concione, positis in terram genibus, ipse quoque sese ad certam mortem, Christi causa oppetendam, & animo & voluntate armavit, Deoque gratias egit, quod tandem expetitum calicem pro ejus euangelio bibiturus esset; &, signo sanctissimae & vivificae crucis fronti pectorique impresso, in confertam illam homicidarum aciem est ingressus. verum*

verum illi (o Dei providentiam!) tantum abest, ut conceptum animo flagitium perpetrarent, ut ne verbo quidem laeserint per medium transeuntem. passi sunt venerandi patres isti & alia multa, quae longum esset singula recensere.

X V.

Idem eidem. (a)

Duabus Hosii epistolis respondet.

POlonos adolescentes, quos mihi commendat amplitudo vestra illustrissima, vidi libenter, ob testimonium catholicae fidei & probatae vitae, quod illis dat suis ad me literis. magnam vero voluptatem capio ex hoc eorum consilio dandi se iterum (b) in disciplinam sodalium jesuitarum; ut, a quibus praeclara

(a) Conjunxi hanc epistolam cum praecedente, quod utraque Bonelli ad Hosium sit. caeterum ejus datae tempus ignoratur: & fortasse non hoc anno 1568. sed ante biennium data est. hanc me meam suspicionem indicasse sufficiat.

(b) Dederant enim se antea in eorumdem sodalium disciplinam, in Prussia cum essent, cumque, ut valde credibile est, in braunspergensi seminario instituerentur; de quo seminario Rescius in Hosii *Vita* lib. II. cap. 18. illa memoriae prodidit; *Patres quoque societatis Jesu.... ex Italia & Germania in Prussiam ipse primus evocavit, templum assignavit, collegium instituit, reditus attribuit, supellectilem instruxit, & reliqua omnia vitae praesidia maximis suis sumptibus comparavit; ac illis quoque seminarii, ex decreto concilii* (tridentini) *instituti, curam atque institutionem demandavit; magnatum etiam & nobillum filios, plerosque etiam ab haereticis parentibus avulsos, educandos & erudiendos commisit: cujus postea studii maximi fructus & utilitates in patria nostra eluxerunt.* Puto autem, *polonos* hos *adolescentes*, Bonello ab Hosio commendatos, in collegium germanicum fuisse receptos. non enim tum id collegium solis, ut nunc, germanis atque hungaris adolescentibus patebat. vide vol. III. pagg. 434. & 435. ubi tres Pii V. sororis nepotes (in quibus Michaël ipse Bonellus fuit) & Joannem Hosium, Stanislai fratris filium, & Julium Savornianum collegii germanici fuisse alumnos, reperies. nunc de aliis etiam, ex Gratiani quadam epistola ad Aloysium fratrem cognosce:

Al molto magnifico messer Aluigi Gratiani, mio fratello honorandissimo. Ve. (Venetias significari puto.) *Borgo S. Sepolcro.*

Carissimo fratello. Il cardinal (Commendone) *m' ha fatto gratia di contentarsi, ch' io possa far andare a Roma quel putto, ch' è rimasto d'Orsino, nostro fratello; il qual putto io disegno, che stia due o tre anni in collegio germanico, finchè si possa vedere a ciò ch' egli sia atto, per dargli poi quell' indirizzo, di che egli sarà più capace. se vi pare di mandarlo, fatelo quanto prima, acciochè egli non perda più tempo, & non faccia maggior habito ne' costumi di costà: perchè io credo, ch' ei sia già vicino al duodecimo anno. io scrivo a monsignor Avogaro, che gli procuri un luogo in collegio, & si pigli cura di proveder tutto quello, che sarà necessario al suo intrare, & che, in absentia mia, n' habbia protettione in tutto quel-*

clara habent salutaris doctrinae & institutionis initia, ab iisdem plene perfecteque erudiantur: cujus rationis magnam consuetudinem habere videtur illa societas. studium meum eis non deerit, neque praeterea cuiquam, quem mihi commendaverit amplitudo vestra illustrissima: cui etiam de eleganti hoc ungulae (c) munere, quod ad me misit, ago, quas debeo, gratias; *c*

to quello, che occorresse. voi vedete solamente, che vada vestito almeno per i primi mesi: & sappiate, che nel collegio non si può vestire se non di nero. habbiate cura anchora, ch'ei sia condotto a Roma da qualche persona fidata: & mandatelo subito, acciochè l'arrivo suo non dia ne l'estate. io scrivo a monsignor Avogaro, che vi mandi la presente per huomo a posta: il che non dubito, che sarà diligentemente. In collegio germanico sono ambedue i nepoti del cardinale, che vi sono stati già tre anni, & vi staranno anchora. darete ordine al putto de la riverentia & rispetto, che doverà portar loro: che a l'incontro io scriverò ad essi, che l'accarezzino. & Dio vi conservi. Di Soleiovv, a dì primo di novembre 1572.

Vostro fratello

Anton Maria Gratiani.

(c) Gratianus libro XVI. *de scriptis inv. Min.* pag.137. editionis nostrae florentinae an.1746. *Capitur item, inquit, iisdem silvis* (in Prussia) *animal, cujus consimilis cervo figura, nisi quod paulo magnitudine antecedit. cornua, ut cervis, magna & ramosa eo tantum differunt, quod non erecta consurgunt, sed flexa reclinantur in dorsum, nec teretes eorum rami, sed lati, ferme ut pedum anserum palmae, junguntur. data ad pugnam non videntur; nec fera ipsa invadentes canes cornibus, sed calce petit, interdum lethali ictu. capitur fere validis circundatis plagis, in quas, a tergo clamoribus aut canibus acta praeceps, cursu se induit. si catulos suscipias alasque, ut cervae, mansuescunt, atque ad homines assuescunt. ungula eorum curari comitialem morbum, constans est fere apud omnes opinio. quidam omnibus ungulis eandem inesse vim, quocunque tempore aut modo caesis, contendunt; quidam dextro posteriori crure viventi abscissam oportere esse, tempore, quo maxime ardore libidinis saevit. correptos morbo comitiali, cum, visu sensuque ablato, affligantur, ungulae parte, quantumvis parva, tactos, excitari credunt. anuli ferme ex ea fiunt, quos item qui in digito habent, corripi eo morbo negant & vulgo feruntur. itali* magnam bestiam *ab corporis mole vocant, poloni* onagrum, *recentes scriptores* alcem *indidere nomen.* onagri, *silvestres sunt asini, quos Africa & Asia, & praecipuos Phrygia & Lycaonia ferunt; nec huic simile quicquam.* alcibus *Julius Caesar caprarum maxime formam & pellium varietatem tribuit, & mutilas cornibus esse, & crura sine nodis articulisque habere scribit, & ne quietis quidem causa procumbere, sed applicare se arboribus, quas subrui a venatoribus solere; &, cum se fera in eas reclinarit, afflictis pondere arboribus, una concidere. quarum rerum huic, visae a nobis,* alci *nihil convenit. Plinius* alcem *in septentrionalibus oris gigni, jumento similem, nisi proceritas aurium & cervicis distingueret, tradit.* Hujus igitur *magnae bestiae* ungulam dono miserat Bonello Hosius ex Prussia. misisse eum alias ad alios, eae, quae sequuntur, litterarum ad eumdem datarum particulae, quas e *Tabul. eccl.rom.* descripsi, declarant. Ex litteris Joannis Baptistae Castaneae, apostolici in Hispania nuncii, die 10. mart.1566. Madrito datis: *Litterae illustrissimae & reverendissimae dominationis vestrae, datae ex*

estque id mihi cum per se jucundum & gratum, tum vero ejusdem causa, a quo habeo, multo magis.

Quod

ex castro suo Hedeperb (corr. *Heilsberg*) XXII. *octobris anni praeteriti, redditae mihi sunt in Hispania eo ferme tempore, quo nuncium de Pii quarti, pontificis maximi, obitu, & de Pii quinti electione in summum pontificem huc est allatum. quo factum est, ut serius aliquantum* (sic) *quam debui, ad illas respondeam, gratiasque agam de annulis ex alcina illa ungula, tam probata, ad me missis: munus mihi quidem gratissimum & valde jucundum, pignus suae erga me voluntatis atque amoris.*

Ex litteris card. Ludovici Simonetae die 30. mart. 1566. Roma datis: *Quare ego amantissimae parentis meae desiderio & precibus commotus, quae scit, quanti te faciam, non possum hisce meis literis dominationi tuae illustrissimae non molestus esse, eique negotium exhibere, ut ferae illius bestiae, quam quidam* urum *esse dicunt, quae in ista provincia capitur, & quam etiam mater intellexit magno studio a dominatione tua solere conquiri, quo suis amicis valetudinariis opem ferat, velit ei dono mittere pedem illum* (*si modo is haberi poterit*), *ex cujus ungulae attactu ajunt vim quandam peculiariter exire morbis quibusdam medendi, quam mater ipsa mea jam pridem ex frustulo quodam, ei mutuo dato, mirifice experta est in duobus nepotibus suis, ex fratre meo senatore procreatis.*

Ex ejusdem Simonetae litteris die 13. jul. eodem anno indidem datis: *Binas accepi literas illustrissimae dominationis tuae, meis responsivas, una cum dimidia* alcis *ungula, & septem anulis, itidem alcineis. quae mihi omnia valde quidem grata & optata advenerunt, eruntque ita perpetuo, non tam ob excellentem illorum virtutem, quam insignem humanitatem & facilitatem, quibus dominatio tua illustrissima in mittendis hisce rebus erga me usa est. quare ego verbis destituor, quibus, perinde ut debeo, tibi gratias agam pro hoc munere, quod, matri meae transmissum, erit loco pretiosi cujusdam thesauri. caeterum, quod dominatio tua reverendissima scribit, non multum se fidere anulis istis, eo quod non sunt ex ungulis ferae a se captae, quia anno superiore nullam illarum ferarum ceperit, ac propterea, si proximo autumno felix captura continget, velle se mihi plures ejusmodi unguloe particulas mittere, id, quidquid erit, haud certe poterit a me recusari, sed totum tuae eidem munificentiae & liberalitati referetur acceptum, dum me meosque omnes hoc etiam nexu dominationi tuae illustrissimae quammaxime devinctos esse cupio.*

Ex litteris *Andradii* (Jacobi a Payva) *pridie idus septembris* 1566. *Ollyssippone* datis: *Alcini annuli, quos ad me misisti, gratissimi sane mihi fuerunt, & quod plurimi a nostris hominibus fiant, quibus atra bilis domestica est atque nativa, & quod tuum in me amorem satis declararent, quem ego plurimis maximisque officiis gratificari vehementer cupio.*

Ex litteris card. Simonetae die 27. mart. 1567. Roma datis: *Felix ter & amplius Polonia, quae non solum viros emittit multis virtutibus & doctrina praestantes, sed feras etiam indomitas, quae maxima vi praestant ad morbos gravissimos tollendum. nam, superioribus diebus cum podagrae doloribus laborarem, a qua paucis ab hinc annis interdum affligor, unoque ex annulis illis, quos dominatio tua illustrissima anno superiore una cum dimidia ungula bestiae illius salutiferoe ad me dono miserat, digitum annularem manus ejus lateris, quod pes sustinet dolore affectus, munivissem, intra paucarum horarum spatium omni fere dolore solutus fui. idemque remedium statim etiam*

sum

Quod queritur alteris literis, mihi sane molestum est; & causam quidem illustrissimae amplitudinis vestrae suscipiam apud

l i i 2 san-

sum expertus, annulum in alteram manum transferendo, cum dolor alterum pedem invasisset. quod allevamentum numquam prius alias persensi citra hujus annuli opem: quamvis hic idem ille sit, quem dominatio tua reverendissima ajebat sibi a quodam aulico fuisse donatum, deque illius fide subdubitare. qui quidem annulus cum solus mihi forte remanserit, ac reliquos omnes una cum ungula supradicta jamdiu Mediolanum ad meos transmiserim, ut tutius ac commodius posthac queam consulere non tam meae, quam amicorum & dominorum meorum saluti, quos eadem immitis podagra etiam aliquando solet prosternere, & apud quos saepe solemus non tam ipsius ungulae virtutem, quam donantis insignem humanitatem, qui nos eo munere afficit (fort. *affecit*) *super alta coeli sidera efferre, coactus sum denuo hisce literis precari dominationem tuam illustrissimam, uti eam deprecor enixissime, ut, quamprimum id illius commodo fieri poterit, velit, pro ipsa sua humanitate ac liberalitate, de integra aut saltem de alia media ungula nobis providere, quo jam fere devictae ac medicabilis podagrae assultus minus posthac formidemus, immovero plane derideamus.*

Atqui plerique remedium illud ipsum, tamquam inane, fortasse potius *deridebunt*. Sed nihil temere in rerum naturalium, quae perhibentur, proprietatibus deridendum est. periculum earum diligentissime est ante faciendum, idque cum saepe tum multifariam iterandum: tum, si contrariis constantibusque experimentis res ipsa revincatur, ea sane repudietur, &, si placet, non derideatur modo, sed exsibiletur atque explodatur. Argentum vivum, quem Mercurium dicunt, tempus fuit, cum curandis corporibus inutile, ac noxium etiam, crederetur. nunc vix ullus reperitur, qui non admodum salutare fateatur. in podagra quidem ego ipse multo, quam ungulam illam suam Simoneta, salutarius expertus sum. &, quoniam illius litteras de curatione sua ad Hosium protuli, meas ego quoque de mea ad Josephum Bertinium, qui nobilem Florentiae medicinam faciebat, anno 1754. datas, proferam. sed prius humanissimam Bertinii epistolam, qua meam elicuit, exhibebo:

Molto reverendo &c. Mi permetta il mio stimatissimo padre Girolamo, che io venga a inchinarla, e le domandi le nuove della sua preziosa salute. io sono per ristampare il mio debole discorso sopra il Mercurio, e potendo farne il maggior pregio con una sua lettera istorica della stato di sua sanità, quando si contenti, oh! qual grazia mi sarebbe a favorirmene! Mi ricordo, che quando confermai a V. R. l'uso delle pillole, fatte con Mercurio crudo e purgante, contro la gotta, dissi a V. R. che, se avesse avuto qualche calcolo ne i reni, questi le si sarebbono mossi, come di fatti seguì, ed ella gli fece. Due ricerche adunque farei a V. R. e come sia stata della gotta, e se abbia più patito di calcoli. vi sarebbe ancora la terza, che è, se abbia riprese altre volte le dette pillole, delle quali mi ricordo pure, che la servii della ricetta, e gliene consigliai nuovo uso prudente, per difendersi da i nuovi assalti podagrosi, e da i calcoli. Mi sarà gran favore, se mi degnerà di risposta: ma il maggiore sarà il compatire benignamente, come la supplico, il presente incomodo: e con ricordarle sempre la mia devozione e la mia stima la prego de i suoi comandi, e a credermi più che ogni altro

Firenze 16. luglio 1754.

Di V. R. Umiliss. ed obbligatiss. servitore
Giuseppe Bertini.

Quibus

ſanctiſſimum dominum noſtrum: etſi id minime opus ſit, cum nemini majori curae ſint ejus res, quam ſuae ſanctitati. ſed hic

Quibus ſic ego litteris amice ac plane familiariter reſpondi.

Signor dottor mio onorandiſſimo. Io ſcommetto una libbra, e più ancor, s'ella vuole, di argento vivo, che V.S. illuſtriſſima, al vederſi dato da me queſto nuovo titolo di onorandiſſimo, *ha ſubito formato un giudizio temerario, e detto tra sè: ,, Coſtui ha qualche canchero addoſſo, ed è tornato a patire di gotta, di calcoli, e di orbaggine, da' quali malanni io già ſono molt'anni, coll'uſo del Mercurio crudo e purgante, il liberai; e ben egli ricordevole del conſiglio del ſavio nell' eccleſiaſtico al cap.38. num.1. che dice* Honora medicum propter neceſſitatem, *mi dà per la teſta dell'*onorandiſſimo, *per poi ſubito rappreſentarmi il ſuo biſogno ,,. Egli è veriſſimo, ſignor dottor mio, iterum dico,* onorandiſſimo, *ch'io vi onoro, e vi dovrò, finchè avrò vita, onorare, ma non* propter neceſſitatem, *ch' io m'abbia o mi creda di dover avere di voi, ma ſibbene perciocchè colla prodigioſa cura, che, già tant'anni ſono, ne' miei piedi, ne' miei reni, ne' miei occhi faceſte, veniſte a mettermi in iſtato di non dover in eterno aver più biſogno de' fatti voſtri. Dopo ch'io preſi la prima volta quelle miracoloſe voſtre pillole mercuriali, durai, ſiccome voi prognoſticaſte, o più veramente profetizaſte, due interi anni a non ſaper più, che coſa ſi foſſe gotta, la qual per altro mi ſi era per l'addietro renduta sì famigliare, che a ogni due meſi era meco, facendomi per vezzo ſtrillare fino alle ſtelle. Tornò, dopo l'intero biennio d'aſſenza, la ſignorina a viſitarmi, e ſtar meco, ma e per pochiſſimi giorni, e con un infinita creanza e civiltà, di maniera, ch' io appena ne feci caſo; ma non già voi: il quale non comportando, ch'io nè molto nè poco mi addomeſticaſſi con quella ſtrega, tornaſte, non più per quaranta giorni, come la prima volta, quando ella era più indiavolata, avevi praticato, ma per ſoli trenta, a uſare ſopra di me i mercuriali voſtri eſorciſmi. con ciò fu finita la veſſazione. colei ſe n'andò col malanno a Benevento: nè di lei dal maggio del 1748. in quà ho più ſaputo o ſentito puzza nè odore. Vi ricorderete poi, ſignor dottor mio, per la terza volta onorandiſſimo, che, quando io nel giugno del 51. partii di coſtà per venirmene a Roma, voi mi premuniſte con una voſtra bella e lunga ricetta, nella quale mi preſcrivevi la maniera di fare a ogni tanto tempo nuovamente uſo delle medeſime pillole; delle quali ancora mi faceſte portare entro a uno ſcatolino una proviſione da baſtare a un intero ſpedale di podagroſi. or ſappiate, che ſono tutte in eſſere entro al medeſimo ſcatolino: e, ſe mai coſtì ne foſſe careſtia, io ſon diſpoſtiſſimo a regalarvele tuttequante, perchè ve ne poſſiate far onore con altri; che a me più non biſognano niente niente. Ma nò, non me ne voglio più in conto alcuno disfare: ch' io le ho per tanto efficaci, che, col ſolo tenerle in mia camera, le giudico baſtanti, come altrettanti poderoſiſſimi amuleti, a tener da me lontana la gran verſiera gotteſca.*

E a calcoli, direte voi, come ſtiam' noi? A queſti pure ottimamente, riſpondo io, mio ſignor dottore, per la quarta volta onorandiſſimo. anche riſpetto a queſti fà la ſua operazione lo ſcatolino delle voſtre pillole, quantunque chiuſo e ſigillato. dopo que' primi, ch'io feci (e voi profetizaſte, che, s'io gli aveſſi avuti in corpo, gli avrei pur fatti col prendere la prima volta quelle voſtre benedette pallottoline), non ne ho patito mai più.

Così pure, quelle nuvolette, che avevano incominciato, ſe ben vi ricordate,

hic (*d*) aliqua interdum perperam fiunt ob rerum actionumque magnitudinem ac multitudinem, idque ministrorum, non principum, culpa, quorum (*e*) illi (*f*) ignoratione in privatis negotiis nonnunquam abutuntur. quare percommode fecerit, si qua in re, & a quo homine, ac per quos sibi facta sit injuria, ad me scripserit. quo cognito, agam ipse partes meas, quas nulla in re, quae ad ipsum pertineat, desiderari patiar: cui salutarem prosperitatem precor. Romae. *d* *e f*

XVI.

date, ad offuscarmi la vista, e a convertirmi in tormento il piacere del leggere, si dileguarono allora, nè mai più son comparite.

Sia pertanto la conclusione, ch'io sto benissimo di salute, e tanto bene, che mi pare di non potere star meglio: e in conseguenza non ho la minima necessità di voi. di che tutto, dopo Dio, son debitore a voi, signor dottor mio, per la quinta e ultima volta onorandissimo, *e veracissima creatura di Dio medesimo*: Honora medicum propter necessitatem. etenim illum creavit altissimus.

Non dunque per necessità, ch' io abbia presentemente di voi, ma per quella, che una volta io n'ebbi, e nella quale sì validamente mi assisteste colla scienza e coll'amorevolezza vostra, io vi stimo ed onoro: e, contento di avervi dato questo raggnaglio di me, donde son certo ch'è per ridondare qualche contentezza e compiacenza in voi, e desideroso, che voi anzi abbiate necessità di me in Roma, sicchè siate costretto a comandarmi assai cose di vostro servizio, le quali tutte io eseguirei con piacer sommo, col più vivo sentimento di riconoscenza e di stima mi confermo &c.

Sed, ne quidquam dissimulem, quum, post primam curationem illam, totum biennium, post alteram vero totos novem annos integra valetudine fuissem usus, sic, ut vel nullis, vel modicis, perque longa temporum intervalla, pedum doloribus tentarer, anno denique 1757. pridie Kal. octobr. die ipso natali meo, quo die annum aetatis meae sexagesimum inibam, diri me rursus podagrae dolores corripuerunt, diesque consequentes ferme quindecim sane atrociter cruciare perrexerunt. quod ego incommodum, si Bertinio obtemperassem, praecipienti ab initio, ut tertio quoque quartove anno ad remedium illud suum redirem, non dubito quin facile vitare atque effugere potuissem. negabat enim, ullis medicinae viribus deleri atque exstingui hunc morbum posse, immo ne expedire quidem; placatiorem fieri, arcerique ac repelli tamdiu, quamdiu itum esset illi obviam, tempestiveque occursum, posse affirmabat: quem mihi audiendum in posterum tempus omnino statueram, ut ex illius praescripto mea cum podagra depugnarem. at vero is, quo nunc utor medico, vir ille quidem & bonus & doctus, sed paullo fortasse timidior, adduci nondum potuit, ut me fineret bertinianos illos globulos attingere, eorumque vim rursus experiri. ait enim, vereri se, ne, qui mihi olim Florentiae salubres fuerunt, ii nunc in alio caelo, aliaque aetate, noxii sint. Ita fit, ut, quorum ars ad salutem vitamque hominum est instituta, eorum opinionibus atque consiliis & aegrotare & mori denique debeamus. quod, quoniam & vetus & usitatum & prope fatale est, vix videtur ab homine sapiente posse recusari.

(*d*) Romae scilicet.
(*e*) Principum nimirum.
(*f*) Ministri nempe.

XVI.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo suffraganeo Leodiensi.

5. jun. 1568. *Virtutem ejus laudat, & testandi facultatem nomine pontificis maximi pollicetur.*

Satisfacis sanctissimo domino nostro ista probitate, & pia ac certa voluntate navandi fidelem & utilem operam tuam ecclesiae tuae. quam consuetudinem servari a te jam tot annos, laetatur sua sanctitas, teque de eo multum & laudat & amat. Quod vero postulas testandi facultatem, scito, facile adduci solere ejus sanctitatem, ut eorum postulationi concedat, quos pie ac simpliciter, justisque de causis moveri intelligit ad postulandum: quo in genere esse postulationem tuam, confidit. quare, cum, quid proprie & nominatim ea in re petas, cognoverit, & Romae fuerit, qui rem ipsam tuo nomine procuret, libenter tibi in eo, quod honeste concedi poterit, gratificabitur. Vale in domino. Romae. non. jun. M.D.LXVIII.

XVII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Decano Cathedralis Ecclesiae Trevirensis.

Ut monasterii S. Maximini possessionem nomine camerae apostolicae capiat, jussu pontificis max. mandat.

a Mittit sanctissimus dominus noster breve apostolicum, ut tu quoque (a), cujus pietati & prudentiae multum tribuit ejus sanctitas, camerae apostolicae nomine possessionem capias monasterii suburbani S. Maximini, ordinis S. Benedicti; quod, eo mortuo, qui proxime illi praefuerat, pontificia auctoritate, jure & consuetudine, conferendum est. breve ipsum & literas affert venerabilis vir Cosmus Pircaeus, scholasticus ecclesiae vicensis, quem in istius etiam negotii confectione omni studio atque auxilio prosequéris. itaque, quoad monasterium

(a) Ideo *quoque* dicit, quia non is solum, sed alius etiam, qui infra nominabitur, cum eo possessionem illam, camerae apostolicae nomine, capere debebat.

rium iſtud, quemadmodum jus poſtulat, idoneo viro, qui illam curam & adminiſtrationem tueatur, commendare poſſit ſua ſanctitas, conſilium, operam ac diligentiam tuam adhibebis, ut in poſſeſſionem ejus monaſterii veniatis (b) camerae apoſtolicae nomine, repulſis, aut etiam excluſis, quicunque eam occupare auderent, aut jam auſi eſſent. in quam deinde poſſeſſionem eum mittendum curabit, qui apoſtolica auctoritate illi ipſi monaſterio praepoſitus fuerit; conſervatis & attributis eidem (ut omnia melius ex brevi ipſo cognoſces) bonis, fructibus & rationibus monaſterii omnibus. conquieſcit omnino ejus ſanctitas in religione & prompta voluntate tua, cujus etiam ſtudio & officio omnia, quemadmodum mandat, & oportet, per vos actum iri confidit (c). qua in re, praeterquam quod ipſe debito tuo munere fungéris, & judicio ſanctiſſimi domini de te, & praeclaro majorum veſtrorum inſtituto reſpondebis, inibis etiam ab eo non vulgarem gratiam, cujus referendae occaſionem ſemper benigne complectetur. Vale in domino.

(b) Tu ſcilicet, tecumque Pircaeus.

(c) Rem aliter, atque Pius ſperabat, cecidiſſe, ex epiſtola ad treverenſium archiepiſcopum die 8. ſept. data; & infra ſuo loco recenſenda, cognoſcetur.

XVIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Reginaldo Domino de Beaulne. (a)

Ut ſe Romae, purgandorum quorumdam criminum cauſa, ſiſtat, pontificis max. nomine hortatur. 5. jul. 1568.

QUod maxime cupiebat ſanctiſſimus dominus noſter, & quod ſecus eſſe non ſibi facile perſuadere poterat, id libenter cognovit ex tuis literis, quibus te purgas & cauſam tuam vehementer defendis. quae res ut aliquam ſpem habet innocentiae tuae, ſic illud, quod idem tu prudenter vides, ad liberandum te omni non ſolum culpa, ſed etiam ſuſpicione

(a) Quo planius totum hoc Reginaldi hujus negocium intelligatur, ternas illas Pii V. de eadem re litteras exhibebo, quas Laderchius in *Annales eccleſ.* ad an. Chr. 1569. tomo XXIII. pag. 243. intulit.

I.

„ Chariſſimae in Chriſto filiae noſtrae Catharinae, francorum reginae chiſtianiſſimae.

„ Pius PP. V.

„ Chariſſima &c. Et literas majeſtatis tuae, prima julii die ad nos datas,

cione criminis, eſt neceſſarium, Romam ut venias, coramque, ut ſcribis, integritatis tuae perpetuitatem tueare. praeſens enim defenſio tua evellet ex animis aliquorum, ſi qua irrepſit in eos incommoda ex criminationibus opinio; confirmabit eorum judicium,

„ datas, & ea, quae ſuper domino de „ Beaulne nobis purgando, ejuſdemque doctrina & moribus nobis probandis, diligenter admodum & efficaciter ad nos ſcripſit, benigne cognovimus. quamvis autem, pro „ tuo catholicae fidei zelo, nobis non „ incognito, teſtimonio tuo eam, „ quam aequum ſit, fidem habeamus, „ tamen, quia, praeterquam quod „ fieri poſſe videmus, ut fortaſſe decipiaris, ita non propterea tibi caeteriſque catholicis principibus, de „ aliorum fide & moribus teſtificantibus, credere debemus, ut noſtram „ ipſi conſcientiam negligamus, praeſertim in iis rebus, quae animarum, ab omnipotente Deo fidei noſtrae in primis commiſſarum, ſalutem reſpiciunt. ex multis autem „ oneribus, quibus, in hoc apoſtolicae ſervitutis officio conſtituti, quotidie premimur, nullum gravius eſſe „ experimur, & in quo omnipotenti „ Deo magis non ipſos probare debeamus, quam eccleſiarum, bonis fidelibuſque paſtoribus committendarum, curam. quae res, cum ſemper illa quidem magni in eccleſia „ Dei fuit momenti, tum hoc praecipue tempore, quo, peccatis noſtris „ facientibus, tanta haereticae pravitatis peſte laboramus, ejuſmodi eſt, „ ut omnia & diligenter circumſpicere „ & prudenter cavere debeamus. Nam, „ quod a nobis petis, ut venerabili „ fratri, cajacenſi epiſcopo, noſtro „ & ſedis apoſtolicae apud chriſtianiſſimum regem, natum tuum, nuncio, indicia contra praedictum dominum de Beaulne committamus, „ ut de illis ſe apud eum purgare poſſit, id ejuſmodi eſt, ut neque recte „ neque ſine alterius injuria fieri poſſit. quod enim chariſſimo nobis in „ Chriſto filio, regi catholico, de „ cauſa archiepiſcopi toletani, alibi „ quam apud nos cognoſcenda, non „ conceſſimus, id majeſtati tuae ſine „ illius injuria concedere non poſſumus. Quocirca majeſtatem tuam rogamus, ut huic ſatisfactioni (*fort.* excuſationi) noſtrae juſtiſſimae acquieſcens, ea impetrare a nobis velit, „ quae juſte & recte impetrari poſſunt: „ caeteris autem in rebus ſibi perſuadeat, nos deſideriis ſuis, quantum „ cum domino poterimus, ſemper eſſe „ ſatisfacturos. Datum Romae apud „ S. Petrum ſub annulo piſcatoris die „ *29.* aug. *1569.* pontif. noſtri anno 4.

II.

„ Dilecto filio, nobili viro, duci „ andegavenſi:

„ Pius PP. V.

„ Dilecto &c. Quod a nobis per „ literas tuas, 2. junii die datas, tantopere nobilitas tua poſtulavit, ut „ dominum ſcilicet de Beaulne, a chariſſimo noſtro in Chriſto filio, rege „ chriſtianiſſimo, fratre ſuo, ad meldenſem eccleſiam nominatum, ad „ eamdem eccleſiam admittere, eique „ literas apoſtolicas noſtrae confirmationis concedere velimus, id, „ multarum rerum gratia, vellemus „ ejuſmodi eſſet, ut in eo nobilitatis „ tuae poſtulatis recte atque honeſte „ ſatisfacere poſſemus. ſed nos, quamvis tuo, chriſtianiſſimaeque reginae, „ matris tuae, teſtimonio, eam, quam „ aequum eſt, fidem habeamus, ita „ tamen tuae ejuſdemque matris tuae „ teſtificationi credere debemus, ut „ noſtram ipſi conſcientiam, in tanta „ praeſertim re, nequaquam negligamus. nam, praeterquam quod fieri „ poſſet, ut & majeſtas ſua & tua nobili-

dicium, qui de te recte sentiunt & loquuntur; maxime vero propensum in te animum sanctissimi domini nostri conservabit, qui adventum huc tuum omni & patrio semper studio & amo-

re com-

" bilitas in ejusmodi hominis judicio " decipiantur, nostrae praeterea neque " gravitatis neque prudentiae esse vi- " detur, in mandanda alicui, prae- " sertim de haeresi suscepto (*corr.* " suspecto), ecclesia, aliorum potius " judicio, quam nostro, stare. nec " vero, quia, ut scitis, praedicto do- " mino de Beaulne per valetudinem " suam neque antea licuerit, neque " nunc ob eamdem liceat ad apostolica " se limina conferre, seque apud nos " & sedem apostolicam de his, quae " sibi objiciuntur, canonice purgare, " idcirco illius commodi majorem, " quam officii & conscientiae nostrae " rationem habere debemus. homi- " nem enim, de haeresi suspectum, " adversus quem multa sunt legitima " indicia, sine canonica satisfactione " ad ecclesiam regendam admittere ne- " que prudentiae neque justitiae no- " strae esse videtur. quocirca a nobi- " litate tua petimus, ut, aequissima " excusatione nostra accepta, his re- " bus contenta sit, quae recte & juste " fieri possunt; sibique persuadeat, " nos, si qua ulla alia re ipsi gratifi- " cari cum domino poterimus, no- " stram erga se paternam benevolen- " tiam desiderari, numquam passuros " esse. Datum Romae apud S.Petrum " sub annulo piscatoris, die 29. aug. " 1569. pontif. nostri an.4.

III.

" Dilecto filio, domino de Be- " aulne.

" Pius PP. V.

" Dilecte &c. Literas, pridie non. " julii datas, accepimus, ex quibus " desiderium tuum adeundi sanctae " hujus sedis apostolicae limina, ut " nobis te super his, quae tibi obji- " ciuntur, purgares, & agnovimus & " vehementer in domino commenda- " vimus. excusationes quoque tuas, " quo minus id facere possis (*) & ipse " postulasti, & per charissimam nobis " in Christo filiam, reginam, dile- " ctumque filium, nobilem virum, " ducem andegavensem, natum suum, " postulandum curasti, ut ea, quae " adversus te nobis indicia sunt, co- " gnoscendi negotium istic vel nostris " (*fort.* nostro) vel (*fort.* &) sedis " apostolicae apud christianissimum re- " gem nuncio, vel cui nobis placue- " rit, eodem nuncio adstante, com- " mittamus, in ea re nullo pacto po- " stulatis tuis satisfacere recte possu- " mus. quod enim nos charissimo in " Christo filio nostro, regi catholico, " in archiepiscopi toletani causa, ali- " bi, quam apud nos, cognoscenda, " non concessimus, id tibi, ejusdem " reginae, ducisque, ejus filii, ro- " gatu, concedere sine manifesta ca- " tholici regis injuria non possemus. " qua de re pluribus verbis ad reginam " christianissimam, ejusque filium, " ducem andegavensem, scripsimus, " a quibus caetera cognoscere poteris. " Datum Romae apud S. Petrum sub " annulo piscatoris, die 29.aug.1569. " pontif. nostri anno 4.

Subdit autem Laderchius: *Certum est, irritas pariter & regis* (Caroli IX.) *nominationem, & reginae* (Catharinae mediciae) *ac andegavensis* (Henrici) *fuisse preces: cum inter meldenses episcopos de Beaulne minime recensitus habeatur, & praefato de Tillet* (Joanni: qui a decembri anni 1565. ad decembrem an.1570.meldensem episcopatum tenuit) *Ludovicus de Breze subrogatus fuerit*.

Eamdem Pii V. in ejusmodi causis non nisi Romae cognoscendis constantiam, in duobus aliis, qui in haeresis suspicionem venerant, videre licet;

re complectetur: neque ego quicquam a me desiderari patiar, quod praesenti tibi opera & cura mea praestari possit. quid postulet vera ratio retinendae & augendae existimationis ac dignita-

cet; ad quos card. Commendoni in eam rem litteras e tabulariolo meo has promo:

Al dottor Lama (Giovanni Maria). *Vienna*.

Signor dottor mio. V.S. sia pur certa, che non s'inganna ne l'opinione, che ha de l'animo mio verso di lei. ma, come le ho scritto già molte volte, le cose sue, per quanto si vede fin quì, non hanno rimedio, se essa non si constituisce a dar conto de la sua fuga & de i fatti suoi: se già il tempo non aprisse qualche occasione d'ajutarla, la quale, per quel poco, che potrò & che saprò, non lasciarò passare. con che conforto V.S. a comportare fra tanto questo travaglio, che manda la disgratia & il mondo, con quella constantia d'animo, che conviene ad huomo litterato, & di valore: & me le raccomando di core. Di Roma. a li 22. febraro 1567.

Al medesimo. Vienna.

Magnifico signor dottore. E' venuto quì vostro fratello, che certo per le lacrime, che sparge per voi, & per l'affettione, che vi dimostra, è degno d'esser da voi havuto carissimo. io gli ho prestato quel poco ajuto & consiglio, che ho potuto. si ha dato un memoriale in congregatione de l'inquisitione. ma io per me credo, che tutto sia indarno, come ho detto a vostro fratello, il quale credo, che vi scriverà distesamente il tutto. consolatevi con la conscientia vostra, & con la voluntà del signore Dio, finchè a sua divina maestà piaccia di far constare la vostra innocentia. & rimettendomi nel resto a quanto vi scriverà vostro fratello, prego il signore Dio, che vi conservi. Di Roma. a li 6. di decembre 1570.

Supplicis autem libelli, qui in proximis litteris commemoratus est, exemplum hoc reperi:

Gio. Maria de la Lama, medico napoletano, ritrovandosi in Vienna, dove già più anni essercita l'arte sua di medico, si trova esser nominata nel santo offitio de l'inquisitione per suspicioni havute di lui in cose di religione. esso, ancora che ne l'animo suo sia sicuro non essersi mai discostato un punto da quello, che crede & comanda la santa madre chiesa, nondimeno per poter vivere anco in quelle parti con maggior pace de la sua conscientia, & acciochè, se ha commesso peccato alcuno in simile genere, con farne la penitentia impostagli, sia restituito in quello stato di gratia con santa chiesa, in che sono gli altri fedeli christiani, supplica humilmente V.S. illustrissima ad intercedere appresso la santità di nostro signore, che per clementia sua, & per le viscere di Jesu Christo, nostro salvatore, le piaccia commettere la causa del detto Gio. Maria in quelle parti o al reverendissimo nuntio apostolico, o a chi giudicherà la santità sua: ch'egli è pronto a ricevere & essequire con ogni humiltà tutta quella penitentia, che gli sarà imposta per quello, ch'egli per sua ignorantia o negligentia havesse peccato: acciochè, non havendo egli altro al mondo di che vivere, che l'arte sua, non habbia da lasciare gli avviamenti, che ha, per venire a rappresentarsi al santissimo tribunale di Roma, con dispendio & ruina de lo stato suo. Ch'egli, mentre è stato in quelle parti, sia sempre vissuto & viva catholicamente, astenendosi anco da ogni conversatione d'heretici, & frequentando i santissimi sacramenti de la chiesa, ponno dar testimonio molti buoni catholici, che lo conoscono, & tutti i ministri di sua santità, & particularmente gl' illustrissimi Varmiense & Commendone. Vostra illustrissima signoria è pregata per l'amor

gnitatis tuae, & refellendi, quae tibi crimini data sunt, probandique omnibus perpetuum istum catholicae sententiae tuae sine ulla offensione cursum, intelligis. suae certe sanctitatis non

l'amor di Dio a pigliare questa pietosa protettione del detto Gio. Maria; il quale pregherà perpetuamente il signore Dio per ogni felicità di V. S. illustrissima.

Sed, quod petebatur, non modo sub Pio V. sed ne sub Gregorio quidem XIII. potuit impetrari. impetratum denique est sub Sixto V. cujus has ad Rodulphum II. imper. litteras ex eodem tabulariolo habeto:

„ Charissime &c. Quas literas majestas tua superiori anno V. non. maji „ ad nos dedit de Joanne Maria Lama, „ medico neapolitano, eae nobis hisce „ modo diebus redditae sunt. quo factum est, ut serius ad eas majestati „ tuae rescribamus. in iis postulas a „ nobis, ut hujus Lamae causam haeresis, cujus ille crimine arcessitur, „ cognoscendam alicui praelato, in „ tuis regnis commoranti, committamus. nos, cum, pro paterno nostro erga te tuosque animo, nullum „ locum gratificandi tibi libenter praetermittamus, retulimus hac ipsa de „ re ad congregationem sanctae inquisitionis; & comperimus, nec unis „ ei nec levibus ex causis judicium „ haeresis apud neapolitanos fuisse intentatum, quod ipse ne subiret, non „ solum Neapoli, sed etiam ex Italia „ profugit. quae res magnopere auxit „ depravati ac male sibi conscii illius „ animi suspicionem. itaque, in magna „ voluntate, qua tenemur, gratum „ tibi faciendi, rationem postulati tui „ habere non videmur posse. neque „ enim, quae Neapoli admissa dicuntur, in Germania cognosci ac dijudicari possunt, neque institui atque „ instrui recte causa, tam longe remotis testibus, quibus accusatio & defensio necesse est innitatur. quod „ cum ita sit, nos tamen, ne quid majestati tuae negatum, quod concedi „ possit, videatur, si ille fateri crimen, &, quae male sensit de fide, „ rite abjurare ac damnare in animum „ induxerit, nos dabimus hoc majestati tuae, ut rem nuncio nostro committamus, qui illum, erratum suum „ agnoscentem, & ex animo poenitentem, absolvat, & in ecclesiae gremium recipiat. Interea cogit nos „ nostra erga majestatem tuam summa „ benevolentia & paternus amor, te „ ut in domino commoneamus, cogites non solum quam periculosum, „ sed etiam quam alienum a tua pietate, virtute, fide erga catholicam „ religionem sit, hominem, haeresis „ suspectum, atque ob id patria profugum, domi tuae aut fratrum tuorum habere, & ad valetudinis atque „ corporis curationem adhibere eum, „ qui ipse mortifero animi morbo sit „ affectus. cum enim catholicum imperatorem decet domesticarum rerum ministris non aliis, quam catholicis & probatis, uti, tum id a „ te, propter insignem pietatem atque „ fidem tuam, maxime expectatur. „ Nos tibi & paternam benedictionem „ nostram impartimur, & a Deo prospera omnia precamur. Datum Romae. V. Kal. apr. M. D. LXXXVII.

Commendoni autem ad alterum, quem supra significavimus, litterae, mense, ut opinor, februario an. 1570. datae, hae sunt:

Al signore Castelvetro (Giovanni Maria).

Molto magnifico signore. Io feci con nostro signore l'offitio impostomi da sua maestà cesarea (Massimiliano II.) *per servitio di V. S. il quale offitio se bene fu molto accetto a sua santità, & havuto in quella consideratione, che conviene a la maestà de la persona, che*

racco-

modo justitiam & aequitatem, sed pietatem & charitatem in te praecipuam cognosces. Vale in domino. Romae. III. non. jul. M. D. LXVIII.

XIX.

raccomandò il negotio, nondimeno sua beatitudine, mi rispose, che, non essendosi fin quì mai costumato, che le cause, cominciate nel tribunale de l'inquisitione di Roma, ne fiena cavate, & rimesse altrove, non le pareva in alcun modo introdurre questo essempio: ma sì bene, che, essendosi V.S. constituita quì, l'arrebbe fatta expedire con ogni clementia & charità, & ancho con prestezza, per l'intercessione de la maestà sua cesarea. Ch'è quanto mi occorre circa ciò far sapere a V.S. & nostro signore la conservi. Di Roma.

Al signor Gio. Maria Castelvetro.

Magnifico signore. Il memoriale, che mi fu dato da V.S. per l'offitio, ch'io haveva da far per lei con nostro signore, in nome di sua maestà cesarea, contenteva, che si dimandasse gratia, che la cognitione de la sua causa fosse rimessa a Ferrara; & del medesimo tenare anchora fu il memoriale datomi per lei da l'eccellentissimo signor duca di Ferrara: secondo i quali io feci l'offitio con sua beatitudine, & ne riportai la risposta, che notificai a V.S. Hora ho inteso da la lettera sua di 12. d'aprile la sua intentione, ch'era stata di supplicare la gratia de l'errore, da lei commesso, & non la rimessione de la causa. il che se mi fosse stato significato ne li sudetti memoriali, io harrei esseguito così quest' ordine, come feci quello; non essendomi mancho a core il servir la maestà cesarea in qualunche cosa, che mi comandi, di quello che a V.S. stessa sia il suo negotio: a la quale, oltre il rispetto sopradetto, mi sarà ancho caro, per conto de la persona sua, poterle fare servitio. onde non restarò di tentare di nuovo quello, che da V.S. mi è scritto, con ogni amorevole diligentia, & le darò avviso di quanto succederà. & Dio la conservi. Di Roma. a li 29. aprile 1570.

Joannes autem Maria Castelvetrius Ludovici frater fuit; in cujus Ludovici *Vita*, a Ludovico Antonio Muratorio conscripta, & Lugduni anno 1727. edita, haec de utroque pag. 40. leguntur: *Il Castelvetro* (Ludovico) *fu condannato e scomunicato* (an. 1561.), *a cagione nondimeno della sola contumacia, come presunto reo delle colpe, a lui apposte, e fu publicata la sentenza co' soliti riti. e Giovan Maria suo fratello, per avergli tenuta compagnia, fu rigorosamente citato a Roma sotto pena di scomunica: alla quale citazione non essendosi egli sentito voglia di ubbidire, gli convenne dipoi andar ramingo col fratello, non senza gravi danni suoi e della famiglia.* Ludovici mors contigit, ut auctor est idem Muratorius, Clavennae in Rhaetia (non Basileae, ut Pallavicinius lib. XV. *Hist. concil. trid.* cap. 10. num. 15. alios auctores sequutus prodidit), die 21. febr. an. 1571. Illud obiter monebo, errorem typographicum irrepsisse in illum ipsum Pallavicinii historiae locum, in cujus marg. ita scriptum est: *Il primo suo* (di Ludovico Castelvetro) *esame fu nel 1560. agli 11. d'ottobre, il secondo a' 14. il terzo ed ultimo a' 17.* Pro 1560. corrige 1561.



XIX.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Joanni Veto.

Hominis officia sibi admodum grata, & rem gallicam magnae curae esse confirmat. 13. jul. 1568.

JUcunda mihi est & memoria mei tua, & sermo de me honorificus: utrunque signum humanitatis tum tuae, tum Hannibalis Oricellarii (*a*), egregii viri, & mei studiosi. in iis vero, quas mihi tribuis laudes, quod attinet ad reliqua, nihil agnosco, praeter summam quandam cupiditatem id assequendi, ut talis sim, qualem scribis. in studio certe & amore juvandi & fovendi rem gallicam, & in observantia etiam illustrissimi ac praestantissimi viri, patroni tui, neminem mihi unquam praeferri patiar. quae cum re magis praestare cupiam, quam verbis efferre, tibi tantum & de humanitate literarum tuarum, & de tali tuo in me animo gratias ago. quod reliquum est ipse idem Oricellarius pluribus coram persequetur. &, ut finem scribendi faciam, me totum tibi trado & commendo. Romae. III. id. jul. M. D. LXVIII.

(*a*) Oricellariorum sive Auricellariorum (italice *de' Rucellai*) familia, insigni inter florentinas cum vetustate tum nobilitate ac dignitate censetur. Hannibal hic autem fuit, ut opinor, ex eorum nobilium florentinorum numero, qui, Catharinam, Laurentii Medicii florentini, Urbini ducis, filiam, Henrico, aurelianensium tum duci, deinde gallorum regi, nuptum collocatam, ad maritum anno 1533. proficiscentem prosequuti, in Galliis substiterunt, praecipuum apud illam & honoris & gratiae locum obtinentes. Hannibalis certe consiliis atque opera plurimum usam esse Catharinam, constat. Laderchius in *Annal. eccles.* tomo XXII. ad an. 1567. pag. 378. col. 2. *Regina*, inquit, *interea de insidiis sibi, ac regi* (Carolo IX.) *instructis, Romam misso Annibale Auricellario, pontificem* (Pium V.) *admonuerat, enixe eum deprecans, ut, in tali ac tanta necessitate, tum regiae majestatis, tum catholicae religionis periculo occurreret.* & pag. 386. col. I. *Cum enim*, inquit, *Annibal Auricellarius, quem a Catharina regina ad pontificem missum diximus, per Sabaudiam ad catholicum regem in Hispaniam migraturus esset, huic Pius in mandatis ea dedit, de quibus tum cum ipso Sabaudiae duce, tum cum Hispaniae rege, suo etiam nomine, differere vellet, ut labanti Galliarum regi ac regno quomodo subveniri posset cum iis rationem iniret.* Sed de Oricellarii adventu illo Romam, recente tum re, certiora haec Gratianus ad Tomickium die 18. oct. an 1567. scripsit: *Rex* (Carolus IX.) *omnibus incolumibus Lutetiam se recepit: unde confestim a regina Romam missus est Annibal Oricellarius, qui pontifici salvum esse regem nunciaret, eum de tota conjuratione edoceret, & auxilium posceret adversus communem reip. christianae pestem. is postridie Kal. octobr. Lutetia profectus, adbibita celeritate, III. idus, decimo die Romam venit. narrat &c.*

XX.

X X.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Archiepiscopo Senonensi.

Epistola officiosa.

QUod mihi testimonium dederat & catholicae pietatis & praestantis ingenii atque consilii amplitudinis tuae reverendissimae, cum quadam tua in me benevolentia conjuncti, Annibal Oricellarius, elegans & industrius vir, id me maxime tibi devinxit. quod vero tu praeterea propensum animum in te meum, cupidumque navandi tibi studium & operam in omnibus, quae amplitudini tuae grata esse intelligam, ab eodem Oricellario cognovisti, id mihi jucundissimum fuit. quare, si quid erit, quod ego amplitudinis tuae causa possim, videbis, me & religionis & virtutis tuae, & significationis tui in me amoris, quam mihi dedisti humanissimis literis, peramanter meminisse. mihi vero si quid usu venerit egere opera benignitatis tuae, quam cupide detulisti, non deero tempori. Deum precor, ut amplitudini tuae reverendissimae salutaria omnia & laeta concedat.

X X I.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Fratri Matthiae Papiolo.

17. jul. 1568. *De Generalis confirmatione id pontificem max. decreturum, quod aequum fuerit, significat.*

REverende pater. Ex literis tuis, die v. proximi aprilis ad sanctissimum dominum nostrum datis, & ex praesente societatis vestrae procuratore cognovit ejus sanctitas quid & actum sit a vobis, & praeterea cupiatis. quibus de rebus jussit me ad omnia suo nomine respondere: confecta visitatione vestra, relatisque omnibus actis istis ad ejus sanctitatem, quemadmodum debent & expectantur, tum ipsum id acturum & decreturum esse de confirmatione Generalis, quod Dei benignitas annuerit. tuae vero interea atque omnium vestrum partes erunt Deum orare pro incolumitate sanctissimi domini nostri, & ea petere assidue a Deo & sperare, quae communi saluti & dignitati

gnitati vestrae sint necessaria: cujus rei & sanctissimum dominum nostrum, & me, & omnes fautores & adjutores habebitis. Vale & gaude in domino. Romae. XVI. Kal. aug. M. D. LXVIII.

XXII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Fratri Joanni Stractmano. (a) a

Quae de belgicis rebus Stractmanus nunciarat, ab iis pontificem max. varie esse affectum, significat. 28. jul. 1568.

AMamus diligentiam literarum tuarum (b), quibus subtiliter omnia persequeris; ut non minus in tristibus, quam in laetis nunciis & dolor & laetitia pietate & christiana veritate b

(a) Datas ad hunc eumdem Stractmanum a card. Bonello litteras habes supra pag. 364. quas cum suis adnotationibus vide.

(b) Quas easdem litteras Bruxellae datas die 6. jun. 1568. intulit Laderchius in tomum XXIII. *Annal. eccles.* pag. 132. Sunt autem hujusmodi: *Debito manuum osculo cum omni humilitate ac supplici mei commendatione praemisso, vestrae illustrissimae dominationi, quas valeo, refero gratias, quod in suis literis de data duodecim Kal. maji, quas cum ingenti recepi gaudio, ac iteratis vicibus legi pridie junii, tam paterne & efficaciter in omnibus nostris angustiis, quibus juste affligimur, consolari me dignetur. spero, tandem aequissimam Dei adversum nostram patriam iram atque indignationem, precibus atque meritis sanctissimi domini nostri ... necnon illustrissimae vestrae dominationis atque caeterorum piorum in clementiam convertendam ... Lubentissime acquiescentes nos omnes consilio illustrissimae vestrae dominationis, quanto poterimus favore* (fort. *fervore*) *non cessabimus invocare tam pium dominum Deum nostrum, ut magis magisque effulgeat super nos splendor divinae suae gratiae; cujus singulari beneficio a nostris militibus caesa fuere, in festo D. Marci euangelistae, supra Trajectum superius, non procul a civitate ruremondensi, circiter duo millia tam haereticorum, quam rebellantium, ac capti duo admodum nobiles, dominus de Villiers, & dominus de Du, atque unus non dico praedicator, sed pestiferus seductor. non tamen, hac clade accepta, acquieverunt haeretici: sed paulo post iterum congregari coeperunt in regione Frisiae (quae est ultima & postrema pars nostrae patriae inferioris, vicina Westphaliae, & regno Daniae, & ducatui Saxoniae) sub duce atque capitaneo, comite Ludovico de Nassau, fratre principis Orange. contra quos ab illustrissimo duce Albano missi cum fuissent nobilissimus atque religiosissimus, atque patronus omnium religiosorum, potissimum pater nostri conventus bruxellensis, comes de Alimbergh, vel Altembergh, tamquam capitaneus generalis, cum nonnullis hispanis militibus, & comes de Meghen cum nostro burgundico milite; priusquam copiae amborum simul essent junctae, nescio quo Dei judicio, aut quia frigidi sumus nimium in placanda Dei ira, seu quia, ut olim cum filiis Israël (Josue 7.) ita nobiscum agere voluit ... aut certe quia aderat tempus*

c tate temperetur (c). ac dolendum quidem est in summa hac temporum perturbatione & summa hominum miseria, qui usque adeo sanguinis profusione delectari videantur. quanquam miserrimi illi, qui, a Deo simul & a suo rege desciscentes, ad interitum ruunt sempiternum: beatissimi vero, qui pro salutari Jesu Christi religione proque regia fide occubuerunt. quae sane
d felicitas isti contigit clarissimo duci de Arenberg (d), quem, ut

pus percipiendae coronae pro laboribus, ecce, nostro & omnium catholicorum maximo malo ac detrimento & maerore, dum multum diuque ipse invictissimus atque pientissimus comes Alimbergh (qui per multos annos, nomine regiae & catholicae majestatis, fidelissime Frisiae fuerat gubernator, optimamque illius regionis habuerat notitiam) restitisset fervori hispanorum militum, non ferentium dilationem, nec volentium expectare, donec comes de Megben cum suo milite eis esset conjunctus: victus tandem comes Arembergh importunitatibus hispanorum atque murmurationibus, & proposito eis periculo, in quo per exploratores noverat eos constitutos, si socios non expectarent: cum videret ipse comes Alimbergh, se nihil proficere, nec amplius posse continere hispanum militem, veluti futurus jam Christi martyr, ut confido de Dei bonitate, projecit se in hostem (fort. *hostes*); *e quibus dum multos animo invicto prostravissent (* fort. *prostravisset*), *& fratrem principis Orange, atque Ludovici Nassau, nomine Adolphum, vehementissimo ictu occidisset, ipsumque comitem Ludovicum graviter vulnerasset, cum ipse comes Alimberh cum suis paucis cingeretur, & undique ab hostibus oppugnaretur, qui multo erant plures numero, etiam sub ipso successive duo equi corruissent, & pedes manibus inimicorum vitam abstulisset, tandem, ut spero, volens Deus tanto labori & certamini felicem atque beatum imponere finem, ictu bombardae (proh dolor! & nequeo hoc scribere, nisi abundanter prorumpant lacrymae) caeditur religiosissimus ipse comes Aliremberg, una cum quingentis militibus hispanis, tribus capitaneis, & quinque egregiis vexilliferis hispanorum, die 29. maji. itaque periit ibidem tantus comes con* il Terzo di Sardegna, *ut vocant: ex quorum morte in maximum dolorem meritissime omnes catholici ceciderunt. sed pientissima uxor comitis praedicti inconsolabiliter lamentatur, plangitque ac suspirat continuo ob mortem charissimi atque dilectissimi sui mariti; quem non cessaverat ipsa, utpote vicina, & singularis patrona, fratribus nostri conventus ferventissimis precibus assidue commendare. o quam vellem nobilissimam atque pientissimam hanc dominam in omnibus suis maximis angustiis a sua sanctitate dignam esse habitam, quae literas acciperet consolatorias. & licet haec, pace suae sanctitatis, a me ipso scribam, non dubito quin maximam afferrent consolationem &c.*

(c) *temperatur* cod. vatic. pag. 294. unde hanc epistolam promsi. Emendavi. sed & praecesserunt aliqua, & aliqua subsequentur non minus emendationis indigentia; quam tamen sine meliorum codicum ope adhibere non sum ausus.

(d) In superioribus Stractamani litteris hic idem comes nunc *Alimbergh*, nunc *Altembergh*, nunc *Arembergh*, nunc *Alimberb*, nunc denique *Aliremburgh* vocitatus est. alibi *Olrimberch* & *Aremberch* appellatum animadverti. malui Haraeum sequi, qui in *Annalibus tumultuum belgicorum* belga ipse *Arenbergium* constanter appellat, & Joannem Lignium, Arenbergae comitem, fuisse dicit pag. 87.

ut ſcribis ; catholicae veritatis defenſorem acerrimum & religioſorum patronum, pugnantem praelia domini, tanquam unum ex veteri illa machabaeorum ſanctitate ac fortitudine, ad caeleſte praemium decebat evolare . quod illuſtri faeminae, ejus conjugi, magno ſolatio eſſe poteſt : quae, quoties de clariſſimo viro meminerit, toties laetari debebit, ſe fortiſſimo Chriſti martyri matrimonio fuiſſe conjunctam, qui pro ejus ſalute oret in caelo. quae cogitatio & ſanctiſſimi domini noſtri & noſtrum omnium pro illius morte ſuſceptum dolorem valde levavit. Ad optimam iſtam mulierem, tuo monitu, conſolandi gratia ſcriptum eſt breve (e) ſanctiſſimi domini noſtri, cui has ad te literas adjungere voluit ejus ſanctitas ; quae tibi quoque felix ſacrae benedictionis munus benigne impertit. Vale in domino. Romae. v. Kal. aug. M. D. LXVIII.

(e) Hoc idem Pii V. breve (ſive mavis epiſtolam dicere) a Pogiano, ut valde credibile eſt, ſcriptum, transferam huc ex eodem illo Laderchii *Annalium eccleſ.* tomo XXIII. pag. 134.

„ Dilectae in Chriſto filiae, nobili mulieri Margaritae a Maria, Relictae (*ſic*) comitis de Arembergh.

„ Pius PP. V.

„ Dilecta &c. Obitus conjugis tui, comitis de Arembergh, cujus memoria in benedictione ſit, eo nos maerore affecit, quem talis viri mors tam alieno tempore poſtulavit. etenim jam antea audieramus, quam catholicus ille vir, quam fortis & conſtans catholicae eccleſiae propugnator ac defenſor eſſet; quam egregiam operam in bello adverſus haereticos & antea in regno Franciae navaſſet, & hoc tempore in partibus iſtis navaret. itaque catholicum regem & pios omnes maximam jacturam feciſſe judicamus, amiſſo tanto viro, in tanta praeſertim talium virorum & ducum penuria. etſi autem & publico damno commovemur, & tuo etiam privato dolemus, tamen & ſuperiora ejus in catholicam religionem merita recordantes, & hoc recens conſiderantes, „ quod, ut Chriſti fortiſſimus athleta & tanquam martyr, interiit, tantum abeſt, ut ejus cauſa dolendum eſſe exiſtimemus, ut in maximi & ſingularis beneficii loco tam praeclarum mortis genus a Deo accipiendum eſſe cenſeamus, & cum eo praeclariſſime actum fuiſſe putemus, qui ſpiritum, quem a Deo & creatore ſuo acceperat, pro ejus honore & religione fortiſſime pugnans illi reddiderit. proinde paterna te cum benedictione noſtra ſalutantes, hortamur, ut tu quoque tantum divinae miſericordiae in eum beneficium grato accipiens animo, lugere tanquam mortuum deſinas, qui, ſicut de Dei miſericordia confidimus, ad meliorem & veriorem vitam ex hujus vitae miſeriis tranſiit. hoc ut erga te fungeremur officio, tali tuo tempore, addacti (*fort.* adducti, *vel* adacti) fuimus ſtudio, quod erga ipſum maritum tuum, pro ejus virtute, & meritis in catholicam religionem, ſuſceperamus, quod (*fort.* quodque) erga domum ejus conſervaturi ſumus, &, ſi qua occaſio dabitur, etiam aliis officiis declaraturi. Datum Romae apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die 21. julii 1568. pontific. noſtri anno 3.

XXIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Stanislao Hosio Card. Varmiensi.

7. aug. 1568. *Quid de indulti prorogatione, Gnesnensi capitulo concedenda, pontifici max. videatur, significat.*

ET ex literis illustrissimae amplitudinis vestrae & coram ex procuratoribus gnesnensibus, quos etiam vestra commendatione multo libentius audivi, eorum cupiditatem cognovi de indulto prorogando; caussas etiam didici, quibus sibi videri dicunt, jure se in ea possessione indulti posse permanere. qua in re etsi multum quidem apud sanctissimum dominum nostrum valet, sicuti valere debet, testimonium amplitudinis vestrae illustrissimae, tamen, quod & ipsa sapienter proferre voluit de opposita auctoritate tridentini concilii, multo etiam magis movet ejus sanctitatem, cujus praecipuae & maximae illae partes sunt, efficere, ut ea decreta serventur. quare, cum res ejusmodi sit, ut in utranque partem deliberatione indigeat, cogitare se velle dixit ejus sanctitas, ita tamen, ut, salvis omnino legibus, illorum desiderii, & deprecationis amplitudinis vestrae, se rationem habituram responderit. ego omnia ex ejus optatis precor amplitudini vestrae illustrissimae. Romae. VII. id. aug. M. D. LXVIII.

XXIV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Archiepiscopo Trevirensi. (a)

8. sept. 1568. *Archiepiscopum, quod monasterii S. Maximini possessionem capi non siverit, nomine pontificis max. reprehendit.*

LIteris tuis, VII. die proximi mensis julii datis (b), rescribi jussit sanctissimus dominus noster, cum de capienda possessione monasterii S. Maximini (c), ordinis S. Benedicti, camerae

(a) Depromsi hanc epistolam, Pogiano, qui eam scripsit, & Pio V. cujus jussu scripta est, certe dignissimam, ex codice vatic. 3432. pag. 276. b. Plurimas ex ea mendas, sive codicis ipsius vitio, sive librarii mei negligentia contractas,

merae apostolicae nomine, breve pontificium ad te misit, tantum sibi pollicitum esse de pietate & observantia tua erga se & hanc sanctam sedem, quam sacro isti honori, quem obtines, & superiorum archiepiscoporum trevirensium consuetudini respondere speravit, ut te debito illo officio statim ac libentissime functurum esse confideret. verum, cum postea, te non solum tuo illi muneri non satisfecisse, sed decanum ecclesiae tuae & Cosmum Pircaeum (*d*), scholasticum vicensem, quibus d
etiam id negotium capiendae ejus possessionis datum fuerat, ne id facerent, prohibuisse cognovit, opinionem & spem, quam de te habuerat, eo recidisse, pro sua in amplitudinem tuam paterna charitate, vehementer doluit. & quidem censet sua sanctitas, decuisse, amplitudinem tuam, quo studio excusationes in literis tuis colligis non necessarias, eo potius exequi jussum suae sanctitatis, nec, pio & justo negotio detrectando, sine causa (*e*) timere nonnullorum odium; cum praecipuae partes e
tuae fuerint vereri & curare mandatum pontificis maximi: quo facto, zelum istum tuum magis probasses, quam tam multis causis nequicquam afferendis; quarum commemoratio facit, ut gravius & indignius (*f*) ab officio discessisse videaris. f
quid enim eo indignius, quod scribis, non bene cognitam habere rem istam sanctissimum dominum nostrum, quam fortasse melius postea animadversam, quod in ea lucri cupiditatem aliquorum intercessisse compererit, irritam esse facturum? requirit primum in eo prudentiam tuam sua sanctitas, quod se existimes rerum non intellectarum, quas agi velit, mandata dare: ac te scire vult, se non solum intellexisse, quid jus, quid consuetudo postularet in isto monasterio, sed cujusmodi (*g*) ista g
esset electio (*h*), a quibus inducta, & totius actionis causas no- h
tas habuisse. deinde cuperet, notiorem tibi esse animum & mores suos (*i*): videres enim, nihil (*k*) esse alienius ab ejus na- i k

tractas, tollere conatus sum, fortasse non semper, quod conabar, assequutus, conjectando ac divinando. nam autographum, quod in sanctiore tabulario vaticano adservari scio, & unde didici, die 8. septembris an. 1568. eam datam, consulere mihi non licuit. quod si licuisset, & certiore ratione emendatam, & integram, non, quemadmodum facere coactus sum, mancam & in fine deficientem, exhiberem. Vaticani autem illius codicis lectiones, quas mendosas putavi, queisque emendationes meas adhibui, deinceps adnotabo.

(*h*) *latine* cod. vatic. pro qua voce reposui *datas*.

(*c*) Vide epist. *Mittit* pag. 438.

(*d*) Vide eamdem epistolam.

(*e*) *ea* cod. vatic.

(*f*) Omittit id.

(*g*) *ejusmodi* id.

(*h*) *lectio* id.

(*i*) *suos certe deberent, cum res ipsa loquitur. videres &c.* id.

(*k*) Omitt. id.

l tura & institutis (*l*), quam actiones, quam voces eorum, qui
istiusmodi iniqua compendia consectentur. Graviter vero etiam
m illud ferre (*m*) cogitur, electum istum & conventum ita anima-
n tos esse, ut de re ecclesiastica ad laicorum (*n*) auxilia confu-
gere malint, quam ad ecclesiae principis & communis parentis
aequitatem. quae sententia & vox, cum non modo ab eccle-
siastici, quo in numero illi sunt, sed a christiani hominis offi-
o p cio abhorreat (*o*), reprimenda & vindicanda (*p*) ab amplitu-
q dine tua, non proferenda (*q*) in tuis ad pontificem maximum
r literis fuit (*r*). Objiciuntur etiam quidam inanes metus, non sine
s t ejus indignitate, cujus (*s*) nomine, maxime vero si ejus (*t*),
ad quem scriptae sunt literae, dignitas consideretur. Veteres
vero controversias quid attinet ad hanc causam revocare, quas
ne minima quidem re laedit possessio data nomine camerae, &
fidei custodiae commissi fructus arbitrio sanctissimi domini no-
stri? Ac ne id quidem rationi consentaneum videtur, jure
quempiam posse pontificii facti rationem reposcere ab amplitu-
dine tua, quae, quod obtemperet sanctissimo domino nostro,
hoc uno responso piis & bonis omnibus satisfaciet: cujus cum
dignitatem tueris, & voluntati obsequeris, te ipsum ornas, &,
quale quantumque ejus capitis membrum sit trevirensis archie-
piscopus, omnibus ostendis. haec prima cogitatio & cura de-
bet esse amplitudinis tuae, si, quam sustines personam, & in
quorum locum successeris, ut profecto vis, meminisse voles;
illa autem aliorum, quae commemoras commoda, postrema
habere debes. monasterio certe ipsi, cujus ruinam & interitum
u deploras, interea (*u*) dum is praefici possit, qui illius officii
x munus religione ac virtute tueatur (*x*), prospiciet Guilielmus
Quad, canonicus trevirensis, cui illud sua sanctitas commen-
davit. ejus enim pietati & religioni, doctrinae ac prudentiae,
y sibi cognitae, tantum tribuit sanctissimus dominus noster &c. (*y*)
Romae. VI. id. sept. M. D. LXVIII.

XXV.

(*l*) *instititis* id.
(*m*) *ferre. Cogitur electum &c.* id.
(*n*) *aliorum* id.
(*o*) *abhorrent* id.
(*p*) *vindicanda sunt* id.
(*q*) *praeferenda* id.
(*r*) Omitt. id.
(*s*) *cujus* id.
(*t*) Omitt. id.
(*u*) *inteream* id.
(*x*) *tuetur* id.
(*y*) Reliqua desiderantur in eodem codice.



XXV.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Derthonensi. (*a*) a

Ut brevi apostolico, de possessione cujusdam prioratus, nomine camerae capienda, omnino pareat, jussu pontificis maximi suadet ac praecipit.

Quae mea est erga amplitudinem tuam reverendam, pro
ejus virtutibus, praecipui cujusdam studii vis, ea me co-
git libere id, quod res est, ad eam scribere, sanctis-
simo domino nostro, contra quam antea sperasset, non plane
probari, quod istic actum est de majori prioratu istius eccle-
siae. quod si, misso (*b*) brevi sanctitatis suae, quemadmodum b
oportuit, obtemperatum esset, nec amplitudini tuae, nec isti
capitulo causa fuisset istius generis literas ea de re dare ad ejus
sanctitatem: quae, cum etiam atque etiam considerasset, deque
eadem re ab aliis certior facta esset, mihi mandavit, ut am-
plitudini tuae his literis significarem, se in ea sententia esse,
ut brevi apostolico, de capienda possessione nomine camerae,
omnino pareatur, ut ea possessio postea illi detur, cui ab ipsius
sanctitate, ad quam sine controversia ista collatio pertinet, le-
gitime provisum fuerit. quo loco vehementer ego suaserim
amplitudini tuae, omnem ut suam operam & auctoritatem in-
terponat, ut isti (*c*) ipsum breve apostolicum exequantur. ita c
enim

(*a*) Hanc epistolam, nullo notatam in codice barberiniano, unde eam promsi, datae ejus tempore, ideo cum superiore conjunxi, quod in simili argumento versaretur: cui etiam eamdem ob causam mox sequuturas Pii V. litteras, ex codice vatic. 3432. pagina 273. b. promtas, subjunxi. Est autem *Dertona* (inquit Philippus Ferrarius in suo *lexico geogr.*) *Derton Stephano, Derthon & Darthon Straboni*, Tortona, *colonia & urbs Liguriae* (*non Taurinorum, ut in Thesauro linguae latinae; cum a Taurinis supra 50. mill. pass. distet*) *ad Iriam fluvium, non longe decurrentem, episcopalis, sub archiepiscopo & duce mediolanensi, inter Ticinum 25. & Genuam ad meridiem 45. mill. pass. media inter Placentiam & Genuam, proxima Alexandriae, ab ea 10. mill. pass. in ortum. A Friderico Aenobarbo imperatore eversa, a mediolanensibus instaurata, nunquam ad pristinam rediit magnitudinem. Dicitur & Terdona.* Michaël Antonius vero Baudrandius in eodem *lexico* haec subdit: *Dertona, Tortone gallis, urbs est probe munita... 8. milliaribus distat a confinio ditionis genuensis in boream, & 45. a Placentia in occasum: sed non media inter Genuam & Placentiam... Arcem habet validam.*

(*b*) *intro* cod. barber.

(*c*) *iste* id.

d enim res ipsa declarabit, amplitudinis tuae eam mentem (*d*), quae debuit, atque consilium fuisse, ut sanctissimi domini nostri jussa istic adjuvaret ac tueretur, non ut ea oppugnaret. & quidem intrusi istius vitae & ingenii animique rationes omnes ita cognitas habet sanctissimus dominus noster, ut propterea valde miratus sit, eam de Michaële Morreali tam incommode scripsisse. qui etsi, ut ipsa scribit, ignobili genere natus est,
e tamen, quod solum ejusmodi in (*e*) re, vel certe quod maxime spectari deberet, & vitae & doctrinae ornamentis longe superior est, quam iste Oliverius, amplitudinis tuae & capituli
f gratia & opera commendatus. quamobrem, pro officio (*f*) amplitudinis tuae, proque ea opinione hominum, quae est de ejus fidei & observantiae constantia erga hanc sanctam sedem, ejus partes fuerunt juvare potius ac tueri eum, qui, praeter ea, quae dixi, majorem habet usum ecclesiasticae rationis ac disciplinae, & a sanctissimo domino nostro jure praepositus est isti
g h prioratui, quam illum (*g*), quem ii (*h*) nominarunt, qui nullam nominandi facultatem habent, & magno tum suo tum illius ipsius dedecore in eadem possessione retinent. itaque non dubito, quin amplitudo tua, pro sua prudentia ac pietate, in tanta causae aequitate atque justitia Michaëlis Morrealis, libenter obsequi parata sit sanctissimi domini nostri voluntati. quod ut fore confido, sic amplitudini tuae a Deo salutarem prosperitatem ex animo precor. Romae.

(*d*) *rationem* id.
(*e*) *jure vel &c.* id.
(*f*) *officio atque constantia hominum est amplitudinis tuae, proque ea opinione quae de ejus fidei & observantiae erga hanc sanctam sedem tuae partes &c.* id.
(*g*) *ille* id.
(*h*) *& nominarunt* id.

XXVI.

Pius PP. V. Decano & Capitulo S. Victoris oppidi Xanthensis. (*a*)

a

Ut canonicatum, intruso cuidam ademtum, Arnoldo a Raëselt deferant, praecipit.

NON sine dolore mirati sumus, cum audivimus, vos primum possessionis ejus canonicatus & praebendae colle-
b giatae S. Victoris oppidi Xanthensis (*b*), quam, Joachimo Rechlo in

(*a*) *Xantus* (inquit Baudrandius), Santen, *urbs alias Gugernorum in Germania, nunc ducatus clivensis, prope Rhenum fluvium. alias* Vetera castra *dicta fuit, estque satis parva, duabus leucis infra Vesaliam in occasum, & totidem a Gueldria in boream.*
(*b*) *Xanctensi* cod. vatic.

in romana curia mortuo, dilecto filio Arnoldo a Raësfelt contulimus, ei denegasse, deinde, istam injuriam graviori etiam audacia cumulantes, nescio quem Nevelinum Staël in ejusdem canonicatus & praebendae possessionem intrusisse (c). qua in re c
etsi, nulla a vobis habita ratione pontificiae nostrae auctoritatis, & contemptis concordatorum germanicae nationis cum sancta sede conventis, duplex temeritas vestra acrius remedium postulare videbatur, tamen ejus memores, a quo licet immeriti (d) d
apostolatum accepimus, curando vulneri conscientiae vestrae prius olei (e) lenitatem, quam vini austeritatem adhibendam e
putavimus. itaque monemus vos, ut, isto Nevelino, vel alio quovis, qui (f) istum canonicatum & praebendam occupat, f
inde summoto, ipsi Arnoldo, a nobis proviso, re ipsa canonicatus & praebendae possessionem detis, damnum etiam & impensam, si quam ista de causa fecerit, sarcientes. quod si, ut speramus, ad sanitatem redeuntes, his acceptis literis, primo quoque tempore ei satisfeceritis, gaudebimus, vos clementia (g) g
nostra non indignos fuisse; sin minus, quod Deus avertat, cogeremur certe ad illa descendere juris & potestatis nostrae remedia, quae nunc mansuetudine potius nostra, quam merito vestro praetermittenda duximus.

(c) *instruisse* id.
(d) *immerito* id.
(e) Respexit ad illa in *Evangelio* Lucae cap. X. v. 33. *Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum misericordia motus est. & appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum.*
(f) Omitt. cod. vatic.
(g) *clementiae nostrae non &c.* id.

XXVII.

Pius PP. V. Carolo Card. Lotharingo. (a) a

Catholicae religionis tuendae ac propagandae studium ac curam in eo laudat, & a malevolorum calumniis securum esse jubet.

EX tuis literis, XXVII. februarii datis, quibus nos de statu religionis Lotharingiae certiores facis, quam debuimus laetitiae voluptatem percepimus. in quo etiam libentissime recogno-

(a) Haec Pii V. epistola in eamdem plane sententiam scripta est, in quam cardinalis Bonelli ad eumdem card. Lotharingum illa, quam habes supra pag. 165. die 5. apr. an. 1567. datam: cum qua conjunctim hanc a nobis recensen-

cognovimus, quam in magna ſpe habebamus, tuam curam & pietatem tuendae catholicae religionis, propriam ampliſſ.mae familiae veſtrae, quae ab illis orta heroibus, qui in una Jeſu Chriſti fide & gloria defixi ſe ac ſua omnia ad illam propagandam contulerunt, haereditariam majorum laudem enixe conſervare ſtudeat. quorum ſalutaribus & glorioſis veſtigiis quod te, tanto iſtarum animarum fructu, conſtanter inhaerentem cognovimus, de eo quantas poſſumus maximas gratias agentes, officii tui pios & catholicos conatus laudamus, ac benedictione noſtra, omnique animi & charitatis affectu proſequimur. In iis vero, quae tibi apud regem chriſtianiſſimum crimini data eſſe affirmas, valde mirati ſumus, qui certo ſciamus, Muſottum hunc, qui tua Romae negotia procurat, nihil unquam, quo de regia majeſtate detraheretur, immo utilitatis ejus, honoris & gloriae cauſa ſemper omnia locutum eſſe. de quo ut regem ipſum ac regios miniſtros coram doceat, nuncium noſtrum admonuimus, idemque nos, ſi ita opus fuerit, noſtris etiam literis faciemus. ſed, cum iſta leviſſimo calumniae fundamento nitantur, gravi veritatis & innocentiae tuae impulſu disjecta diſſipabuntur; quarum utráque fretus, in primiſque Dei ope fiduciaque munitus, cum in iſtis perturbationibus, tum in omnibus adverſis rebus, divino patrocinio ſemper tectus ac tutus fueris. Vale in domino.

cenſendam fuiſſe, nunc demum intelligimus. ſed ſerum eſt. ſciri tamen rem volui. Quae in hac lucis alicujus indigere videbuntur, ea, noſtris ad illam adnotationibus aditis cognitiſque, illuſtrari poterunt.

XXVIII.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Henrico Card. Portugaliae. (a)

Epiſtola officioſa.

QUemadmodum, pro ſingulari meo erga ſerenitatem tuam reverendiſſimam ſtudio & obſervantia, cujus inſignem & regii generis & ſacri ampliſſimique honoris ſplendorem ſumma religione ac virtute exaequari audiebamus, non defui

(a) Haec, & quae, non admodum multae, deinceps ſequentur Pogiani epiſtolae, deſumtae ſunt omnes ex codice vaticano 3432. quas, nulla certi temporis nota inſignitas, in hunc extremum voluminis locum conjecimus. Habeant

defui opera ac diligentia in iis, quae ipsius causa a me effici potuerunt, sic vehementer cupii, semper majorem mihi facultatem dari declarandi addictam hanc propensionem voluntatis atque animi mei eidem serenitati tuae: quam cum serenitati tuae reverendissimae ex ejus humanissimis literis ita jucundam esse intelligam, ut hanc gratiam (b) etiam cumulo suae benignitatis amplificare voluerit, faciam, ut cognoscat, neminem esse, qui in omnibus, quae ad ipsam pertinere sciam, quacunque re potero, fovendis & adjuvandis, mihi jure praeferatur. de quo & ab ipso clarissimo viro, serenissimi regis oratore, Pinto (c), diligentissimo ejusdem negotiorum procuratore, malo ipsam, quam a me, fieri certiorem. interea serenitati tuae reverendissimae de tanta literarum suarum humanitate gratias agens, quas possum maximas, omnia ei a Deo precor amplissima & salutaria.

Habeant etiam alii, ubi se exerceant, si qui eas ad definitum tempus, quo data quaeque fuerit, revocare voluerint. me, satis in eadem ratione ac tamquam arena exercitatumne dicam an exercitum? rude tandem donari aequissimum, puto, censebunt, qui non sint ipsi iniquissimi. sed neque de multis aut paullo exquisitioribus in eas adnotationibus laboraturus sum. hae quoque partes aliorum, si qui eas adamarint, esse poterunt. ego & otium specto, labore valde defessus, &, typographo properante, &, quotidiano prope convicio, Pogiani quae restant, flagitante, cunctari, diuque in singulis insistere atque haerere non debeo.

(b) De aliquo mendo suspicor.

(c) Antonius Pintus Sebastiani, Portugaliae regis, ad Pium V. legatus fuit.

XXIX.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus Episcopo Lingonensi. (a)

Moleste tulisse pontificem max. ac se, quod illi geri mos in eo, quod postularat, non potuerit.

MOleste tulit sanctissimus dominus noster, pro suo in te amore, quod ad negotium expediendum attinebat, non posse in eo, quod postulas, consuetudinem suam servare, quam antea

(a) *Lingones* (inquit Michaël Antonius Baudrandius in suis ad Philippi Ferrarii *Lexicon geogr.* additionibus) *urbs est munita & ampla Galliae in Campania provincia, ad fontes Matronae fluvii, in colle posita, cujus episcopus est dux & par Franciae. sex leucis distat a confinio comitatus Burgundiae, uti & ducatus, 22. a Trecis in ortum, 17. a Divione in boream, & 20. a Vesuntione in caeciam* (itali hunc ventum *Greccolevante* dicunt). *Notandum tamen,*

antea in negotio tuo lingonensi expediendo libenter instituit. non enim potest, salva justitia & rectae mentis conscientia, aulicos officiales, praesertim tot incommodis affectos & afflictos, hoc praeterea damno afficere, aut id ferre, ut duae istae abbatiae retineantur. qua de re pluribus sua sanctitas ad christianissimum regem scripsit (*b*). ego vero non minore animi molestia tuli, me id, quod vehementer egi ut amplitudini tuae concederetur, assequi non potuisse. sed, ut ipsa, pro sua prudentia & pietate, facile feret illud non impetrasse, quod aequitas non ferebat, sic & ejus sanctitas facultatem summa sua voluntate amplectetur bene merendi de amplitudine tua, quoties sese offeret occasio; & ego semper studiose rem adjuvabo. Vale in domino.

men, populos fuisse dictos Lingones, urbem autem Andemontunum dictam fuisse, & 40. fere milliaribus distare a Vogeso monte in occasum.

(*b*) Die 3. jul. an. 1568. Asservantur autem eae litterae in sanctiore tabulario vaticano; ex quibus hujus epistolae datae tempus conjici potest.

XXX.

Michaël Bonellus Card. Alexandrinus N. N.

Pontificium diploma, in ejus dioecesi ac ditione pervulgandum, ab se mitti significat.

Mitto amplitudini tuae illustrissimae, jussu sanctissimi domini nostri, literis adjunctam bullam (*a*) ejus sanctitatis, ut eam in tua dioecesi ac ditione pervulgandam, &, quae in ea conti-

(*a*) Illa fortasse *bulla* significatur, de qua Laderchius in *Annalibus eccles.* tom. XXIII. pag. 11. ad an. Chr. 1568. agit his verbis: *Sed, quod prae aliis Pius hoc anno sanxit, sacro ordini sacrisque rebus proficuum, constitutio illa extitit, quae* Bulla in coena domini *nuncupatur, quod ex more die coenae domini Romae publicari consueverit. ipsam siquidem per universum christianum orbem publicari ab archiepiscopis, episcopis, parochis, aliisque hujusmodi, quibus animarum cura commissa fuisset, districte praecepit, ut a cunctis christifidelibus omnino servaretur. at, cum in ea inter caetera caveretur, ut ecclesiae ministri ubique a tributis, vectigalibus, aliisque oneribus, quae subditi regibus & principibus pendebant, liberi essent, poena excommunicationis iis proposita, in quorum ditionibus illa exigerentur, cum absolutionis prohibitione, id grave principibus visum est, quod ipsorum authoritatem & censum haud parum imminuere agnosceretur &c.*

Significari etiam posse aliam quamdam Pii V. *bullam*, eam nempe, quae *de cambiis* in *Bullarium* illata est, venit aliquando mihi in mentem. sed postea

continentur, diligenter observanda curet. quare dabit operam, quod & ejus officium & pietas ac prudentia postulat, ut ista omnia in mores inducantur. cum enim illa utilia erunt & salutaria populis, tum ista diligentia debiti & pii muneris amplitudo tua illustrissima magnam ab ipso sanctissimo domino no-

 stro

postea animadverti, illam ab hoc pontifice, anno 1570. post Pogiani obitum tertio, editam fuisse. Verum de ea ipsa edenda Pium, etiamnum vivente Pogiano, cogitasse, binae ad card. Sirletum, in vaticano codice 6189. a me repertae, litterae satis declarant, alterae a Parafanio de Rivera, Philippi regis in neapolitano regno vicario, pag. 549. alterae a melfictensium episcopo pag. 606. anno 1568. utraeque datae, quas exhibeo.

I.

Illustrissimo y reverendissimo señor. He entendido, que su santidad ha cometido a V. S. illustrîs. y a otros señores cardenales, que vean la forma, que podrà haver, para que los pagamentos de nueve y diez por ciento se baxen. y siendo este negocio de tanto momento para los deste reyno, por estar enteresados en el iglesias, hospitales, biudas, buerfanas, y otros muchos, embian a informar a su santidad del gran daño que rescibirian, y a supplicalle, que quando se resolviesse, en que esta platica passasse adelante, sea servido de declarar, que no se entienda en los pagamentos deste reyno. Supplico a V.S. illustrîs. me haga merced de favorescello con su santidad: porquè cierto de otra manera seria hazelles mucho agravio, si agravio se puede llamar; pues han desembolsado su dinero con la confiança de que se les acudiria a razon de nueve y diez, que es a como tienen comprado: como mas particularmente informaran a V. S. illustrîs. y como se perderia el comercio. y porque estoy cierto, que les harà en ello V. S. illustrîs. todo buen officio, para que consigan lo que dessean, no dirè aqui mas. de que N.S. guarde la illustrîs. y reverendîs. persona de V. S. illustrîs. y su estado acresciente, como se dessea. De Napoles a 28. de Hebr. 1568.

De V.S. illustrîs. y reverendîs.

In subscriptione Parafanius adeo perversis litterarum formis usus est, ut, nisi divinando, ea legi non possit.

II.

Illustrissimo e reverendissimo signor mio osservan issimo. S'io così di raro scrivo a V.S. illustrîs. e reverendîs. la prego non l'imputi a negligenza & a poco memoria di tanti benefitij ricevuti da lei, ma a l'occasione, che non m'è data, e dubbitando dargli fastidio, sapendo massime, che monsignor mio zio complisce in parte ordinariamente con V.S. illustrîs. in mio nome. adesso, che mi s'offerisce occasione, lo so volentieri; e la prego mi perdoni, se gli dono fastidio, poichè son forzato per l'uffitio, al quale indegnamente mi trovo. Saperà donque V. S. illustrissima, che, essendo venuto monsignor illustrissimo di Foligno visitatore in queste nostre parti, deputato da nostro signore per visitare quanto occorreva, a la partenza sua lasciò certi scritti, ordinando, che s'osservassero, tra i quali, che non volessero i confessori assolver' nullo di quanti tenevano denari a ragione di diece per cento, così anco di quelli, che tenevano annui censi, non servate le conditioni, che si ricercano. a la prima de li diece per cento l'ho fatta osservare, per quanto ho possut' e saputo, da quando venni a Molfetta, cioè a usura marcia. quanto poi a l'annui censi non l'ho possuto fare, ancorchè non habbiano osservato straccio ne de la bulla di P P. Nicola, qual osservano in questo regno, nè di Martino, nè di Calisto: poichè solno far di lor contratti, con obligare la robba spetiale, che si vende con tutte l'altre

ſtro gratiam inibit ; quemadmodum ex ejus brevi uberius cognoſcet. ego, ſtudium & operam meam amplitudini tuae illuſtriſſimae deferens, Deum precor, ut omnibus ejus optatis ſalutariter reſpondeat. Romae.

XXXI.

l'altre robbe del venditore, ſtabili, mobili, preſenti e futuri cum habitis & habendis, etiam cum perſona vendentis, e con mill' altre clauſole ſimili, che non poſſa perdere il capitale il compratore del cenſo, e che voglia pagare per tertias, e non in fine anni, come è il dovere (che per tertias paſſa il diece per cento l'anno) e che non poſſa eſtinguere il capitale in parte, ma unica ſolutione. talche, monſignor mio illuſtriſſimo, ſon tutti uſurarij marci. ma, facendoſi giuſtitia eſecutiva da la corte temporale in tutti i luoghi, etiam in vicarìa di Napoli, e nel conſeglio collaterale contro quelli, che non pagaſſero a tempo, per una conſuetudine quaſi immemorabile, e ſenza quaſi; quale ha forza di legge in queſto regno, con dir che s'oſſerva la bulla di papa Nicola, non ho poſſuto fare coſa di bono in ſin'hora del paſſato, che ogniuno bona fide li tiene per boni, & eſige, infin tanto che la ſanta ſede apoſtolica non declararà quanto s'haverà di fare ſopra ciò. e perchè, monſignor illuſtriſſimo, quaſi tutti coſtoro, i quali ho ordinato a confeſſori che non aſſolvino, ſi remetteno & offeriſcono d'eſequire così del paſſato, come per l'avvenir, quanto verrà ordinato da ſua ſantità ſopra tal materia di cenſi, purchè liberamente poſſino pigliar il ſantiſſimo Sacramento, & havendone ſcritto al prefato monſignor di Folignio viſitator di noſtro ſignore, che mi pareva che s'aſſolveſſino con queſta conditione, che offereſſero di ſtare a quanto ſarà deciſo & ordinato da ſua ſantità, ſua ſignoria reverendiſſima mi riſpoſe in tal maniera, che non poſſetti pigliar conſtrutto di ſue lettere, e dubitando di non far'errore, ho voluto ſupplicar V.S. illuſtriſſima ſi vogli dignare in ſervitio d'Iddio e ſalute di tant' anime riſolvermi, e parendogli, e foſſegli commodo, dirne una parola a noſtro ſignore; che in effetto mi dubbito, quod Deus avertat, che ſe ſi farà reſtituir' il paſſato a queſti maſſime, che con queſta conſuetudine e bona ſede hanno contratto, eſſendo infiniti, che non facci qualche mutivo in queſto regno; tanto ſtà avviluppato in queſte compre e vendite di ſimil cenſi. da l'altro canto mi pare difficiliſſimo l'oſſervare tutte le conditioni in queſto regno, che ſi ricercano. e ſia certa V.S. illuſtriſſima, che, ſe s' haranno ad oſſervare ad unguem, ſaranno pochi o nullo, che ne darà per ſuſſidio delli poveri, li quali non ſempre ponno vender, nè trovano; e dubbito non ſi faccino poi maggiori ſtracolli in ſecreto: e Dio voleſſe, che tutti queſti annui cenſi foſſero comprati in denari contanti, che non vi fuſſer'intrate miſture di lana e lino. ſi che la ſupplico di novo per viſcera Jeſu Xpi, che mi liberi quanto prima di queſto travaglio, con riſolvermi, eſſendogli ſervitio e commodo, di quanto haverò di fare circa l'aſſolutione di coſtoro: e con pregare la maeſtà divina, che mi la faci veder' in maggior ſtato e grado, ſo fine, humilmente baſciando ſue ſacratiſſime mani, e di continovo raccomandandomeli. Da Molfetta, a' dì XI. aprile del 1568.

Di V.S. illuſtriſſima e reverendiſſima
Affettionatiſſimo ſervitore
Maiorano, indegno veſcovo di Molfetta.



XXXI.

Julius Pogianus N. N.

Ineptum alienorum ſcriptorum cenſorem reprehendit.

QUam vellem tuis iſtis concertationibus intereſſe! caperem enim incredibilem voluptatem, cum te ſic acriter & vehementer praeliari viderem, ut clamor concurſuſque Firmanorum maxima cum tua laude fierent. quae tamen omnia cum mihi pono ante oculos, & te abſentem cogitatione complector, magna etiam afficior laetitia ex pugnis & ſtragibus, quas puto te iſtic admirabiles edere. cuperem certe, tibi cum valentiore homine eſſe negotium. iſte enim neſcio quis omnium eſt infirmiſſimus; ut adverſarii imbecillitas bonam tibi gloriae partem adimere videatur. ſed extra jocum, equidem miror, civitatem iſtam, in primis honeſtam, cum te virum probum, & doctum ac diſertum hominem nacta ſit, quem iſti publico muneri juventutis erudiendae recte praeponeret, non tibi omnem ſecuritatem quietemque praeſtare conari. quid eſt, quod hujuſmodi nugatores tibi moleſtos eſſe patitur? cur non ejicit ex urbe? cur non e finibus ſuis exterminat? an eis hanc curam juvenum inſtituendorum deferendam cenſuit, hominibus omnium imperitiſſimis & infantiſſimis? pudet me ea legere, de quibus te iſte accuſare eſt auſus. nunquam, mihi crede, ſi aut graecas literas attigiſſet, aut latinis tinctus eſſet, illa, quae ſcribis, reprehenderet; ſed ſumma & inſcitia & infantia, pari impudentiae conjuncta, illum in hanc mentem impulerunt. quid igitur expectas, ut iſta vel rationibus vel auctoritatibus refellam, quae Romae viris eruditis permultis partim riſum, partim ſtomachum moverunt? cum doctis & eloquentibus viris, in ejuſmodi rebus dubiis, momentis rationum & teſtimoniis agendum eſt, non cum iſtis & bonarum artium & communis etiam ſenſus expertibus. ſed, ne cum eo deſipere videar, totam iſtam omittam orationem. qua etiam omiſſa, tibi perſuadebis, me nemini concedere, qui & te plus amet, & magis tua cauſa cupiat, quam ego. reliquis autem in rebus tibi ſtudium & operam meam polliceor ac defero.

XXXII.

Paulus Freiapanus Mantuanus Excellentissimo Comiti Alberto Palatino Rheni superioris & inferioris, Bavariae Duci praestantissimo. (a)

Operis de equorum morbis dedicatio.

CUM me vir clarissimus, idemque princeps optimus, cardinalis Augustanus, equorum & stabuli sui praefecto uteretur, equidem studium ac diligentiam meam mihi in iis ponendam esse statui, quae muneri & officio meo adjumentum aliquod aut ornamentum afferre possent. itaque, cum depictum equum nactus essem, & circum eum descripta communi italorum lingua nominatim omnia morborum genera, quibus id animal tentari solet, ita, ut lineae, ductae a singulis corporis partibus, singulos morbos, quibus illae afficiuntur, attingant, morbis ipsis sint appositi numeri, qui accommodatis & propriis remediis respondeant, illis adjectae sint tum colorum tum signorum varietates, quibus item variae equorum naturae, virtutes, & vitia declarantur: cum his ipse delectatus sum, tum, quia multis jucunda fore putavi, latine ea reddenda & in lucem edenda curavi. Tibi quidem, praestantissime dux, eadem dicare volui, cui jampridem, propter admirabilis singularisque animi ingeniique ornamenta, quibus clarissimum generis & principatus tui splendorem illustras, & observantiam meam dicavi, & illum ipsum cardinalem amplissimum Augustanum, patronum meum, amicissimum, & omnis officii genere conjunctissimum cognovi. Neque vero me in hac rei tenuitate celsitudo tua deterruit, quinimmo humanitas & benignitas allexit, quae, nihil eorum contemnendo, in quibus aliqua significatio virtutis appareat, omnium in se animos ac studia convertit: quam & incolumem & florentem esse cupio.

XXXIII.

(a) Scripsisse hanc epistolam, Frejapani rogatu ac nomine, Pogianus videtur uno aliquo e primis Pii IV. pontificatus annis, quibus Otho Truchsesius, augustanorum episcopus, Romae fuit; quae propterea non in hoc, sed vel in secundo, vel in tertio hujus operis volumine locum habere debebat.



XXXIII.

N. N. Joanni de Valetta Equitum Melitensium Magistro. (*a*) a

Post commemoratas plurimas ejus laudes, de Pii V. diplomate, equestris illius ordinis privilegia confirmante, certiorem facit.

EA est virtutis tuae vis, praestantissime princeps, ea consuetudo tua benemerendi de hominum genere, nullam ut esse arbitrer christianae reipublicae partem, quam non aliquo beneficio affeceris (*b*), nullum locum in orbe terrarum, quo b non singularium laudum tuarum fama pervenerit. de te praedicant christiani homines paene innumerabiles, quos ab impiorum hostium acerbissima servitute liberasti. bellicas tuas laudes & navalis disciplinae gloriam afri, turcae, reliqui christiani nominis hostes vel inviti confiteantur necesse est: extant enim clarissima victoriae monumenta, triremes, biremes, naves longae, liburnicae, & omnis generis navigia, capta ac detracta nefariis hostibus, quibus tua litora & tuos portus exornas, christiani generis nomen illustras. est tua classis instructa captivis remigibus de classe ac numero turcarum atque maurorum, deque hostili praeda parata atque armata est contra illos omni subsidio & instrumento. quid dicam de miserrimis hominibus, qui, piratarum praedonumque vinculis verberibusque cruciati, ab omni nostrorum regum principumque auxilio atque ope deserti sunt? iis tu, beneficentissime princeps, salutaris illius crucis splendidissimo signo, quotannis & spem libertatis ostentas, & libertatem largiris. quibus, atque aliis, quas enumerare

(*a*) Etsi nulla in codice vaticano huic epistolae praefigatur inscriptio, tamen ad Joannem hunc ipsum eam datam, ex ejus lectione manifestum est. cujus autem nomine scripta a Pogiano fuerit, mihi non constat. de tempore vix dubium esse potest, quin ad initia Pii V. pontificatus pertineat.

(*b*) Laus homini non dispar a Pio V. tribuitur in epistola ad eum die 22. mart. an. 1566. data: *Moleste*, inquit, *ferimus, hoc de nobis te suspicari, qui de te non possumus non honorificentissime & sentire semper & loqui, & tua merita in christianam remp. praedicare; qui viderimus, quanta virtute quantaque constantia superiore anno a potentissimorum hostium assiduis tot mensium oppugnationibus insulam istam defenderis, & quanta cum laude & gloria tua eos ad extremum, multis & maximis acceptis detrimentis, recedere coëgeris, ac Siciliam & Italiam tuis laboribus & periculis, ac plurimo tuorum sanguine, ex tanti belli periculo eripueris.*

merare longum esset, virtutum tuarum laudibus adductus est c Pius V. (*c*) prudentissimus atque optimus pontifex, ut non solum, quae tibi & sacro equitum tuorum ordini jura ac beneficia, privilegiorum nomine, concessa essent a proximo ponti- d e fice (*d*), confirmaret (*e*), sed etiam amplificaret & augeret f illa (*f*), ac rem expediri, & pontificias de ea literas gratis confici juberet. nec sane fuit ea benignitate contentus, sed ita locutus est, ut te omnia a se sperare & expectare vellet, quae ad tuam ac religiosae societatis incolumitatem, amplitudinem, dignitatemque pertinerent. ego vero, quoniam id negotii mihi datum est, ut rem procurem, &, ut ea, quam optime quamque celerrime posset, conficeretur, operam darem, aliquem praeterea addendum putavi officii ac diligentiae meae cumulum. nam, ut amplissimum hoc Pii pontificis maximi munus in perpetuum valeret, & ut multos in posterum ea molestia liberarem describendi & transferendi ab exemplari, diploma pontificium imprimendum curavi, ut in ea re sacrae & illustri societati, cujus mihi utilitas est antiquissima, commodarem. id vero etiam in tuo nomine divulgari volui, cui ratio-

(*c*) *quartus* codicis nostri vaticani lectio est, sed omnino mendosa. nam de Pio quinto heic agi perspicuum est, si quis illa, quae sequuntur, considerarit: *ut non solum quae tibi & sacro equitum tuorum ordini jura ac beneficia, privilegiorum nomine, concessa essent a proximo pontifice, confirmaret, sed etiam &c.* Paullus IV. qui proxime Pium IV. praecesserat, nulla equitibus melitensibus *privilegia* concesserat; neque propterea ulla, *a proximo pontifice concessa*, Pius IV. *confirmasse* vere dici potuit. at contra, quae Pium IV. iisdem *concessisse* constat, ea Pium V. *confirmasse* certum est: ut infra ostendemus.

(*d*) Exstat in *Bullario* novissimae romanae editionis an. 1745. Pii IV. constitutio XI. hac inscriptione: *Confirmatio quamplurium gratiarum, & immunitatum, exemptionumque, & privilegiorum fratrum militum conventus & hospitalis S. Joannis hierosolymitani, ejusque magni magistri, priorum, & aliarum personarum, a pontificibus praedecessoribus concessorum, cum eorundem extensione, & aliorum concessione.* Incipit autem: *Circumspecta romani pontificis providentia &c. Datum Romae apud S. Petrum an. inc. dom.* 1560. *Kal. jul. pontific. nostri an. I.*

(*e*) Hujus confirmationis diploma primo Pii V. pontificatus anno prodiit, sed in *Bullario* editum non est: cujus Bullarii collector atque editor Carolus Cocquelines haec in Pii V. quadragesimae tertiae bullae margine adnotavit: *Hic etiam pontifex illa* (privilegia) *confirmavit in quadam ejus bulla, quam hic non posui.*

(*f*) Hoc quam vere dicatur, nescio. illud scio, in Pii V. illa, quam diximus, *bulla* 43. haec legi: *Nos quoque in ipso statim pontificatus, ad quem, divino afflante spiritu, vocati sumus, initio, eadem omnia* (privilegia) *ipsiusque Pii IV. praedecessoris literas, super eis expeditas, paribus motu, scientia, plenitudine & auctoritate confirmavimus, approbavimus, & innovavimus, ac similibus clausulis & decretis munivimus, quibusdam tamen limitationibus & restrictionibus.*

rationes fortunaſque meas & me ipſum jandiu tradidi. quare hoc, quicquid eſt, optime princeps, benigne accipies; nec id exiguo hoc mei officii munere, aut re, quae eſt exigua, ſed pietate erga religionem, & ſtudio atque obſervantia erga te mea, quae ſumma eſt, metiere.

XXXIV.

N.N. (*a*) Erneſto, Maximiliani Imperatoris filio. a

Erneſti, fratriſque ejus laudes perſequutus, utrique ſe addictiſſimum, & ad omnia obſequia paratum profitetur.

MEmoria animi & fidei meae, deditae celſitudini veſtrae, non ſolum haereditario nomine parentis (*b*) & avi (*c*) b c ſui, ac reliquorum ſummorum regum & imperatorum, ſed ejus huma-

(*a*) Cardinalis Othonis Truchſeſii nomine ſcriptam eſſe a Pogiano hanc epiſtolam, quovis pignore, ſi quis id inficiari velit, poſſim contendere. Atqui in ea de Maximiliani II. imperatoris filiis, tum, cum haec ſcriberentur, apud Philippum II. in Hiſpania commorantibus, agitur; ad quem regem eos ipſos Truchſeſius, Maximiliani juſſu, deducturus, ex urbe menſe ſextili anni 1563. diſceſſerat: quo ex tempore Pogianus illi, nimirum abſenti, operam in litteris ſcribendis dare deſierat. Sed illud meminiſſe debemus, quod in vol.III. pag.318. atque etiam alibi dictum a nobis eſt, eumdem Truchſeſium Romam deinde ſub ipſa Pii V. pontificatus initia revertiſſe; ibique menſem unum aut alterum eſſe commoratum. veniendi cauſam ipſemet attulit in litteris, ad Hoſium die 16. februarii an. 1566. indidem in Poloniam datis, & in *Tabularium eccl. rom.* ab Erneſto Salomone Cypriano pag. 405. illatis: *Summi*, inquit, *laboris ac moleſtiae meae ex itinere, duriſſimo anni tempore ac via deterrima,* pontificiorum comitiorum cauſa, *ſuſcepto, magna compenſatio illa fuit, quod reverendiſſimum dominum Michaëlem cardinalem Alexandrinum pontificem max. factum comperi, & ita factum, ut ejus pontificatum Dei opus eſſe certiſſimum, omnium cardinalium ſubitus & ſummus conſenſus, tanquam a vehementi illo Dei ſpiritu conflatus, comprobarit. Hic eſt ille cardinalis, cui conſcientia optimae mentis ſententiae libertatem, ſpectata virtus & integritas auctoritatem dedit. Loquebatur in conſpectu regum, & non confundebatur: non ſtudebat placere hominibus, & ſervus ſervorum Dei inventus eſt. Cum enim ſeptem Iſai filii adducerentur, non reſpexit Dominus vultum, neque altitudinem ſtaturae eorum, ſed hunc, perinde atque illum Davidem, in ſumma praeſtantis pietatis humilitate jacentem elegit, qui in medio fratrum ungeretur, ac, qui ſemper catholicae fidei cuſtos ac tutor fuiſſet, merito aliquando eſſet ejus princeps, ac ſummus antiſtes. Ea autem fuere pontificatus initia, ut imaginem quandam intueri licuerit veterum Jeſu Chriſti vicariorum. Primum enim, eum ſe velle familiam*

humanitatis & regiae indolis, quam probe cognovi, cum, magno patris imperatoris in me beneficio, ipsam & excellentissi-
d mum fratrem prosecutus in Hispaniam sum (*d*), cogit me, quoties-

liam habere dixit, quae vitae, morum, vestitus etiam exemplo ad imitationem virtutis excitaret caeteros; ut, quemadmodum Salvator ab apostolis orsus est initium suae reformationis, sic ipse a suis aulicis exordiri voluerit. Non numero, sed pondere, non vestibus, sed virtute ministros probari vult. In causas & judicia ne se interponerent, neve judicibus hominem ullum aut rem commendarent, omnibus edixit, seque futurum accerrimum justitiae patronum ostendit. In magna angustia aerarii tenuioribus cardinalibus viritim quingentos aureos, singulis sacrae Rotae judicibus ducentos dedit; pollicitus, se cujusque meritis ac necessitati non defuturum. Comiti Annibali Empsio, cui ne daretur summa pecuniae, a Pio quarto destinata, & viventi Pio solus restiterat, &, illo mortuo, collegis omnibus repugnarat, factus pontifex quinquaginta millia aureorum donavit. Hierosolymitanis equitibus, superioris anni turcarum immani obsidione & oppugnatione perculsis ac prostratis, metu vero imminentis majoris etiam turcicae tempestatis paene perditis, universas pontificatus maximi opes benigne pollicitus est; quibus jam dedit XV. millia aureorum, & tria millia peditum brevi subsidio mittet. Incredibile est, quam & publica provinciarum ac civitatum, & privata bonorum ac piorum difficultate moveatur. Et quidem is adeo pius pater ac liberalis in omnes, cum duobus sororis filiis, qui in collegio germanico instituuntur, sic agi jussit, ut si essent ex orphanorum numero. Alium vero nepotem, sacerdotem dominicanum, Perusii studiorum causa commorantem, doctrina & religiosis moribus ornatum, permultis orantibus & obtestantibus, ut cardinalem renunciaret, adduci minime potuit, etsi ille iuvenis, nuncio pontificatus avunculi sui nihil immutatus, grandem etiam pecuniae summam, ei missam a quodam cardinale, recusavit, ut eum, ab omni ambitionis suspicione liberum, non magis naturae conjunctione, quam animi virtute Pii V. pontificis maximi nepotem esse, appareat &c. Quibus in litteris Pogiani manum mihi semper sum visus agnoscere: idque in vol. III. p. 361. testificari me, memini. ab eo certe haec ad Ernestum, Maximiliani filium, epistola potuit illo ipso februario mense, Truchsesii, qui hominis praestanti latine scribendi facultate admodum delectabatur, rogatu ac nomine, scribi.

(*b*) Maximiliani ipsius.

(*c*) Ferdinandi I.

(*d*) Vide vol. III. pag. 318. 319. 367. 368. Ignatius Agricola in *Historia prov. Germ. super.* dec. 3. n. 98. tres Maximiliani filios in Hispaniam a Truchsesio deductos scribit: *Aberat*, inquit, *tum* (anno 1563.) *Otho* (Truchsesius), *quod vix ab urbe reducem Maximilianus Caesar rogasset, ut rursum suscepto itinere filios suos Rudolphum, Mathiam, Ernestum ad Philippum II. Hispaniarum regem, patruelem suum, Mantuam Carpetanorum deduceret.* Stanislaus autem Rescius in Hosii *Vita* lib. I. c. 17. duos tantum commemorat: *Idem*, inquit, *etiam ab illo* (Hosio) *contendebat illustrissimus cardinalis Augustanus* (Otho Truchsesius), *qui tum* (mense decembri ejusdem anni 1563.) *per Tridentum in Hispanias cum serenissimis principibus austriacis Rodolpho & Mathia, Maximiliani, tum adhuc romanorum regis, liberis proficiscebatur.* Uterque historicus hac nostra epistola, in qua Ernesti comes in hispaniensi itinere non nisi unus ejus frater fuisse memoratur, falsitatis, alius in alia re, convinci potest; Agricola quidem, quod

quotiescunque datur facultas, idem studium & observantiam meam ei per literas profiteri. nam caetera absentis addictissimi hominis officia orandi Deum, ut istam spem atque expectationem austriacae felicitatis & gloriae, conceptam ex multis eximiae virtutis & gravitatis signis celsitudinis vestrae, divina benignitate alat & suo numine complectatur, exequor ego quotidie. gaudeo autem incredibiliter, cum tot celsitudinis vestrae non speratae modo, sed paene maturae pietatis ac virtutis signa & argumenta, multorum & literis & nunciis, non modo in Germaniam, sed in Italiam atque adeo Romam perferuntur. felicitatem gloriosi imperatoris, parentis vestri, cum multis aliis in rebus multi noverunt ac praedicant, tum vero maxime in talibus filiis, qualis celsitudo vestra & praestantissimus frater (e) estis; quos in isto patrocinio & custodia regis omnium maximi & optimi (f), vobiscum sanguine & amore conjunctissimi (g), tanquam pignora quaedam communis omnium quietis e f g

 & in-

quod non duos, sed tres fratres deductos in Hispaniam a Truchsesio dixerit, Rescius autem, quod duos quidem vere dixerit, sed *Rodulphum* pro *Ernesto* nominarit. Equidem Ernesti itineris hispaniensis comitem non Rodulphum, sed Matthiam fuisse censeo. nam Rodulphum quidem, utrique aetate antecedentem, & imperii successorem futurum, domi apud parentes retentum esse, admodum credibile est. & certe, in Hispania cum Ernesto eum non fuisse, hae cum litterae datae sunt, illud argumento esse potest, quod in iis non Rodulphus ipse, major scilicet digniorque frater, sed Ernestus, & minor aetate, & dignitate inferior, a Truchsesio potissimum compellatur: quod contra faciendum fuerat, si cum Ernesto tum Rodulphus apud Philippum regem fuisset.

(e) Matthias.

(f) Philippi II. tutelae ac curae uterque filius fuerat a Maximiliano patre commendatus.

(g) Philippus II. Caroli V. Ferdinandi I. fratris, filius fuit. Maximilianus autem, Ernesti ac Matthiae pater, Ferdinandi filius, ac propterea Philippi frater patruelis fuit.

Atque heic nostrarum adnotationum in quartum Pogiani epistolarum volumen finis esto. quod quidem si serius, quam & polliciti eramus, & opinio atque exspectatio hominum erat, prodit in lucem, non id negligentiae, sed indigentiae tribuendum est meae. quum enim me superiorum voluminum editione prorsus exinanissem, quin etiam, quod multo miserius est, non modico aere alieno onerassem, nulla jam mihi quarti hujus imprimendi facultas aut ratio suppetebat. ac ne nunc quidem, bienhii ferme post tertii editionem intervallo, illud emitterem, nisi insperatum repentinumque subsidium mihi a tribus praestantissimis amicissimisque hominibus ante aliquot hos menses fuisset oblatum: quorum eximium ac singulare erga me meritum nisi non modo jucunda ac grata cum recordatione complecterer, sed vulgo praedicarem, posteritatique etiam scriptis hisce meis proderem, me omnium mortalium ingratissimum, & talium virorum amicitia ac liberalitate indignissimum judicarem.

Raphaël Vernazza sacerdos est Romae ex insula Chio, homo, quam bona atque adeo optima fortuna propter virtu-

& incolumitatis, pii & catholici omnes ſuo ſtudio fovent, ſuis precibus & votis proſequuntur. haec igitur cum omnes, ſed me praeſertim, ſumma laetitia perfundant, debeo, pro vetuſto officii mei munere, celſitudinem veſtram, oblata occaſione, de tanto Dei in ipſam, & in mirificum juvenem, fratrem ejus, amore certiorem facere. nullum enim firmius argumentum eſt, homines amari a Deo, quam cum illi ſunt in ore & amore omnium. ſic vero habeat celſitudo veſtra, referri etiam ejus nomen, quemadmodum optimi fratris, ad majores duces & prin-

virtutem atque doctrinam dignus, tam, quodam ejuſmodi virorum veluti fato, fortunae bonis non abundans; in quem Ennianum illud de Flaminino admodum apte convenire poſſumus dicere,

Ille vir haud magna cum re, ſed plenu' fidéi.

Is igitur, nullo meo beneficio obligatus, quique ſibi nullam utilitatis cujuſquam ſpem, ſi in me beneficus eſſe vellet, poſſet proponere, quum diuturnam illam inchoati operis mei intermiſſionem, intermiſſioniſque cauſam, hoc eſt inopiam meam, neſcio unde reſciviſſet, ultro ad me quodam die venit, cubiculumque ingreſſus, quum me vix plane ſalutaſſet, ſacculum promſit, in menſamque ſcriptoriam, cui forte aſſidebam, auri vim non modicam effudit, &, *Habes*, inquit, *a me quattuor millia ſeſtertiûm, tertiam nimirum, quemadmodum ex typographo tuo cognovi, totius ſummae, quae ad Pogiani epiſtolarum quarti voluminis editionem neceſſaria eſt, quaque indiges, partem. reliquas etiam duas ſane libenter praeberem, ſi tam locuples eſſem, quam tua cauſa eſſe vellem. ſed, quod ego, rei familiaris anguſtiis excluſus atque prohibitus, facere non poſſum, id aliquando facturos non diffido ſive Cervarienſes Academicos, Maecenates illos tuos, quibus, tanta cum amoris atque obſervantiae ſignificatione, ſecundum ac tertium operis tui volumen raro ſane exemplo nuncupaſti, ſive romanos hoſce amicos ac familiares tuos, quos tam multos, tam nobiles, tam locupletes habes. interea meis hiſce nummulis utitor, fruitor; eos mihi vel redditurus, quando poteris, vel, ſi non poteris, aut noles, numquam redditurus.* Quae quum dixiſſet, me, rei atque orationis novitate primo obſtupefactum, deinde multa dicere parantem, reliquit, ſeſeque e conſpectu meo properans, ſive potius evolans, proripuit.

Ego vero non modo tuos tibi nummos, Vernazza, vir plane incomparabilis, reddam, ſed magno etiam cum foenore, ut ſpero, reddam. tu autem hanc interim a me tamquam publicam ſyngrapham habe, qua, & quantum tibi ego debeam, apud eos, qui nunc ſunt, profiteor, &, quam excelſi admirandique animi virum aetas haec noſtra tulerit, apud omnem etiam poſteritatem conſtare volo. neque tamen dubito, quin tua iſta ſingularis & his quidem temporibus plane inuſitata virtus, ubi vulgo nota eſſe coeperit, non modo ampliſſimam laudem, ſed etiam non mediocres opes tibi ſit allatura, CLEMENTE XIII. praeſertim pontifice maximo, qui, quum ipſe ſanctiſſimus, doctiſſimus, munificentiſſimuſque ſit, eos potiſſimum ſua beneficentia dignos exiſtimaturus eſt, quos & probos, & litteratos, & opibus ad benefaciendum cum uſos, tum uſuros eſſe, cognoverit.

Hoc ego ſubſidium praeter omnem exſpectationem meam ita nactus, quaſi mihi quoque cumaea vates carmen illud

& principes ejusdem nominis ; ut eadem decora & ornamenta atque adeo tanto majora expectentur a vobis, quanto plura & ampliora ad gloriam adjumenta ab ipsis majoribus accepistis : quod praestaturos esse vos, polliceor ego & profiteor omnibus. quare celsitudini utriusque vestrum prosperitatem precari non desino, quam religioni etiam ac pietati vestrae confido concessurum Deum, qui magnam ecclesiae utilitatem ac dignitatem in vestra incolumitate constituit. ego interea illius fidei & observantiae perpetuitatem, quam ipsis cognitam & spectatam esse, mihi

lud suum (*Aeneid. lib.* VI. *v.* 96.) cecinisset,

. . . . . Via prima salutis,
Quod minime reris, graja pandetur ab urbe,

dedi statim typographo meo negocium, ut ad quartum hoc volumen imprimendum sine cunctatione aggrederetur. Procedebat opus : cum mihi alterum validiusque subsidium ad prosequendi facultatem, non quidem ex Hispania, neque ex Italia, quemadmodum Vernazza meus fore sperarat, sed ex remotissimis septemtrionis regionibus (quod nemini in mentem venisset sperare) repente oblatum ac suppeditatum est. Ignatius Mofzynskius e societate Iesu, Poloniae, quam Minorem dicunt, provinciae praepositus, de perturbata studiorum meorum propter egestatem ratione per quemdam communem amicum (quem quia hoc ipso loco nominare, ipso prohibente, non possum, ingratus mihi quodammodo esse videor) certior factus, statim mihi sex millia sestertiûm numerari jussit. Hunc virum antea homines, quod nobilissimae familiae maximas opes, quas possidebat, societatem Jesu ingressurus reliquisset, quod deinde in eam receptus in omni summarum virtutum genere sese exerceret atque excelleret, magnopere mirabantur : posthac autem, tot tantisque generis, animi, vitaeque ornamentis hanc quoque praecipuae liberalitatis, & juvandorum studiorum studiosorumque egregiae voluntatis laudem accedere, eidem jure optimo gratulari debebunt. ego certe & summopere gratulor, & praeterea maximas gratias ago, habeboque, dum vivam, &, si potero, referam, nec, ut possim, non, quantum potero, enitar.

Deerant adhuc toti impensarum, in idem quartum hoc volumen faciendarum, summae duo millia sestertiûm. Neapolim per idem ferme tempus Januarius Sixtius, vir doctissimus, mihique amicissimus, ex urbe sese contulerat, operis cujusdam sui, maxime insignis maximeque exspectati, de graecorum compendiaria arcanaque scriptura, editionem curaturus : quod quidem opus, inscriptum *Indirizzo per la lettura greca, dalle sue oscurità rischiarata*, prodiit haud ita pridem e typographio simoniano, estque nunc in eruditorum manibus, nec minore cum voluptate, quam utilitate, legitur. ad eum ego priorum mei operis voluminum vicena exemplaria miseram, ab eo tantum petens, ut illa apud ejus urbis aliquem bibliopolam venum exponere ne gravaretur. quibus tamen ille acceptis, quasi aut homini occupatissimo tantum esset ab re sua ocii, ut posset in aliena occupari, aut ego quidquam a tanto viro amplius petere ausus essem, quam ut negotium illud meum per alios curandum curaret, ipse in se unum totam illam procurationem recipiens, per se unum omnia administrare atque obire mea causa voluit. litte-

mihi persuadeo, eisdem constantissime deferam; qua certabo equidem semper cum iis, qui glorioso nomini austriaco addictissimi sunt; petamque a celsitudine vestra, ut, si quid esse intelliget, in quo ei operam, studium ac diligentiam meam navare possim, ad me fidenter omnia referat. erit enim id mihi in summi beneficii & gratiae loco, qui nihil magis cupio, quam celsitudini vestrae inservire: cui salutarem prosperitatem precor.

litteratissimos quosque, quibus referta est illa civitas, conveniens, singulos compellabat; rerum, a Pogiano in suis illis epistolis tractatarum, gravitatem dignitatemque, scriptoris elegantiam, ad veterum latinorum decus proxime accedentem, ingenii acumen, judicii maturitatem, caeteras summorum scriptorum in eo expressas virtutes ac laudes magnificentissime scriptor ipse atque auctor luculentissimus praedicabat; adnotationibus quoque meis magnum, & certe majus, quam quantum illis deberetur, praeconium amantissime tribuebat; ac ne typographum quidem expertem suae laudis abire passus, eum a papyri, quam delegerat, nitore, a typorum, quos adhibuerat, pulcritudine, praecipue vero a diligentia in excudendo, mendarumque vitatione sedulo commendabat: ipsa denique volumina circumferens, atque ostentans, ac propemodum obtrudens, tam multos mihi fautores, operi autem emtores conciliavit, ut tantum ferme pecuniae inde confici potuerit, quantum ad impensarum, in hoc volumen faciendarum, integram summam deesse, supra memoravi.

Quae res igitur hujus voluminis editioni tam longam moram attulerit, quique homines, ut id tandem aliquando edere atque emittere possem, effecerint, lector benevole, cognovisti: quem propterea & mihi tarditatis meae veniam dare, & illis liberalitatis suae summorumque in me officiorum laudem tribuere, aequissimum est. Vale. Scribebam Romae idib. sextil. an. a Chr. N. M.DCC.LVIII.

FINIS QUARTI ET ULTIMI VOLUMINIS.

INDEX

INDEX I.

Quis cui ſcripſerit.

INDEX II.

Cui quis ſcripſerit.

CLARA-

ORATIONES.

INDEX III.

RERUM, ET NOMINUM.

B

a Cla-

D

Dertho-

E

F

Faven-

H

M

de Mar-

N

O

P

Perei-

Simo-

T

Tranez-

V

Volta.



ERRA-

	ERRATA	CORRIGE.
Pag. 5. col.1. v.30.	*operimeneum*	*operimentum*
11. col.2. v.6ult.	vi.ro	viro
23. col.2. v. 9.	*cal*	*tal*
17.	*quanda*	*quando*
24. col.1. v.6ult.	*intefo .*	*intefo ,*
col.2. v. 2.	*conatratto*	*contratto*
69. col.1. v. 2.	*Agarent*	*Agarenis*
129. col.1. v.6ult.	*Pruffia*	*Ruffia*
col.2. v. 1.	*Pruffia*	*Ruffia*
204. col.1. v.6ult.	*Sando miria*	*Sandomiria*
205. col.2. v. 4.14.	*Vicemercata*	*Vicomerc . .*
207. col.2. v.11ult.	*giornt*	*giorno*
255. marg.	jun.	jul.
284. col.2. v.23.	1572.	1570.
315. in argum. epift.	*eligant*	*poftulent*
323. col.2. v. 8.	*Pii V.*	*Pii IV.*
440. col.2. v.22.	*Dllecto &c.*	*Dilecte &c.*
448. col.1. v.8ult.	*manibus inimicorum*	*manibus* (fort. *multis*) *inim...*

In Vol.III. haec quoque corrigantur.

8. col.2. v.12.	anno , &	nono &
185. col.1. v. 2.	primislienfis	premislienfis
289. col.1. v.8ult.	*pigrum* (fort. *pigitum*) *fuit*	*pigrum fuit*
336. col.1. v. 2.	*dira*	*diva*
368. col.1. v. 2.	non ante	omnino ante
397. v.25.	ftudioforum	ftudiorum
432. v. 1.	oratio	orabit
441. col.2. v.10.	falertinanum	falernitanum
471. ad vocem *Rivera*	337. 399.	237. 400.

407. Primam correctionem , quam diximus adhibendam in Vol.II. pag.28. v.13. col.2. ut pro *non heic* fieret *nunc heic* , dele.

